Digitized by Google

6
2-d
11 39

6
5 N
19

Digitized by Google

R. P.
GREGORII
CNAPII
Societatis IESV Theologi
THESAVRI
POLONOLATINOGRÆCI
TOMVS I.

Provinciae Poloniae

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAVRVS
POLONOLATINOGRÆCVS
SEV
PROMPTVARIVM LINGVÆ LATINÆ ET GRÆCÆ,

in tres Tomos diuiſum.

Polonorum, Roxolanorum, Sclauonum, Boëmorum vſui accommodatum. Quod tamen Indicis Latinopolonici adiecti, beneficio, alijs etiam nationibus vſui magno eſſe poterit; tum ad verba & phraſes Latinas obſcuriores, quæ hic explicantur, intelligendas: tum ad verborum ſimplicium & coniunctorum Græcorum & Latinorum copiam facillimè comparandam, eorumq; delectum; tum deniq; ad variam eruditionem, quæ paſsim inſpergitur, colligendam.

Quid in eo præſtitum ſit, in Prooemio leges.

Hîc illud affirmare licet:

In hoc Opus congeſta eſſe, quæcunq; ad Latinarum & Græcarum ſimplicium vocum nomenclaturam, & ad coniunctarum phraſim pertinentia, continent Theſauri Græci & Latini, item Calepini, Nizolij, Lexica, Dictionaria, Nomenclatores, libri deniq; Synonymorum, Copiæ verborum, ac Phraſium Græci & Latini.

Additæ præterea

Suprà mille voces Latinæ, quibus Theſauri & Calepini carent, & totidem ferè, quæ in eiſdem vitioſæ ſunt, correctæ.

Deprompta hæc ex bonis Scriptoribus, eorumque exemplis, vbi erat opus illuſtrata: additis etiam interpretationibus obſcuriorum locorum, & multimoda eruditione ex Philologorum & Criticorum libris.

OPERA GREGORII CNAPII E SOCIETATE IESV.

Eſt verò hæc Editio ſecunda Operis huius, ab Auctore recogniti, & cum mendis, quæ plurima priori editioni irrepſerant ſublatis, correcti ac purgati; tum vocibus nouis mille ampliùs, itemq; locutionibus quamplurimis, prope quarta parte aucti. Acceſſit Index Latinus in priori editione promiſſus, pleniſſimus & huic poſteriori editioni accommodatus, quem alteram Operis partem Latinopolonicam iure voces. Tertia pars Adagia continebit.

Cum Gratia & Priuilegio S.R.M.

CRACOVIÆ,
Typis & Sumptu Franciſci Cæſarij. Anno Dñi M. DC. XLIII.

BIBL. DOM. PROF. ROM.
IHS

Digitized by Google

IN HASTAS

Illuſtriſſimæ Gentis Zamoſciæ.



QVid mihi Cadmeas obiectat fama nouales,
Caſtraq; Thebani nata per arua ſoli:
Surgunt Moykouiis triplices de collibus Haſtæ,
Quas gignit SHARIO *ſanguine ſparſus ager:*
His bello quoties Lechæus inhorruit aër,
Debuit eclipſim Turcica Luna pati.

M. A. K.

ILLVSTRISSIMO DOMINO,

D. JOANNI

A ZAMOSCIE

ZAMOYSKI,

Comiti in Tarnow & Iaroſław,

KALVSIENSI, RZECZYCENSI, &c. &c.

CAPITANEO,

FELICITATEM.

MEritò iam queri deſinent literarum Præſides Muſæ, Illuſtriſſimorum ſibi palatijs adeoq; & familiaritate interdictum. Ex quo enim tempore Auus Tuus literatiſſimus æquè ac Illuſt: tantus bonarum artium cultor, vt calentes peregrino ſole terras in Sapientiæ gratiam quæſierit, tantus Reipublicæ literariæ Mecænas, vt in Vrbem ſuam, Academicam Palladem inuitauerit, eſſe cæpit; ilicet Diuina Poëſis, Regina Eloquentia, arcana Philoſophia, & humanis maior diſciplinis Sacra Theologia, in beneuolentiam amicitiamq; Principum arctiorem ſeſe inſinuauit. Enimuerò rarum illud Baſilicæ in literas munificentiæ exemplar, ita Polonorum animos (vt ſuâpte naturâ ad meliora ſunt incitati) accendit, vt hucuſq; laudandâ æmulatione, in extruendis publicæ vtilitati Muſarum domicilijs inter Illuſtriſſimos quoſque certetur. Porro Illuſtr: Progenitor Tuus, quantò Sago Togâq; illuſtrior extitit, tantò maior eruditionis amicus: vt non iniuriâ quiſpiam dubitare poſſit, magiſne ille Muſas an illum hæ coluerint. Quantum autem ex publica Patriæ voce, & ampliſſimâ Cancellarij dignitate conijcere poſſum, ita prope Polonia THOMAM ZAMOSCIVM ſuſpexit, vt magna illa facundiæ Numina Tullium & Demoſthenem antiquitas Nempe illud cum Romano Oratore Illuſt: Progenitor Tuus ſibi commune fecit, quod quidquid tandem vterq; vellet hoſtibus Ciuibuſq; perſuaderet: his quidem dulci illo & ad perſuadendum nato ſermone, illis inuictâ manu, & (ſi iſta Typographo dicendi licentia detur) ferreis argumentis. Ac vt ad Te tandem

dem conuertar Illuſtriſſ: Dñe; iſtis Maioribus, tali Auo ac Parente non alia ingenerari Tibi debuit virtus, aut alia ad ſucceſſionem gloriæ cupiditas inſeri, niſi quam cum Heroo ſanguine Maiorum velut hæreditario iure in Te transfuſam accepiſti. Idcirco læta Te iam Patria in ipſo floridæ iuuentutis exordio ſuſpicit: nec niſi magna ſibi de Te Magni in Repub. viri Filio pollicetur. Et quamuis ſumma ſint quæ ab altiori ætate Tua expectamus; omnium tamen opinionem, dum omni ſpe maior euenêris, vinces. Immò iam incredibili illâ quâ ſemper æſtuas plurima ſciendi cupiditate, non ætatem modò Tuam, ſed ipſum etiam Te viciſti. Nam quid ego hîc commemorem, tot diuerſiſſimarum gentium, quarum ore loqueris, idiomata? Sanè cum nouo Adoleſcentiæ miraculo, non Europæos duntaxat noſtros, ſed Aſianos etiam ac Afros imitatione dicendi effingis: vno in pectore Europā, Aſiam, Africam, verbo, maiorem orbis partem circumfers. Atq; iſta Tua in Te ex Maioribus deriuata cum generis claritatē virtus, iſta in rem literariam propenſiſſima voluntas facit, vt ab Illuſtriſſ: Nomine Tuo, Cnapiano huic Operi publicā lucē accendam. Cui enim feliciùs impendioſæ librariorū deſudent officinæ? quàm cui Haſtata Pallas capacem gloriæ animum ad omnem humanitatem erudiuit. Nec ſecuriore vſquam loco Poſthuma tanti Viri conſiſtet lucubratio, quàm ſub Tuis Haſtis, tam Palladi amicis, quàm hoſtibus Patriæ formidandis. Et verò religioſiſſimus ille Sapientiæ fænerator CREGORIVS CNAPIVS, niſi venerandam, illam eruditione ac ſenio caniciem ſepulchro paucis ab hinc annis intuliſſet; in Tuo proculdubio ſinu incomparabilem hunc Triplicis Linguæ Theſaurū depoſuiſſet. Sed quod Authori per fata non licuit, mihi meliore quâdam ſorte conceſſum eſſe lætor. Et ego quidem ſummâ Tua in literatos facilitate futurum confido, vt quemadmodum illud Opus, necdum vſquequaq; excultum, mirificè commendaſti, & incredibili cum animi voluptate ſæpè ſæpius relegiſti; ita & hoc pari in ſublatum Authorem voluntate multò iam caſtigatius & priori auctius ad arcana Beneuolentiæ Tuæ adyta ſis admiſſurus. Accipies igitur Illuſtriſſ: Dñe, meo quidem rediuiuum prælo, ſed ab Illuſt: Tuo Nomine immortalitatis habiturum decora, Tuum, quia Tibi dicatum GREGORIVM CNAPIVM. Cæterùm ex meo immò Patriæ voto, tam diu Te nobis propitij Superi ſeruent incolumem, quandiu deſideratiſſimorum Parentum Tuorum immortalis gloria perennabit.

Illuſtriſſimæ Celſitudini Tuæ

deditiſſimus Cliens

Franciſcus Cæſarius,
Typ: Cracouieñ.

Digitized by Google

Prooemium cauſam & modum operis huius exponens.

ONOMASTICVM Polonicum pleniſſimum, ſimulq́; phraſium elegantiorum & difficiliorum, ad pleraſq́; ſimplices voces occurrentiũ turbam collectam, & notiſſima alphabeti ſerie diſpoſitam, cum Latina & Græca interpretatione, hoc in codice tibi amice Lector exhibeo. THESAVRVM POLONOLATINOGRÆCVM inſcripſi, quòd in eum quamplurimas harum trium linguarum opes (quæ quidem ad ſimplicium & coniunctarum vocum rectum vſum requirantur, Parœmijs alteri operæ reſeruatis) magno labore conquiſitas & collectas congeſſerim. Opus hactenus apud Polonos deſideratum, & magnis multorum votis fruſtra expetitum. Animus meus in eo ſuſcipiendo & conficiendo fuit, ſermonis Latini puritatem, proprietatem, & probum vſum apud Polonos promouere, & ſcholis omnem literaturam tractantibus tum ad faciliùs docendum, tum ad citiùs diſcendum Latinũ ſermonem, aliquid adiumenti adferre. quam ad rem, duo, omniũ peritorum huius rei conſenſu, neceſſaria eſſe nouimus. primum quidem, vt quamlibet rem & actionem puer Latina voce ſimplici appellare, ſeu quod idem eſt, quamlibet vocem Polonicam reddere Latinè nôrit: deinde verò, vt voces Latinas ſimplices inflectere, & ſecundum leges Grammaticas ac vſum Latinorum connectere calleat. Et poſteriori quidem huic parti, ſubſidia hactenus non defuêre; cùm tot exſtent libelli præceptionum Grammaticarum à pluribus auctoribus Latinè conſcripti: prior autem illa ratio adiuuandæ iuuentutis ad linguæ Latinæ cognitionem faciliùs & citiùs acquirendã, beneficio Lexicorum, quæ pleræq́; omnes cultiores Europæ gentes, iam pridem ſuis linguis habent confecta, apud Polonos, ad noſtram vſque ætatem neglecta & ignota iacuit. è ſcholis tantummodo pueri, vnam vel alteram dictionem, eamq́ue ſæpe malè intellectam, aut vitioſè ſcriptam, ſubinde barbaram pro Latina, quotidie domum reportabant. qui ſi Lexicon Polonolatinum, ceu magiſtrum vel interpretem mutum domi habuiſſent, plurima quotidie Latina vocabula per ſe cognoſcere, & breui tempore, totius linguæ notitiam, quam tot annis nunquam ſatis didicerant, aſſequi potuiſſent. à magiſtris verò ſcholarum ſolas propemodum Grammatices regulas, aut ea quæ cùm regulis comprehendi nequeant, ab vſu petenda ſunt, ac deniq́; difficiliorum verborum & ſententiarum explicationem diſcere ſatis habuiſſent. Huiuſmodi ergo volumen conficere, operæ pretium mihi viſum eſt, ex quo non ſolùm ſimplices ſed coniunctas quoq́; voces Polonicas pueri Latinè reddere, probaſq́; ac purè Latinas voces ac phraſes, à vitioſis & barbaris dignoſcere per ſe ipſi, ſi modò legere literas nôrint, valeant. quo in genere non video quicquam hactenus apud nos exſtitiſſe. Neq́; verò hîc mihi quiſpiam proferat libellos aliquot Polonolatinos Vocabularij & Dictionarij nomine inſcriptos, partim veteres, partim recentiores, Cracouiæ, Dantiſci, Torunij, & alibi editos. nouimus hos probè, ſed eo numero & cenſu indignos iudicamus. nam præterquam quòd exigui ſint, & pauca admodùm eaq́; vulgaria & trita vocabula contineant, inſuper adeò vitioſi ſunt, vt optandum fuerit eos non exſtitiſſe. plerique etiam eorum à corruptæ & damnatæ religionis auctoribꝰ conſcripti ſunt. Hoc in numero eſt inprimis Dictionarium Nicolai Wolkmar, à Bornenſe quodam auctum, quod inprimis voces aliquas Polonis ignotas habet, quamplurimas verò Polonicas malè formatas, vt *Bodzę* pro *Bodę*, *donaglam*, pro *przynaglam*; *doyrzę*, *doyrzywam*, pro *dogladam*; *dołożę*, *nácéchuię*, *nágotuię*, *náſpiżuię*, *obwáruię*, *obżáłuię*, & infinita huiuſmodi Futura, loco Præſentium *Céchuię*, *gotuię* &c. Item habet *Názdy-*

Inſcriptio libri.

Scopus Scriptoris 1.

Latinitatis comparandæ duplex ratio.

Onomaſticorũ vtilitas.

Onomáſtica proba & plena defuére Polonis hactenus.

Iudicium de Onomaſticis Polonolatinis.

Dictionarium VVolkmari ſeu Bornēſis.

bam, ogła-

Synonyma Brzezwicki.

Daſypodij Catholici Dictionarium.

bam, ogłaſkam, okopčiam, oſypiam, pro *oſypkę dáię, ábo oſypuię máko &c.* Item *Obélżę, & obélgę,* pro *łżę, potwarzam.* Item *Odtażam,* pro *przéſtáię táżyć.* quis verò Polonus ſic loquitur? plenus eſt libellus ille talium vocum Polonicarum ineptarum. quæ item Latinis vocibus improprijs, inuſitatis, & ſæpè barbaris, quas hîc recenſere longum foret, redduntur. Eadem elogia meretur libellus Synonymorum Lucæ Brzezwicki, è Wolkmari Dictionario conſarcinatus, Cracouiæ editus. qui minùs etiam venia dignus eſt, illo quem compilauit. alterius linguæ homo is fuit; hic verò Polonum ſe profeſſus, omnes ineptias in Polonica lingua (mitto Latinam) à Germano commiſſas, ita religiosè intactas conſeruauit, ac ſi eius in verba iuraſſet. Et vt exempli gratia aliquid proferam, omnia illa ſuprà poſita Wolkmari Polonica vocabula inepta, apud eum reperies, addita etiam non meliora, vt *Oſypiam,* pro *długo ſypiam. Odwarczam,* pro *odwarkam.&c.* *Nec* Daſypodius Catholicus*(vt authori fato iam perfuncto vicariam impendam operam) ſeu Dictionarium Latino-Germano-Polonicum Dantiſci ab Hünefeldio typographo nuper impreſſum extra cenſuram eſt. Sæpè namq; Latinis vocabulis Polonicam vocem ſupponit nullam. pleraſq; verò licet Theſauri noſtri partes ſint, Orthographia vitioſa è noſtris alienas facit. Inſuper Latino nomini plurimùm detraxit fidei, quando ſuos illi negauit auctores. Præterquam quòd dolo malo vſus id egerit, vt Typographum ſecundæ editioni Theſauri noſtri intentum, ac vltimam penè admouentem manum ſperato fraudaret lucro. benè quippe nouerat, Opus hoc pridem prælo commiſſum eſſe. At iuuentutis noſtræ ſcholaſticæ bono proſpectum volebat? ſed nos operam eius non poſtulauimus, nec inuocauimus, immò ea vti in ſcholis ac Collegiis noſtris nolumus : quis enim heterodoxo iuuentutem tutò concredat? non deſunt ex ſodalibus meis, qui id præſtare rectè poſſint, extraneis omiſſis. Nec libri commodè portandi forma illi lucellum accerſet, neq; enim volumen noſtrum ſexigis aut doſſuariis iumentis hactenus ſcholis illatum eſt. Compendio placere voluit? aliena tamen temerè inuadere & pro arbitrio tractare non debuit. Cur Græcam linguam indicta cauſa exilio multauit? quæ iuuentuti in ſcholis noſtris familiaris eſt, cuius vtilitati ea in re ſeruiendum erat.*

Dictionaria ſingulis vocibus conſtātia improbantur.

Onomaſtica Latinopolona minùs proba. Macinius.

Calepini interpres Polonus nō probus.

Cenſura hæc à veritatis non

Quamuis autem hi & ſimiles libelli dictis vitijs carerent; tamen vel hoc ſolo nomine parùm probandi eſſent, quòd vocibus ſingulis nudis tam Latinis quàm Polonicis conſtent. cùm tamen pleræq; omnes voces, multas & diuerſas tam proprias quàm tranſlatas ſignificationes habeant, & ſæpè neſcias, quæ primaria earum ſit. quare ineptum admodùm eſt, omnes ſignificationes in vna includere, vel vnam ſine alijs æquè bonis vel melioribus ponere. hinc enim fit vt iuuenes huiuſmodi libris vtentes, ieiunè & impropriè ac durè Latinè loquantur. præſertim verò quòd in his libellis, non apponantur ſaltem obſcurioribus vocibus, generum & obliquorum notæ, declinationum & coniugationum diuerſitas, conſtructionis & quantitatis, ac orthographiæ obſeruatio, & admonitio nulla ponitur. quare cognitio illa vocum, confuſa, incerta, & inutilis eſt, ac erroribus etymologiæ, ſyntaxeos, & proſodiæ obnoxia. orthographia certè typographi alij alia, & multi vitioſa vtuntur. Et hæc habe de libris Polonolatinis. Latinopoloni ſunt maiores duo, Macinius & Calepinus vndecim linguarum, minores aliquot. In Lexico Macinij Latinæ voces plurimæ (ſupra millenas) deſiderantur: plurimæ vitioſæ & barbaræ ſunt; plurimæ redditæ Polonicè non ſunt; non paucæ impropriè, durè, & vitiosè redditæ; auctor voci Latinæ nulli apponitur. & ſic nullum eſt inter voces probas & vitioſas diſcrimen. Nihilo melior eſt interpres Calepini vndecim linguarum, quin deterior longè ob orthographiam Polonicam tam vitioſam, vt ne Polonus quidem ſuas voces iſtic poſitas probè legere, ne dum intelligere poſſit. quid mirum? typographus homo ἀλλόγλωσσος fuit, qui lucri ſui non boni communis ſtudio, vel ipſe Macinium vitioſum imperitè compilauit, vel ab aliquo ſemiliterato Polono, exemplari vocum à Macinio collectarum, vitioſiſſima vt mos eſt orthographia ſcriptum, accepto vſus, librum ſuum hoc inſigni flagitio nobilitauit, & pretium ei ex corruptela linguarum maius accerſiuit. niſi putes illum peritiorem aliarum linguarum fuiſſe, vel accuratiorem ac fideliorem correctorem adhibuiſſe. quod alij iudicent, ego mihi perſuadere non poſſum; nam examinare non fuit tanti. Adde quòd plerumque vna tantum voce Polonica, ſingula verba Latina interpretatur. cùm tamen vt dixi, vna vox Latina, aliquot ſignificationes plerumque habeat, duas, tres, ſex, decem, viginti, triginta, & plures. id quod paulò pòſt aliquot exemplis oſtendam. quod cùm in alijs linguis fecerit, pro multis ſignificationibus Latinæ vocis, vnam Græcam, Italicam exempli cauſa ponens; facilè eſt iudicare, qualis notitia linguarum ab iſto tradatur. Quæ nolim quiſquam ideò à me ſcripta exiſtimet,

Digitized by Google

ſtimet, quò ex aliorum vituperatione ipſe creſcam, aut mea commendem; ſed quò veritatem aperiam, & iuuentutem ab errore & à corruptela auocem. alioqui in ea ſum ſententia, vt omnibus qui boni communis ſtudio, quidpiam aggreſſi, aut conati ſunt, ſua laus & commendatio tribuatur, ac etiam agantur & habeantur gratiæ; ſi quid verò præſtare non potuêre, ignoſcendum. quo in numero & ipſe me pono, eandemq; veniam quam lubens alijs do, mihi ab alijs neceſſariò petendam, exiſtimo; ſiquidem difficile eſt opere in longo haud obrepere ſomnum, præſertim tam vario & minutijs controuerſijſq; de interpretatione, lectione, orthographia, quantitate, ſyllabis, literis, apicibus vocum pleniſſimo, eoque quinquennali labore, cui decennalis vix ſatis erat, à me concinnato. Cæterùm cùm vtramque operam & Latinopolonam nempe, & Polonolatinam ſcholis expetendam eſſe ſentirem; ab hac poſteriori vtpote diſcentibus magis neceſſaria, initiũ ſumere, eamque accuratiùs expolire ſtatueram. altera illa, quæ docentibus magis ſeruiet, Indicis Latini, huic libro additi beneficio ſupplebitur. Eſt verò & aliud quiddam quod ego in hoc opere mihi, ſi non perficiendum, ſaltem tentandum, certè non omittendum duxi. fugientem nempe natiuum ſermonem reprehendere, & à barbarie quæ eum veteri poſſeſſione exturbare vehementer nititur vindicare, ac in ſede auita firmare & decore ſuo exornare. Incredibile enim dictu eſt, quàm multæ Latinorum, Italorum, Germanorum, Vngarorum, Turcarum, (vt Moſchos, & alios qui Sclauina dialecto non ita diſcrepante à noſtra vtuntur, omittam) voces paſſim iam, non ab ijs modò qui illas regiones inuiſerunt, ſed ab alijs quibuſuis, adeoque à feminis, Polonicarum loco vſurpentur. certè ſi ad calculum voces, tertiam partem ſermonis aut eò ampliùs occupabunt. id verò minùs ferendum, quòd id nulla neceſſitate & penuria vocum Polonicarum, ſed ex mera libidine nouandi & ſe oſtentandi multi faciant. exemplo ſint *ánimuß, fawor, ránkor, honor, konfident, notowáć, obſerwowáć, tentowáć, refutowáć, exequowáć, pácyencya, ſpezá, fozá, kompánia*, & quamplurima huiuſmodi alia, præſertim militaria à Turcis, Tartaris, Vngaris, ſæpè ſine neceſſitate tracta.

à carpẽdi ſtudio profectà.

Scopus ſcriptoris 2. Polonica lingua puritatẽ & proprietatem conſeruare.

Poloni à lingua viciata peregrinis vocibus.

Nec mihi obijcias Horatium, qui foliorum inſtar verba mutari, & veteribus noua ſemper ſuccedere aſſerit. is enim de verbis nouis ex eadem lingua Latina factis, non de barbaris adſcitis loquitur. Religioſiſſimi hac in parte ſemper erant Romani. quorum Prætores exteris quibuſuis gentibus, nonniſi Latina lingua ius dicebant, & decreta ac edicta ſcribebant. In vrbis autem Senatu, vnum verbum Græcum prolaturi aliqui, præfati priùs veniam à collegis petierunt. Sed & cum familiaribus agentes, Græcis vocibus abſtinebant. teſtatur id de ſe Cic. *lib. 13. ad Familiares. Ep. 15. & 1. Tuſcul.* Horatius item *1. Satyra 10.* Et Iuuenal. *Sat. 6.* ait: Omnia Græcè (loquimini) cùm ſit turpe magis nobis neſcire Latinè. Verè id de noſtratibus ſemiliteratis vſurpes, qui non turpe ſibi ducunt neſcire Polonicè, & vix aliquam longiorem ſententiam proferre poſſunt, quin & Latinas & Polonicas voces corrumpant, & ex eis putidos centones farciant. Sed de hac re plura leges in Opere ipſo. v. *Mowá mięßána.* Certè hoc pacto Latina lingua Latio pulſa eſt, cùm ex miſtione barbararum, in aliam quæ nunc Italorum eſt degenerauit. ſic Græca lingua Aſia tota exploſa, in libris & in ſcholis aliquibus, vix aliquatenus remanſit. Armeni & Aſiatici aliqui, characteribus Græcis, in ſermone longè à Græco diuerſo vtuntur. reliquæ gentes quod ſciam, ſermonem, veſtitum, leges, mores, & fines ſuos mordicùs tuentur: ſoli nos omnium linguarum, morum, & veſtium, dicam omniũ horarum Vertumni & Protei eſſe pergemus? alienorum appetentes miratores, noſtrorum prodigi nepotes & contemptores. Eadem corruptela in Latinam linguam, qua Poloni vtuntur inuaſit. Nôrunt enim cultiores, quàm corruptam loquendi & ſcribendi Latinè rationem, hactenus tenuerint, & teneant pleríque, non triuiales modò ſcholarchæ & pædotribæ cum ſuis, ſed non rarò & ipſi elegantiæ ac eloquentiæ omniſque politioris literaturæ profeſſores. mitto cœnobia, aulas, & diplomatum publicorum officinas, cancellarias vulgò dictas, & varia tribunalia ſacra & profana; Item ICtos, leguleios, cauſidicos, medicos, philoſophos, canoniſtas, alioſque quamplurimos, quorum ſermo & ſcripta barbaris vocibus, duris, inuſitatis, vitioſis locutionibus ita ſcatent, vt in eis Latinitatem vix agnoſcas, aut certè corruptam & deformatam rideas, vel potiùs ſtomachere & faſtidias. quod malum tantò Latinitati nocentius eſt, quantò maiorem ei auctoritatem & approbationem, multitudo & exiſtimatio loquentium ac ſcribentium conciliat, & grauiſſimo vſus nomine, abſurdiſſimum abuſum cohoneſtat. Inter quos non po-

Peregrinis vocibus Romani abſtinebant.

Linguæ quomodo corrumpuntur & intereunt.

Latinitas Polonorum vitioſa.

ſtremus eſt ille (vt alios taceam) qui Latinas & Polonicas voces flexibus peregrinis intortas & corruptas connectit ſic, vt eius orationem, nec Polonus, nec Latinus intelligere queat. Talia ſunt illa: *Gdyby kto* auiſatus Rempublicam *turbowáć chćiał. Aby* ſuis locis *inſerowáne były*. Simplici *nie* fucato corde. *Acceſſyia* dignitatum. Conſtitutiones *ábrogowáne záś reáſſumowáne bywáią. Więcey* exaſperabantur *ánimuſze. Zá* hoſtes patriæ *máiąc. A gdźieby był* adeò fortis, *tedy* viciniores Capitaneatus *ruſzyć ſię máią. Podáć ſię pod* externum militem. *Poſły Woiewodztwá* præſentes *tu będące obráły. Ná Seym* Coronationis. hæc & plura talia apud quendam celebrem ſcriptorem leges. Similia non pauci alij, quæ ipſi elegantiſſima putant, cùm ridicula, putida, & obſcuriſſima ſint. Sic illa: *do tey* dignitatem, *ná tey* dignitate, quàm inepta! quàm auditu intoleranda! dixiſſes potiùs minùs ineptè, *do tey dignitaty, ná tey dignitácie*, ſi dignitatem interpretari *godność* neſciebas. Hæc ſunt, quibus ſe quidam in lingua Latina Tullios, in Polonica Cochanouios eſſe putant, cum mixobarbari ſint & vtriuſque linguæ corruptores. Sed de hac re aliquid in opere

Scopus ſcriptoris 3.

ipſo, v. *Mowá mięſzána* leges. & adi ſi lubet Tullianas Schotti *l. 1. c. 24.* His malis ego remedium aliquod afferre pro virili, hoc opere ſtudui. quod cùm Polonolatinum ſit & primo aſpectu ſolis Polonis vtile videatur, additus vt antè dixi, in fine Latinus index, Latinopolonum illud efficiet, & Calepini ac Macinij vicem abundè ſupplebit.

Onomaſtica ſeu Lexica à calumniis defenduntur.

Neque verò dum hæc aggrederer, eram neſcius, quid de his ſentire & loqui ſoleant ij, qui ſeipſos opinione quadam αὐτοδιδαξίας ſpargenda venditare, quàm rei literariæ modis etiam vulgaribus conſulere ſatiùs ducunt: nempe Latinæ linguæ cognitionem & verborum proprietatem, ex lectione duntaxat ipſorum auctorum Latinorum, nullo verò modo è Theſauris, Lexicis, Onomaſticis, & huiuſmodi Syllogis petendam. eò quòd, inquiunt, in truncatis ſententijs ac diſiunctis verbis, ceu in corona quadam gemmea diſſoluta, nequaquam ille ſplendor ac decor qui in contextu erát agnoſci poſſit. Quibus quidem ego libens concedo, ad ornatè & aptè dicendum aut ſcribendum, auctores ipſos omninò multùm ac ſtudiosè legendos; ſed id alterius iam facultatis, puta Oratoriæ, Hiſtoricæ, Pòëticæ, pro cuiuſque ſtudio, munus eſſe iudico: ad vnam verò & alteram vocem, aut locutionem Latinam intelligendam, nego opus eſſe, totum librum vel paginam, ac ne ſemper quidem ambitum, integrè ex ipſo auctore perlegere: ſufficere aio, vnam ſententiam, eamque ſæpè breuem, in auctore, quin ex auctore depromptam, & ab alio fide digno allatam audire. neque ad eam rem collocationem verborum quicquam prodeſſe. Et certè, ſi hanc viam iuuenibus Latinæ linguæ ſtudioſis præcludemus; qui tandem illi Latina ex auctorum lectione diſcent? quotuſquiſque enim eſt, qui tot auctores Latinos habere poſſit? præſertim tenuis fortunæ, & qui nunquam vel nomen aliquorum auctorum audiuerit. vt taceam, quòd multi libri labe aliqua morum vel religionis reſperſi, Pontificia lege vulgo diſcentium interdicti ſint. quomodo deinde, ſi aliquos acquirat, ea quibus opus eſt in eis inueniet? aut quando tam multos percurret? immò quomodo Latinè loquentes illos, ipſe alterius linguæ homo intelliget? cùm tot præſertim obſcura, de quibus Critici ipſi, eruditi viri digladiantur, plerique omnes antiqui auctores contineant; nonne ad Philologos & Etymologos, ad interpretes & commentatores ac Criticos recurrendum erit? concedi omninò neceſſe eſt. Porrò quid aliud agunt lexicon collectores, niſi vt vocum Latinarum vim, bonorum auctorum exemplis & eruditorum virorum commentarijs illuſtrent; atque ad ipſos auctores (cui legere lubeat) duces ſe præbeant, aut ſaltem digitum intendant? Perſuadere mihi certè nullo modo poſſum, glorioſos hoſce Thraſones, carere Theſauris, Lexicis, Commentarijs, & vt minimùm ſuis collectaneis ac hypomnematis ex variorum lectione congeſtis. Quis enim Deus bone! totum Plautum, Liuium, Ciceronem ſuo ingenio intellexit? cùm paſſim Critici in explicandis auctoribus, alij alios laudent, refutent, concilient, rideant, corrigant? Sed nempe verum eſt hîc illud Comici: culpant & comedunt tamen. Damnant iſti Robertos, Nizolios, Godeſchalcos, Erythræos, Giſanios & alios Indicum ſcriptores, quos tamen vt minimùm copiæ vel memoriæ cauſa aut certè indicis loco, manibus terunt aſſiduò. Quis enim credat eos totum Plautum, Lucretium, Ciceronem, Liuium, Virgilium, Plinium, & alios huiuſmodi memoriter tenere, & cùm opus eſt fideliter & verbatim è memoria depromere? non verò ad indices à ſe vel ab alijs confectos, tum ob errandi periculum, tum citiùs inueniendi gratia recurrere? totum enim librum vel bonam eius partem, ob vnam aliquam vocem, phraſim, vel ſententiam inueniendam, tam inſani non erunt, vt velint euoluere. Nam quod de collocatione verborum ſoliciti ſunt, & ipſe fateor, optimum eſſe vt ei, quam primùm fieri poteſt, iuuenes aſſueſcant; ſed abſurdum admodùm eſſe exiſtimo, id tyronibus illis, qui voces intelligere ipſas contendunt, obtrudere, & eos ſic obtundere, ne dicam obruere. Rhetorices & Oratoriæ ſtudioſis illa ſeruentur, qui nihilo minùs in huiuſmodi Lexicis & Theſauris, propè omnia quæ ad purè loquendum, plurima quæ ad copioſè & eleganter dicendum neceſſaria ſunt, inuenient. Quòd verò vrgent, à Cicerone & Quintiliano lectionem auctorum commendari: non animaduertunt, illos vernaculis ſuis & eiuſdem linguæ iuuenibus, qui non linguam modò Latinam, quam non malè callebant, perficere; ſed elegantiam & copiam ac ornatum, & vno verbo eloquentiam per imitationem aſſequi volebant, id commendaſſe. Noſtrorum diſcipulorum alia ratio eſt. qui antequam ad Oratoriam aſpirent, priùs Latinam linguam, qua auctores vſi ſunt, vt intelligant, laborare debent. deinde quæ in auctoribus vel ob tranſlationem vel multiplicem ſignificationē dictionis, vel alluſionem ad morem ſui temporis, aut ad aliquam hiſtoriam, ſeu antiquitatem obſcura ſunt, à Commentatoribus, vel à Magiſtris, vel à Lexicis (cùm auctores ſe ipſi paſſim non explicent) petere.

Modus quem in opere hoc ſcriptor tenuit.

In Græca lingua quid ſpectârit.

Iam de modo quem in hoc opere conficiendo tenui, aliquid dicam. trilingue id eſſe placuit, è Polonicis nempe Græcis & Latinis vocibus conflatum, Et quidem, quod ad Græcam linguam attinet, hanc ſanè vel ad mediocrem quoque, nedum ad ſolidam eruditionem comparandam, neceſſariam omninò eſſe, nemo niſi admodùm ineruditus & amuſus negare audebit. ſiquidem bona pars vocum Latinarum, è Græcis vocibus conſtat, ex quarum cognitione vis, proprietas, pronuntiatio, accentus, quantitas, orthographia proba Latina dependet. Accedit quòd eadem in ſcholis noſtris quibus potiſſimùm conſulere animus erat, non poſtremas teneat. Et quidem vocabulis Græcis ſingulis contentus non fui, quòd id opus illis etiam vſui eſſe volui, qui Græcè Orationem ſolutam & ligatam ſcribunt, vt vno compendio in eodem volumine Lexicon Græcum & Synonymorum ſeriem haberent, cùm præſertim vulgaris ille Synonymorum collector pauculas & vulgares ferè tantùm voces Latinas Græcè reddiderit, idque confusè, & ſine diſcrimine ſignificationum plurium vnius vocis, ſine conſtructione, ſine articulis, ſine obliquis, & eandem Græcarum vocum Synonymiam ſub aliquot cognatis vocibus faſtidioſè repetitis vicibus congeſſerit, & plurima neceſſaria omiſerit. Articulos ego & obliquos difficiliores ac conſtructiones, ſæpè & phraſes Græcas attuli. Et omnia quidem ex auctoribus Græcis bonis (licet hos non ſemper adnotârim) deprompſi. ſicubi tamen raró, analogia ſeruata, quidpiam ipſe formaui, aut à recentioribus Græcis vel Latinis nouatum accepi, notam hanc [à fronte addidi. Oratoria hîc à Pòëticis non diſtinxi, quòd plerunque vbi Oratoria vel Hiſtorica habere potui, à Pòëticis abſtinui: vbi verò Oratoria deerant, ibi vt & in Latinis, Pòëtica vſurpare, cùm neceſſitas cogit, religio nulla eſt: Iam verò Polonica vocabula vſitata, quæ mihi vel iuxta ſeriem alphabeti linguam Polonam meditanti, vel Polonos homines cultos audienti, vel libros eorundem probos legenti, vel Latina vertenti occurrêre, congeſſi pleraque omnia, obſcœnis & ſordidis exceptis. quæ tamen, quia quandoq; neceſſariò ijs (vt minimùm in Sacramento Confeſſionis) vtendum, nec ita abdita ſunt, vt à iuuentute aliunde paſſim & fœdioribus omninò appellationibus non cognoſcãtur; hîc honeſta quapiam voce expreſſa, aut periphraſi velata poſui, vt à deterioribus iuuentutem auocarem, & opus mutilum non relinquerem. addo quòd id omnes Lexicorum ſcriptores, adeoque ſacrorum librorum interpretes, non prætermittant. Probroſa item aliqua & leuicula, vel parùm in ſpeciem vtilia ac è fæce vulgi aliqua, ob eaſdem cauſas ponenda erant, potiſſimùm cùm egregia aliqua Latina vel Græca vocabula poſtulabant, & Polonicæ interpretationi, vel voci occaſionem dabant. Sciunt omnes ſibi ab ijs abſtinendum. ſed cùm perſonis Comicis, aut Satyræ ſermo aptus tribuendus eſt, non vſurpare aliqua, omninò difficile eſt, aut certè inſulſum Poëma ſcribendum. Arbitraria verò, quæ Ioſephus Scaliger in Latina lingua cum Varrone effutitia vocat, quæ nimirùm ſibi quiſque è re nata liberè format (quæ licentia apud Polonos maxima eſt) item interiectiones, & ab affectu vario profecta, nec non à ſonis formata, denique Dialectorum & Prouinciarum variarum verba, quemadmodum & opificum varia inſtrumenta, & actiones ſignificantia, ponere omnia nec potui, nec debui; quòd & infinita ſint, & arbitraria; & aliorum hîc poſitorum

In Polonica lingua quid obſeruârit auctor.

PROOEMIVM.

Opificum vocabula Cicero ignorauit.

Synonyma, & Latinè reddi aliqua nequeant, & ſi reddantur, parùm commodi afferant? Et certè Cicero 4 *de Finibus*. artificum vocabula ſibi ignota eſſe confitetur, quæ tamen ipſis vſitata ſunt, & ſine quibus illi artificia ſua tueri non poſſunt. Quod verò ad rariora vocabula (nitida & vtilia intelligo) attinet; ea partim ex artium & negotiorum certorum peritis didici, partim ex bonis ſcriptoribus, quos in autographo adnotatos habeo, decerpſi. Sed & aliqua ſunt à Græcis, Latinis, Italis, Germanis, Sclauis, Ruſſis ſumpta, & Polono flexu formata, quæ iam vſu ſaltem cultiorum recepta ſunt, nihilo minùs tamē nec Polonica horum Synonyma, quando habui contempſi, immò (cur enim natiua peregrinis poſſeſſione ſua cedant?) præpoſui, & hæc (vt *Intratá, Prowent*) in ſerie nuda; illa, vt *Dochód &c.* Græcè & Latinè verſa vt plurimùm ſcripſi. Tranſlata à proprijs paſſim vt & Latina diſcreui. Synonyma nulla pænè vſitata neglexi, vt aliud alij quærenti occurreret, ſed quod notius vel ſignificantius viſum eſt, illuſtraui; cætera, ne charta repetendis ijſdem repleretur, nuda ad illud remiſi. Periphraſi etiam Polonica ſubinde vtēdum fuit, cùm vocabulum proprium deerat, nec formari commodè poterat, & Græcum vel Latinum elegans vel vtile vertere expediebat. id quod etiam exemplo Græcorum & Latinorum interpretum ex alijs linguis aliquid traducentium feci. pauca ipſe ob cauſam proximè dictam formaui.

Polonica vocabula. Deniq; ne fortuitò & temerè congeſtas in hoc opus Polonicas voces putes; præcipua
aliquot capita differentiarum, quas ego in vocibus Polonicis & colligendis & digerendis
1. Propria. diligenter ſpectaui, hîc tibi ſtatim ſubijcio. Primum genus eſt Simplicium & propriarum
2. Translata. vocum, quales ſunt: *Niebo, źiemiá, drzewo, ptak, człowiek &c.* Secundum Tranſlatarum,
vt ſunt: *Roſpaſáć śię ná co, Poſzczwáć kiem kogo, Gorący, kwáśny* de homine &c. Tertium
3. Polyſema. Polyſemarum, quales hæ: *Wilk źwierz, wilk róſzczká, wilk wrzód, wilk źiele, wilk żelázne*
naczynie. Kámień proſty, kámień drogi, kámień chorobá, kámień młyńſki, kámień złotniczy,
kámień orli, kápłun, kámień wagá, kámień głaz, kámień ſkáłá &c. & talia ſunt quamplurima.
4. Synonyma. Quartum Synonymorum, *Powiádáło, mówiło, trzęſło, tárkáło. Słyſzeć. gruchnęło, głuſza,*
wieść ieſt. Item *Piękny, cudny, nadobny, chędogi.* Item *Rączy, prędki, chutki, żártki,*
dárſki. Item *Szálbierz, oſzuſt, máchlarz, Cygan, ćiárlátan &c.* Quinto loco obſeruo diffe-
5. Differentia vocum. rentias dictionum. *Budowánie* actio. *Budowánie* opus. *Wyśćie* actio. *Wyśćie* locus. ſic *Wyiazd.*
Item *Ciſkánie* indifferenter, *ćiśnięnie* ſemel. *ćiśnięnie* à *ćiſkam.* *ćiśnięnie* à *ćiſnę; noſzenie,*
6. Conſtructiones vocũ Polonicarum variæ. *nieśięnie; obálánie, obálęnie &c.* Sexto loco vſus varios vnius verbi attendi & collegi
tale eſt, *Stoię* abſolutè. *ſtoię o to: ſtoię przy tym: ſtoię tu goſpodą: ſtoi to zá to: ſtoi mi ná*
gárdło: ſtoi rzeká, iármárk &c. Item Præpoſitionum *Do, Ná, Nád, Od, Po, Pod, Przé, Przéd,*
Z, Zá, W. & aliarum particularum varios vſus in diuerſis phraſibus exhibui. Septimum
7. Analogia. caput eſt analogorum, quorum vno Latinè reddito, cætera eodem modo reddi facillimè
poſſunt, vt *Dośiedźiał śię, Doſypiam, Dobiiam, Iák bić, ták bić. Nábiegałem śię, Nabiiam,*
Náſtać śię, Náwołáć śię, Náczekáć, Nábudowáć. Item *Pobiiam, Pochnyiać, Poćierpieć, Pośćináć,*
Podawić, Podchodźiłem ſobie, Przeczekáć śię. Uſypuię, Vlewam, Uchylam. Item *Wykuglowáć,*
wybić, wyſzálbierowáć. Item *Wdrożyć śię, wczytáć śię, wpáść śię &c.* Tales locutiones
8. Idiotiſmi. idiotiſmos Polonorum appello, qui Latinè vna voce reddi non poſſunt, ſed periphraſis
Copia vocum Polonicarum maior Latinâ. longior adhibenda eſt. ex quo linguæ noſtræ copiam aduertere licet Latinâ maiorem,
in exprimendis rebus & actionibus omnibus, nobis notis & vſitatis, & ferè cum omnibus
gentibus communibus, vt exempla hîc poſita docent. paucas voces Latinas, de quibus
1. in Proœmio extremo dicam excipio, quas abſque damno vllo Polonicè reddere non
2. poſſumus, aut potiùs non curamus. Eandem linguæ noſtræ copiam, cognoſces ex verbis
Bogacz, śiwiec, Starzec, Chudak, Slep', Smiáłek, Plugáwiec, Przebiegłec, Bywáłec, & ſimilibus.
3. qualia Poloni ab Adiectiuis formant quamplurima, itemque à Subſtantiuis, vt *Gębal,*
Nogal, Noſal &c. quibus carent Latini. vide ſi lubet & *Borowy.* adde verba à quibuſuis ſubſtantiuis
formata, quorum aliquot in v. *Chmielę* poſuimus. Adde & Aduerbia in v. *Czarno*
poſita. vide & *Dłubánina*, & *Ono* 2. *Oſtrze, Pełen.* Multa item referunt pluribus modis,
4. vt *Strzel* & *Strzelay: kołác, kołátni, zákołác. Poprzatnać, poprzatáć. Strzelęnie, ſtrzelánie.*
Ciśnięnie, ćiſkánie. & ſimilia multa. v. *Odeśćie* 1. *Oćieliłá śię, Podźiękowáć, Zárycząć, Zarzecze,*
5. *Zdycha, Zdáię komu.* Plurimas etiam habent Interiectiones, vel particulas ſonum exprimentes
varium, vt *trząſk, pláſk. ſzáſz, puk, łub, buſ, chluſt, ſzuſt. rum, fik. wyk, ſio, ſiu, bim.*
& ſimiles quales nec Græci nec Latini norûnt. Mitto effutitia quamplurima, vt *Tereſere,*
6. *śidłu widłu, krzętu wętu, fik mik, bźin, fáráſámfá, lełom-połełom, onáczyć. ſkoiárzyć piłá go,*

płáci ten,

plàci ten, kiérwidér. 7. Adde quòd omnes pænè Præpoſitiones cuiuis Verbo (& ab illo deriuatis) Poloni addere poſſint & ſoleant, ad res meliùs exprimendas: vt *Wodzę, Przywodzę, Odwodzę, Zwodzę, Wywodzę, Vwodzę, Náwodzę, Wwodzę, Záwodzę, Przéwodzę &c. Przéwidzęnie, Vwodzęnie &c. Przéwodźiciel, Vwodźiciel &c.* Sic *Noßę, Chodzę, Mawiam, Rznę &c.* Item compoſita ex pluribus Præpoſitionibus: vt *Poroſprzedáwáć*, v. *Pobiiam.* 8. Iam deriuata ab vno Primitiuo formant plurima, vt à *Chłop*, plura quàm decem. *Chłopék, Chłopeczék, Chłopię, Chłopiéc, Chłopczyk, Chłopiatko, Chłopiatéczko, Chłopięćiná, Chłopięćinká, Chłopięćinéczká, Chłoptás, Chłopczyßczko, Chłopczyßcze, Chłopaßék, Chłopiaßék, Chłopiſko, Chłopiná.* Et ab Adiectiuo: *Máły, Máluchny, Máluczki, Máluty, Máluśięńki, Máluśięniéczki, Máluturny.* Item ab Aduerbio: *Cięnko, ćięniuchno, ćięniuczko, ćięniuśięńko, ćięniuśięniéczko.* Et quoniam hæc Analogia verborum præſertim cum Præpoſitionibus compoſitorum, ita latè patet, vt ſingula perſequi infinitum foret, & alioqui ex ſimplicibus vel alijs ſimilibus cognoſci poteſt; ideò admonitiones generales aliquoties de verſione talium verborum poſui, vt me lectoremque moleſta ſimilium repetitione liberarem, & volumen ſine detrimento contraherem. 9. Inſpice & exempla Polonica ſub finem Proœmij poſita, in quibus vna vox Latina decem & viginti ampliùs Polonicis redditur. Extremò tandem illud moneo, ne quis hîc elegantiam Polonicæ linguæ à me requirat. nam licet eam vbi ſe obtulit (& potiſſimùm in phraſibus) aſpernatus non ſim; tamen me id primariò non ſpectaſſe fateor; eò quòd alienum id ab hoc loco, in quo proprietas ſpectanda eſt, iudicârim; ad hanc verò notiſſimum quodq; & ſimpliciſſimum vocabulum ſufficit, quin vt iuuentuti cui ſcribitur hoc opus vſui ſit, requiritur. in cuius locum qui volet (quod & ego aliquoties feci) rarius aliud & nitidius ſubſtituat licet. Elegantia certè in longioribus ſententijs magis locum habet, pendetq; non ab aurium modò iudicio, ſed ab annis longoq; vſu ac conſuetudine frequenti cum ijs, qui eleganter loquuntur, ac deniq; ab ingenio & prudentia naturali, vt apud Latinos. Hæc ſpectaui in Polonicis vocibus.

Elegantia ſermonis ab Onomaſticis non requirenda, ſed ab Oratoribus petenda.

Iam quod ad Latinas attinet, meum conſilium fuit, non vno aut altero verbo Polonica interpretari, ſed præter Nomenclaturam abſolutam omnium vocum Polonarum vtilium, Synonymiam Latinam, quam ego hactenus non vidi, accuratè conficere & ad vſum Polonæ iuuentutis accommodare. Quam ad rem Cicero ſolus (vt cuiq; notum eſt) non ſufficiebat. quare Hiſtorici etiam & Poëtæ, quin & alij eruditi ac claſſici ſcriptores antiqui omnis generis accerſendi erant. nec ſolùm hi, ſed poſteriores etiam, atque adeò noſtri ſæculi magnæ auctoritatis apud omnes eruditos ſcriptores, qui res varias priſcis ignotas, aut nouiter inuentas, nouis vocibus, aut ex Latinis formatis, aut ex ſono vel proprietate ductis, appellârunt. Neque verò ſimplicia verba, ſed etiam coniuncta, ſeu phraſes Latinas ex iiſdem auctoribus deprompſi, quòd ſæpè Polonicæ dictioni, ſimplex dictio Latina reſpondens non reperiebatur, ſæpè elegantiùs, ſignificantiùs, vel magis propriè duobus vel tribus verbis quàm vno exprimi poſſe videbatur. addo, quòd in hoc volumen non ſimplicia ſolùm & ſingula verba Polonica, ſed coniuncta etiam, ſeu modos loquendi, cuiuſq; vocis occaſione, congerere ſtatueram, quos etiam Latinè reddi ſimiliter oportebat. Sed hîc iterùm occurrendum eſt delicatis illis, quibus nihil niſi ex Cicerone aut fortè ex Saluſtio depromptum placet. Nouerint ergo hi, Latinitatis hîc, non autem Oratoriæ quæ illius particula eſt, artis, negotium agi. Latinè autem locutus eſt, non tantùm Cicero aut Saluſtius, ſed etiam Ennius, Plautus, Terentius, Virgilius, Varro, Cato, Columella, Liuius, & his vicini plurimi quos recenſet Andreas Schottus in Tullianis quæſtionibus, vbi etiã affert multos graues Latinæ linguæ ſcriptores, qui quamuis Ciceronem potiſſimùm ſtudioſis eloquentiæ ad imitandum proponant; alios tamen etiam ſubinde legere, maturioribus præſertim concedunt, & ſuadent, ab eiſq; rem & verba quæ Ciceroni deſunt, cùm opus eſt ſumere. *Vide Mureti Variarum lect. lib. 15. c. 1.* Porrò noſter hic liber omnibus Latinè loqui aut ſcribere volentibus deſtinabatur, ſiue Oratores illi, ſiue Poëtæ, ſiue Hiſtorici eſſe vellent; ideoq; & auctorum nomina ex quibus deſumptæ ſunt voces & locutiones appoſita. Quid quod ſermo quotidianus & familiaris, vt & Epiſtolicus, ac dialogicus, & ſæpè Comicus, ac Satyricus, quaſlibet voces admittit. præſertim cùm vrget neceſſitas, quæ non quærit vnde habeas, ſed oportet inquit habere, & quæ deſunt vndecunque petere, non indecorum ſibi arbitratur. Adde quòd alia ſit Nomenclaturæ, alia ſtyli ſeu vocum certo modo coniunctarum ratio. nos hîc priorem potiſſimùm docemus. & quidem omnis oratio ex verbis compo-

In Latina lingua ſpectauit auctor.

1. Interpretationem propriam.

2. Synonymiã & copiam.

3. Phraſes.

Onomaſticis vniuerſalibus implendis Cicero non ſufficit, ſed multa ab aliis ſcriptoribus petenda.

Poëtica verba in oratione

ſoluta licet vſurpare.

nitur, nihilo minùs non qualiſcunq; coagmentatio vocum orationem Poëticam, vel Oratoriam, aut Hiſtoricam efficiet; ſed certa quædam, ab arte propria præſcripta. adeoq; ex ijſdem penitùs verbis (diuerſa ſtructura conformatis) Orator, Poëta, & Hiſtoricus ſuam orationem conſtruere poteſt. hinc fit vt Poëtica oratio ſeu ſententia, aut verſus Poëticus, ſi numeros tollas aut turbes, aut vocem vnam etiam ſuperfluam omittas, aut ordinem, caſum, perſonam, numerum & genus mutes, ſoluta & ſæpè Oratoria euadat, aut vix ab ea diſcernatur. quocirca in hoc volumine ſæpè ad eandem vocem ac locutionem, & Oratores, & Poëtas, & Hiſtoricos qui ea vſi ſunt, appoſitos videbis. Quamuis autem aliqua verba ſint propria Poëtarum, vel Hiſtoricorum; non ſtatim tamen ſermo Poëticus erit, qui verba aliquot Poëtica, non Poetico modo iuncta habebit. Porrò Comicorum multæ locutiones numeris ſolutioribus ſcriptæ, nihil pænè à ſoluto & vulgari ſermone differunt. quapropter non ſtatim Plautinum, vel Apuleianum ſtylum habebit, qui aliquo verbo Plauti vel Apuleij aptè vtetur. Nam certè ſtylum Apuleij, Sidonij, Capellæ, & ſimilium non laudo: verba eorum ſi ab alio auctore habere non poſſim & indigeam, non tam religiosè refugiam.

Antiquarij & obſcuritatem affectâtes improbantur.

Colligere verba obſcura, obſoleta, inuſitata, rara, nouata, & ex ijs ſolis orationem texere, vt fecêre quos iam nominaui, & eorum imitator Accurſius, hoc puerile & putidum eſt. maximè ſi ſeriò facias, & ornatè ac planè te loqui putes aut optes. Nihilo minùs tamen vt Oratoriæ facultatis ſtudioſi, nondum maturi, qui multùm hinc in ſua exercitatione iuuari poſſunt, alacriùs & ſecuriùs hoc Opus arripiant; quæ illis vſui eſſe poſſunt, priori loco & literis maioribus auctorum nominibus appoſitis imprimi curauimus: poſteriùs ea quæ minùs Oratoria ſunt, ſeparatim diuerſo & minori charactere, appoſito etiam nomine auctoris iacent.

Non vbiq; id Typographus ſeruauit.

Obſoleta & inuſitata verba cur hic poſita

Obſoleta itidem & inuſitata, itemque dura, horrida, audacter nouata, aſperè compoſita, qualia multa Plauti, Lucretij, Apuleij, Sidonij, Martiani Capellæ, aliqua Arnobij, Tertulliani, & aliorum poſterioris ac proinde deterioris æui Latinitatis auctorum, minori ſimiliter charactere expreſſa ſunt, ne ſine delectu quibuſuis paſſim pueri & iuuenes vtantur. Omittere ea viſum ideò non eſt, quòd multorum eruditorum præſertim recentiorum egregia ſcripta ijs plena ſint, quæ non intelligi à Latinæ linguæ ſtudioſo, turpe eſt. Deinde quia ſcribentibus Comica, Satyrica, & alia Poëmata, Dialogos item & Epiſtolas ad eruditos viros, aut ad antiquitatis effingendum exemplar, aut ad iocandum honeſtè animi cauſa, vel affectantibus antiquitatem reſpondendum vſui eſſe poſſunt. Sed neceſſitatem primo loco ſemper pono, quæ ſi me cogat verbo obſoleto vti, aliam excuſationem non quæram.

Peregrina ſeu barbara boni ſcriptores Latini neceſſitate cogente vſurpant, & quo modo.

Idem ſentito mecum Lector de peregrinis ſeu barbaris, & à quibuſdam recentioribus ſcriptoribus nouatis verbis. Quid enim agas, cùm res priſcis Latinis ignota, nominanda eſt? ſanè ineptum eſt ſemper ad periphraſim confugere, quæ ſæpè longiſſima eſſe deberet, qualem in deſcriptione tormenti bellici ærei Maffeius habet Hiſt. Indicæ libro primo. Certè Græci præſertim poſteriores Plutarchus, Suidas, Pollux, Cedrenus, Nicetas, Zonaras, Heſychius, Etymologus, Nouellæ, Gloſſæ Baſilicorum, Harmenopulus, & alij, Latina vocabula vſurpant non pauca. Latini Græca quamplurima, Gallica, Punica, & aliarum gentium, vt Plautus, Iulius Cæſar, Cicero, (quem lege *l. 3. de Finib.* ſtatim initiò) Liuius, Virgilius, Plinius. Noſtri denique ſæculi ſcriptores pleriq; graues, vt Phyſiologi, Medici, Iuriſperiti, Philologi, Hiſtorici ſuarum & exterarum gentium verbis Latinè conformatis vtuntur tanquam Latinis. Cromerum noſtrum, qualem virum! non puduit multa animalium vocabula, piſcium, auium, fluminum noſtræ regionis Polonica, Latinè terminatis vocibus, ſcriptis mandare, & Turum, Bogum, Crecicos, Berſanam, Sipienum, Veleias vſurpare. ſimilia habet Iulius Scalig. Iouius Pontan. Bellonius. Rondelet. Geſnerus, Aldrouand. Matthiol. & alij. quid abſurdi? nonne *dóm, nos, oko, komorá, śiékierá, kárá, wyká, wał, pal, żyto*, Græcis vel Latinis ita ſimilia ſunt, vt dubites vtra ab vtris formata ſint? Subinde etiam barbara, mixobarbara, & triuialia inepta, vltrò, nulla neceſſitate cogente addimus, præſertim quæ vulgò vſurpantur, vt à iuuenibus agnoſcantur & vitentur, ob idque ijſdem notam appoſuimus & meliora ſubſtituimus. Sed neque Eccleſiaſtica vocabula exemplo multorum (qua de re, vide *Sákráment 2.*) excludere vitium eſt, appoſitis tamen plerunque Latinioribus vbi id fieri potuit vel decuit.

Eccleſiaſtica verba non vitanda ſuperſtitioſè.

Cæterùm totam hanc Latinarum vocum Synonymiam, non meis vt Omphalius, Manutius, Hellinx, Buchlerus, & alij quidam fecerunt; ſed vt Hadrianus Cardinalis, Laurentius Valla, Stephanus Doletus, Robertus Stephanus, Antonius Schorus, Andreas Diether, Ioan. Gotſchalcus, Rodolphus Goclenicus, auctorum Latinorum verbis & phraſibus quantùm fieri potuit integris, aut modicè vbi opus erat commutatis, confeci. vt tyronum licentiæ in loquendo & ſcribendo frenum aliquod inijcerem, eoſque auctores bonos noſſe, & ad eorum ſcripta recurrere docerem, & alioqui cum illis ſentio, qui exiſtimant, non licere cuiuis tyroni præſertim, vt peregrinis & obſoletis vti, ita vocem Latinam nouam fingere, nec ex alia præter morem deriuare, immò nec verbo caſum aliquem inſuetum, aut in conſueto caſu, materiæ inſolitæ vocem, vſu non approbante copulare. Nam rectio dicitur, doctio non dicitur. magnanimitas eſt Latinum, animitas minimè. reſipiſco & deſipio vſitata, reſipio hoc ſenſu & deſipiſco non item. Tertiana febris, eſt Ciceronis: ſecundana, nullus dixit. ingenioſus Latina vox, iudicioſus barbara. Facio iniuriam, *pro* infero, dicitur. facio damnum, non dicitur hoc ſenſu, ſed alio, *ſ.* accipio damnum. Tradere memoriæ eſt Ciceronis: tradere obliuioni, neſcio an alicuius ſit, licet Liuius dixerit: Dare obliuioni. Conſecutio pro connexione & ſucceſſione, eſt Ciceronis; ſed pro adeptione nullius. Non temerè ergo iuuenes verba nouare debent, aut ſolis Grammaticis regulis conformare, ſed vſum conſulant oportet, qui non vulgò Latinè loquentium & ſcribentium conſuetudine, ſed antiquorum ſcriptorum lectione & obſeruatione acquiritur. Rectè Edmundus Campianus præcipit, ne extra Ciceronem quicquam aſſumatur, quod non ingens vtilitas neceſſitáſue flagitet. vtilitatem inquit interpretor, cùm vim, lucem, pondus, ſecuritatem apportat dictio, qua repudiata obſcuritas vel error vel offenſio non modica bonorum hominum timeri debeat. addit idem. Aliquid etiam copiæ largiemur, ſed magna cum cautione & in vocibus admodùm luculentis. Cicero finxit vocabulum Acerualem Soritem appellans; quantò magis vteretur iam factis, non à quolibet audaculo & imperito, ſed ab idoneis & diſertis; neq; ſemper, ſed verecundè; nec vbiq;; ſed ſuo loco. Hæc ſi tribuimus commoditati; inopiæ certè & neceſſitati pluſculùm dabimus. Gracilitatem Cicero habet, gracilis vocem pro tenui, ſubtili, ſtrigoſo, non habet: cur ea tamen vox damnetur? Fibula Ciceronis non eſt, at Cæſaris eſt. Hæc & plura talia ille. Et ſanè ſi id penitùs negetur, inopes ac duri, ſæpè etiam infantes ac muti in loquendo erimus. Quæ porrò ea ratio eſt? Hoc Latinum non eſt, quia id Cicero vel Terent. non habet? Sanè licet omnia ſcripta Ciceronis & aliorum exſtarent, nondum ea ratio valeret. Quis enim mihi id probet, omnia vocabula ſua lingua vnum auctorem id non cogitantem complexum? quis ſpondeat, ſi hoc quod ego cogito, exprimère Cicero voluiſſet, his ijſdem quæ vſurpo verbis vſurum non fuiſſe? Nunc verò, cùm tam exiguam particulam ex veterum monimentis habeamus, in tantas dicendi anguſtias nos vltrò & inſipienter compingemus? Certè ſi recuperari quæ exciderunt Ciceronis volumina poſſent, inquit Edmundus Campianus, plurima bona vocabula, quæ nullus adhuc Nizolius viderit ſuppeditarent. quare addit idem. Non linguam Ciceronis, quæ multa reticuit, non fortunam temporum quæ multa perdidit, ſed Ciceronem ipſum facio cenſorem & iudicem dictionis. ſic loquor, vt ipſe loquebatur, & paratus erat loqui. Militiæ verba, ſumam è Vegetio. Architecturæ, ex Vitruuio. Medicinæ, ex Celſo. Philoſophiæ, è ſcholis. Neque enim ſi reliquus ſermo ſui ſit ſimilis, vocabula quædam rariùs perſperſa, quæ vel neceſſitas temporis, vel vſus emollit, figuram vniuerſam corrumpere ac deprauare poterunt. ſic ille. Multi proinde docti viri voces in veterum ſcriptis non exſtantes, ad aliarum illis vſitatarum analogiam conformatas vſurpant. Poſſem afferre plurimos, & noſtri & ſuperioris æui ſcriptores Latinæ puritatis amantiſſimos, qui ſimiliter verba prudenter nouárunt plurima, ſed breuitatis cauſa prætermitto.

Synonymia & copia Latina in hoc opere, è bonorum ſcriptorum verbis conſtata eſt.

Grammaticè loquẽtes, ſæpè nõ Latinè loquuntur.

A Cicerone potiſſimùm verba petẽda, ſed vtilitate & neceſſitate cogente, aliũde etiam.

Quid ſit Ciceronianè loqui.

Verba nouata à recentioribus.

Negaui ego id mihi, & voces ſimplices imprimis ex optimis & veteribus ſcriptoribus Latinis decerpſi. non paucas item ob cauſam ſuprà allatam ex obſoletis & priſcis. item ex poſterioribus labentis Latinitatis auctoribus. denique ex recentioribus cuiuſuis nationis, linguæ Latinæ benè peritis. item ex commentatoribus, interpretibus, criticis, & alijs eruditis. quorum nomina plerunq; adnotaui. ſunt nihilo minùs aliquæ voces, quæ nullum omninò auctorem vel obſcurum habent, quas hîc ponere neceſſitas compulit, in Polonicarum vel Græcarum vocum interpretatione. quis enim ferret crebras & longas in rebus præſertim viliſſimis & quotidianis periphraſes? & tamen voces eiuſmodi ſunt, vt nihil eis ad bonitatem præter auctoritatem, quam ſemper habere poſſibile non

Phraſes ex bonis auctoribus ipſorum verbis allata.

Auctorum veterum nomina appoſita, non numeri librorum, capitum, paginarum. cur?

Interpretum nomina cur appoſita veteribus ſcriptoribus?

le non eſt, deſit, cùm & originem ſuam veram, & analogiam probam habeant, & minimè compoſitione ſonóue aures offendant, maximè ſi vulgò & paſſim à doctis vſurpentur. Talia ſunt incombuſtibilis, quinquefariam, interſeptum, nouator, præmiſſio, euaſio, oſtenſio, pollutio, reportatio, reuectio, corruptibilis, diſſuaſorius, repenſio, quinquagenarius, ſexagenarius. In coniunctis item vocibus Polonicis interpretandis, imprimis auctores bonos vbi habere potui, attuli; vbi deerant, verba ex eiuſdem auctoris diuerſis locis, vel ex varijs auctoribus ſumpta ex more & vſu Latino, eo modo quo Manutius ſuas phraſes, Omphalius, Eraſmus, Hellinx, & alij fecêre, contexui, ſed diuerſo charactere & anonymos poſui. Porrò auctorum nomina, tam ſimplicibus quàm coniunctis vocibus appoſui, eo conſilio, vt ne finxiſſe cuipiam voces pro arbitrio videar, ſed exhibito auctore, ad vtendum ſecurè mea verſione quemuis inducerem. deinde, vt qui pleniorem ſententiam legere vellet, ſciret quem adire deberet. denique vt verba Oratoria à Poëticis, obſoleta ab vſitatis, recentia & noua ab antiquis diſcerneret. At verò libros, capita & paginas auctorum citatorum non poſui, quòd id nimis longum & erroribus plurimis obnoxium & parùm neceſſarium cenſui: ſiquidem accuratiſſimos & pleniſſimos verborum ſingulorum indices, in Plautum, Terentium, Ciceronem, Virgilium, Lucretium, Horatium, Martialem, Iuuenalem, Perſium, & alios plurimos ſerie alphabeti confectos eſſe ſcio. Neque temerè quoque auctoribus veteribus recentiorem aliquem plerunque ſubiunxi, ſed vt indicarem illum, aut ita legere, aut ita vt ego interpretor, eandem dictionem vel ſententiam auctoris antiqui interpretari. valebit id contra eos, ſi qui erunt, qui verſionem meam ſugillare voluerint. Quin & exempla ex auctoribus non ſemper poſui, ſed ſæpè nuda voce contentus fui, tunc nempe quando res ſatis nota erat, & nullam ambiguitatem vel obſcuritatem habebat, vel quando exemplum eius in deriuato aut Synonymo reperiri ſciebam. In ipſis denique exemplis aſſerendis non ſententiarum quæ gnomæ dicuntur, ſed phraſium ſeu locutionum Polonicarum Latinè & Græcè reddendarum rationem habui, conſilio & ratione illa, ne opus excreſceret. quare ex auctoribus ſæpè ſententia non completa, tantùm excerpſi, quantùm ad phraſim plenam ſufficiebat. Lege Præfationem Henrici Stephani ad Lexicon Ciceronianum Græcolatinum. Pono tibi ſtatim exempla aliquot, ex quibus cognoſcas in hoc opere, non vni voci Latinæ vnam Polonam (vt in Calepino & Nomenclatoribus) reſpondere, ſed & vnam Polonicam vocem pluribus Latinis, & vnam Latinam pluribus Polonicis redditam. vbi ſimul & exactionem operis huius, & linguæ Polonicæ copiam aduertes, dū quod Latini vna voce efferunt, idem Poloni diuerſis & pluribus exprimunt.

Primum fit exemplum in Subſtantiuo *Strepitus*, quod reddo Polonicè propè vicies.

1. *Szépt.* 2. *Szemránie. Cicer.* Non ſtrepitu ſed clamore ſuam ſignificat ſententiam.
3. *Grzmot.* 4. *Gruchot. Cæſar.* Strepitus rotarum, *ſ. curulium.*
5. *Trzéſzczenie. Plin.* Strepitu prænuntiat ſe frangi, *i. arbor.*
6. *Szum. Cicer.* Fluminum ſtrepitus.
7. *Trząſkánie.* 8. *Puk. Iuuenal.* Strepitus plagarum.
9. *Dźwięk.* 10. *Brzmięnie. Horat.* Strepitu dulcis teſtudinis.
11. *Skrzyp.* 12. *Skrzypánie. Horat.* Strepitus valuarum.
13. *Kolát.* 14. *Kolátánie. Horat.* Nocturni & diurni ſtrepitus.
15. *Gwar. Horat.* Popularis ſtrepitus.
16. *Szmer.* 17. *Szeléſt. Virgil.* Fit ſtrepitus tectis.
18. *Chrobot. Tibull.* Pedum ſtrepitu terrere aliquem.
19. *Zgielk. Cicer.* Strepitus fori. *Enni.* Strepitus in caſtris.

Alterum exemplum ſit in Adiectiuo *Iuſtus*, quod Polonicè reddo decies & ampliùs.

1. *Spráwiedliwy. Horat.* Iuſtus vir. *Virgil.* Iuſtiſſimus vir.
2. *Sluſzny. Cicer.* Iuſta cauſa: Iuſtum diſſidium.
3. *Pélny, zupélny, cály. Quintilian.* Iuſta acie confligere.
4. *Spory, niemály. Liuius.* Iuſtus exercitus.
5. *Wezéſny, mierny.* Iuſta magnitudo, *Sipont.* Iuſtum pondus nauis. *Ouid.*
6. *Powinny. Cicer.* Iuſti honores dijs habiti.
7. *Prawdziwy Pan iákiey rzéczy. Cicer.* Iuſtus dominus rei.
8. *Przyzwoity.* Iuſta magnitudo. *Plin.* Poſt ſolſtitium nata, non implent iuſtam magnitudinem.
9. *Láſkáwy.* Iuſta ſeruitus. *Terent.*
10 *Pewny, Opiſány. Cicer.* Iuſti dies.
11. *Wielki.* Iuſtæ inimicitiæ, *apud Ciceronem interprete Aſconio.*
12. *Práwy. Virgil.* Iuſtum tempus pugnæ.

Tertium exemplū ſit in verbo *Suſtinere*, quod Polonicè ſæpiùs quàm vicies reddo.

1. *Cierpieć. Plini.* Suſtinere dolores.
2. *Zábámowáć. Cicer.* Suſtinere curſum, *Cæſar.* Suſtinere equos incitatos. *Liui.*
3. *Przewieść ná ſobie. Sueton.* Suſtinuerunt ſpectare crudeliſſimam cædem.
4. *Zátrzymáć ſię, Niéſtwápiáć ſię.* Suſtinere ſe. *Cicer.*

Cicer. Suſtineo me: ſuſtinenda eſt aſſenſio: ſuſtinere ſe à reſpondendo, ab aſſenſu.

5. *Zwlaczáć, Odkłádáć kogo, co. Liui.* Suſtinere rem in noctem. *Ouid.* Suſtinere aliquem.
6. *Oprzeć ſię. Terent.* Suſtinere coitionem primá.
7. *Zátrzymáć ná ſobie. Cicer. Caſ.* Impetum hoſtium ſuſtinere.
8. *Podpieráć ſię. Ouid.* Suſtinere baculo artus.
9. *Podiąć kogo. Cicer.* Suſtinere labentem.
10. *Trzymáć ná ſobie, Mieć ná ſobie. Cic.* Suſtinere cauſam publicam, onus magnum, curam maximam.
11. *Oſtać ſię przy czym, Obronić czego. Cic.* Suſtinere vix poteſt ea quæ commouet.
12. *Zdołáć. Cic.* Solus tantam multitudinem ſuſtinere non poſſum.
13. *Spráwowáć vrząd, Być Burmiſtrzem. Cic.* Suſtinere munus Conſulis.
14. *Záſtępowáć, trzymáć mieſce czyie, Być ná mieſcu &c.* Cicer. Suſtinere partes Prætoris, Conſulis.
15. *Nośić ná ſobie. Cic.* Suſtinere perſonam alicuius.
16. *Podeymuię. Cicer.* Suſtineo pœnam, laborem.
17. *Wytrwáć. Cic.* Suſtinere hominum ſermones, *Cæſar.* Suſtinere imperia alicuius.
18. *Pokrywáć, Cicer.* Simulatio fronte & vultu facillimè ſuſtinetur.
19. *Smieć ſię vkázáć komu ná oczy. Smiáło w oczy weyrzeć. Liui.* Vultum alicuius ſuſtinere.
20. *Zywić. Liui.* Suſtinere milites piſce.
21. *Wſpieráć kogo, it. Dźierżeć ná ſobie. Cicer.* Suſtinere aliquem ſua auctoritate. *Idem,* Suſtinere ceruicibus Rempublicam.
22. *Dochowáć, Dotrzymáć, záchowáć. Cic.* Suſtinere dignitatem & decus ciuitatis.
23. *Doſtárczyć koſztu. Cicer.* Suſtinere ſumptum.

Exemplum in quo vni voci Polonicæ plures Latinæ reſpondent habes in voce ***Stoię, Obracam, Chowam, Dáię, Biorę, Do, Po, Od, Przed, Ná, Koło, Mam, Odbiiam***, & plura alia, quæ in ipſo opere vno aſpectu expanſa cernere eſt.

Quamuis autem opus hoc ſolis Polonis ſcribi videatur, nihilo minùs tamen & ijs qui Polonicam linguam ignorant vſui eſſe poterit, non ſecùs quàm Lexica Græcolatina Polonis aut Germanis Latinè ſcientibus, nempe ſi auditam vel lectam vocem aliquam Polonicam ſibi ignotam per ſeriem alphabeti, hîc cum Latina interpretatione inueniãt. Quin & index Latinus additus, non ſolùm Latinas voces Polonis Polonicè interpretabitur; ſed etiam ignaros linguæ Polonicæ ad vocis cuiuſque Latinæ interpretationem, orthographiam, ſynonymiam, obſeruationem aliquam eruditam, denique ad Græcas voces eiuſdem ſignificationis, & ad copiam verborum ac locutionum vtriuſque linguæ deducet. Germanicarum item vocum index, ob linguæ iſtius aliquem apud nos vſum, & Prouinciarum viciniam, in fine voluminis addi poterit, quas in ſerie operis ponere viſum non eſt. nam Germanis qui Polonicam non norûnt nihil commodi attuliſſent, Poloni autem non multi Germanicam linguam iam curant, poſtquam Italica in Polonia vſitata eſſe cœpit, & nemo quod ſciam ex libris eam didicit. Atque hæc quidem ita ſe habent, illud nihilo minûs (ne imprudentia aut incuria à me factum putes) vltrò ipſe fateor, reliqua eſſe non pauca Latina verba, quæ nulla induſtria huic operi inſeri poterant, eò quòd nulla vox Polonica illis reſpondens inueniatur, & fingi quidem à me potuit, ſed quis ignotam reperiſſet aut quæſiſſet? præſertim verò quia huiuſmodi verba noſtræ genti, religioni, moribus, vſui, nullo modo accommodari poſſent, qualia ſunt ſuperſtitionis ethnicæ, magiſtratuum, conſuetudinum, ludorum, victus, veſtitus, à noſtris diuerſiſſimi: item animalium, piſcium, volucrum, plantarum, aromatum, metallorum. herbarum, arborum, lapidum, & huiuſmodi alterius orbis rerum naturalium, denique artium reconditarum voces propriæ à Græca origine plerunque flexæ, vt in Aſtrologia, Geometria, Phyſica, Rhetorica, Grammatica, & alijs, quæ vſus Polonorum vernaculus nunquam attingit. In ſcholis ea tantùm vſurpantur, & in Lexicis ac Theſauris Latinis explicantur. nihilo minùs & hîc non pauca non modò explicata, ſed & Polonicè reddita hîc & in ſecundo Tomo, atque etiam in Tertio inuenies. Extrema pars mei in opere hoc laboris & iuuenum emolumenti in eodem legendo, ſit illa, quòd plurimæ voces Latinæ in Theſauro, Calepino, alijs Lexicis omiſſæ vel vitioſè poſitæ, aut explicatæ, & à me dũ antiquos & poſteriores auctores ad hunc finem voluo, ac Criticos conſulo obſeruatæ, huc congeſtæ, aliæ correctæ & explicatæ meliùs ſunt, breues item Grammaticas obſeruationes crebrò inſperſi, aliquoties etiam longiuſculas digreſſiones hiſtoricas, morales, phyſicas, mathematicas, medicas, grammaticas ingeſſi; de rebus ſcitu dignis, vel iucundis, & minùs apud ſcriptores obuijs, aut de quibus falſa vulgò inueterauit opinio. permiſi id mihi, ſiquidem opus hoc, non triuiale Dictionarium, ſed Latinitatis & variæ eruditionis penu eſſe volui. quo tu Lector, ſi ex re tua eſt, vtere felix. & ſi quid cõmodi aut ſolatij retuleris, Deo mecum grates age; ſi quid non rectè poſitum videbitur, admone; aut ipſe ſi tantùm poteris, lubens volenſq́; permitto, hortor, iubeo, corrige & Vale.

Indicis Latini vtilitas.

Index Germanicum poteſt addi huic operi.

Latina aliqua vocabula cur hic nõ poſita? & quæ illa?

Multa vocabula in Calepino & Theſauro Roberti Stephani vitioſè poſita hic corriguntur, & omiſſa ſupplentur.

Documen-

DOCVMENTA.

Documenta ad vocabula Polonica in hoc Opere faciliùs inuenienda, & de Orthographia auctoris.

I. Vſitatiſſima Vocabula & ex dialecto maximè communi inquire.

II. Si vox quam quæris non facilè occurret; ſynonymum aut cognatum aliquod eius excogita, & illud quære.

III. Si vocis alicuius rectum aut thema non reperies; obliquos eius aliquos, præſertim verò infinitiuos, præterita, futura, in varijs perſonis, conſule. quia multarum themata ſunt inuſitata penitùs, aut exceptis certis loquendi modis, nunquam vſurpantur. vt *Podkowáć, Poginić, Przébudowáć, Wyßumieć, W-lot, W-obéc, W ſpiaczki.* Vſitatiſſimos proinde loquendi modos animo obijce, & ſic faciliùs quod quæris inuenies.

IV. Quæ aliquorum epicheta perpetua ſunt, ea penes illa inquire. vt *ciſawy,* ſub *koń. Kudłá, Wilczék, Bielá,* ſub *Pies, &c.*

V. Quæ pluribus vocibus ſimplicibus conſtant; ea in voce principali inuenies. vt *Kobyli ßczaw,* in S. *Ptáßa wyká,* in W. aliquando tamen minùs principale ex vſu recepto præcedit. vt *żywe ſrebro, Pśi ięzyk, &c.*

VI. Differentias & ſpecies ac partes varias eiuſdem rei adiunctas, ſub eius genere, ſeu principali voce quærito. vt ſub *żołnierz, lékki, ćięßki, kopiynik, pięnięzny, woluntáryuß &c.* ſub *Nawá ábo łódź; woienna, ćiężarowa, ßpiégierſka, żaglowa, wioſły idąca, &c. Nawy przodék, dno, zad &c.* Sub *ßatá; krolewſka, żołnierſka, podßyta, létnia, koſmáta, droga, długa, &c.* Sub *Winny liſt; winna máćicá, piwnicá, flaßá, ßynkarz.* Sub *Wino; ſłodkie, kwaſkowáte, przypráwne, mocne, łágodne, &c.* Sub *Szalé; ięzyczék, kołowrot, rękoieść, gozdźik, klubá ßal, &c.*

VII. In dictionibus à Latinis vel à Græcis deductis, orthographiam Polonicam (non Latinam aut Græcam) attende. hanc enim tenui, vtpote propriam, quæ voces ita literis exprimit vt pronuntiantur à Polonis. deinde vt faciliùs voces huiuſmodi peregrinæ, à lectore etiam rudi, qui Græcas & Latinas diphthongos, adſpirationes, geminationes, & mutationes literarum ignorat, inueniantur. quare *Feniks* ſcribo, non *Phœnix*: *Filozof,* non *Philoſoph*: *Teolog,* non *Theolog.* (Sic Vrſin. Thymum reddit Polonicè *Tym,* non *Thym.*) *Wał, wino,* non *Val, Vino*: *Ięſty kráſomowſkie,* non *geſti*: (*Anieli,* non *Angieli Vrſin.*) *Iſtoryk,* non *Hiſtorik*: *Pédágóg,* non *Pedagóg*: *Kauzá,* non *Cauſa*: *Wákáncya,* non *Vacantia*: *kwartá,* non *quartá*: *Komedya,* non *Comœdia*: *Krákow,* non *Cracou*: *Komiſarz, Komiſya,* non *Commiſſia*: *Kanonik,* non *Cánonik*: *Kßtałt,* non *Xztalt*: *Réwizorowié,* non *Reuiſorowie*: *Konſtytucye,* non *Conſtitutia*: vt quidam ineptiſſimè ſcribunt. ſiquidem Polònis *c* ante *a, o, u.* non ſonat *k,* ſed *c,* ſono ſimili *ts* Germanorum, ceu ſi legas *tzonſtitutia, tſanonik,* vel *tzánonik.* nec Typographos mihi alleges, hi enim à literatis viris Orthographiam diſcere debent; quos ego ſecutus reijcio literas Q X, Adſpirationes, Geminationes, Diphthongos. niſi quis diphthongos eſſe velit in his: *Seym, day, wéy, czyy, ſłóy, wuy.* item in interiectione *ey* & *au* paucis nota. vel in his *Bóg, róg, wóz,* quaſi *Buog, ruog, wuoz,* ſed mitto ſubtiles nouitates. item in *z-iadł, z-iem, ćiébié,* & ſimilibus. vbi vocales potiùs coaleſcunt cum ſequentibus, vt in Latinis iecur, &c. In reliquis teneo communem & veterem orthographiam, quam etiam boni Typographi (quos ego vidi & examinaui multos tam recentes, quàm antiquos) ſeruant, excepto *é* ſubtili cui punctum recentiores aliqui detrahunt, vt in his *ćiébié, páńſkié* aduerb. &c. quæ ſcribunt omiſſis punctis *ćiebie, páńſkie,* imperitè id admodùm, ſiquidem ijdem in *á* ſubtili, retinent punctum, *rádá, zwádá,* non aduertentes quòd ſicut *á* tenue, vt à craſſo & pleno differat, puncto notatur; ſic & *é* notari debeat. triplex enim eſt *e é ę.* ſimiliter vt *a á ą.* nec maior eſt huius quàm illius puncto notandi aut ſpoliandi ratio. Non benè ergo ſcribunt iſti, qui ſupra *e* nunqnam punctum ponunt; ſed nihilo meliùs, quin deteriùs illi, qui ſupra *e* naturalis & pleni ac virilis ſoni punctum ponunt. ſic, *mégo, dobré, zégar.* ſupra eandem verò literam exilis ſoni, non ponunt. ſic, *teraz, czego, ieſt.* contrarium enim faciendum eſt. eò quòd literæ omnes, dum primario ſeu naturali & ordinario ſono pronuntiantur (qui cognoſcitur dum alphabetum ſimplex *a, b, c, d, e, f, g &c.* pronuntiatur) nullo puncto notentur: cùm verò ab ordinario recedunt, notentur. vt patet, *á, ą, b', ć, é, ę, ł, m', ń, p', ś, w', ż,* & maximè vt dixi illos refellit & nobis fauet *a* litera, cuius ordinarium & plenum ſonum nullus ſignat, vt *day*, *maſz*. exilem & ſubtilem puncto ſuperpoſito omnes adnotant, vt *ráno wſtáię*. atqui eadem eſt ratio literæ *e*. nec facilè mihi quiſquam ad hæc reſpondebit. Typographi verò paſſim familiam habent hoc errore imbutam, quæ etiam optimæ orthographiæ exemplaria exprimere neſcit aut negligit. Non diſplicet etiam mihi quorundam lineola duabus literis interpoſita, quæ illas in pronuntiatione aliquantùm diſiungendas notet, vel à ſimilibus alijs diſtinguat vt *dźier-żę*, teneo; *dźiérzę*, contero: *mier-żę śię*, *miérżę śię*: *od-źiewam*, *odźiewam*: *pod-robiłem ſobie*, *podrobiłem chleb*: *z-iáiem*, *źiaiem*, à *ź áię &c.* Item ſcribo *Skąpy*, *ſtępá*, *wędá*, *ſtrąk*, non *ſkampy*, *ſtempá*, *ſtrank &c.* item *niſko*, non *nizko*: *zmiłuy śię*, non *ſmiłuy śię*: *kłáść*, non *kłáżdź*. Plura huiuſmodi ſi voles apud nos obſeruabis. Deniq; non improbo, quòd aliqui punctum non addunt his literis *c*, *s*, *z*, ſequente *i* vocali pura, ſcribuntq; *ciáło*, *cięſzko*, *ciołak &c.* *ſiáno ſiekę*, *ziárno*, *zięmiá*, *zionąć*, *koziełł &c.* quòd hæ literæ etiam abſq; puncto in talibus aliter pronuntiari non poſſint. quia tamen punctum etiam his plerique addunt, nolui ego ab vſitata ſcriptione recedere, præſertim cùm iſta ratio nondum in ſcholis peruulgata ſit.

Porrò nouas literas Polonicas, vt *c*, *d*, *r*, *s*, cum caudis ſuprà vel infrà additis, & alijs apicibus ignotis notatas, itemq; geminatas *ll* loco *ł*, *cc* loco *cz*, *ſſ* loco *ſz*, & huiuſmodi plures, quas aliqui recentiores nobis obtrudunt, reijcio, vtpote minimè neceſſarias, nouas, inſolitas, & à communibus forma diſſimili atq; ad barbaras propiùs accedente, quæ tam ſcriptionem quàm lectionem difficiliorem (quadraginta enim ampliùs eſſent) & typos deformes redderent. vt mirer admodùm, quî viris alioqui prudentibus venerit in mentem talia comminiſci. Sanè cùm literæ apud omnes gentes non natura ſua (vel vt ſcholæ Philoſophorum loquuntur, non ex natura rei) ſed ex placito & conſenſu hominum ſuam ſignificationem habeant, & veteres literæ polonicæ *ć cz dz dź ſz ż* &c. eum ſonum omnium conſenſu hactenus habuerint, quem in his vocibus, *ćień*, *czarny*, *dzban*, *dźięń*, *ſzátá*, *żywot*, omnes agnoſcunt; quid opus eſt nouis monſtroſis figuris, quas vix vllus agnoſcat aut efferre nôrit? Hæc pauca de mea orthographia, quam ego fuſiùs ſcriptam huic operi attexere volebam, ſed per tempus non licuit.

Notarum aliquot quibus hîc ſæpiùs vtimur declaratio.

‡ Linea duplex phraſes & dictiones præcedentes à ſequentibus ſeparat; alioqui ſæpè confuſio magna foret, & dubium, an exemplum ad præcedentem an ſequentem vocem vel auctorem pertineat.

[ ] His notis includuntur voces Græcæ & Latinæ, quæ veterum & claſſicorum auctorum non ſunt, ſed poſteriorum vel recentiū ſcriptorum noſtratiū, ad analogiam Græcam vel Latinā factæ, aut Latinæ à Græcis poſterioribus vſurpatæ & ſemibarbaræ, quales in Gloſſarijs & in iure Cæſareo plurimæ, hic poſitæ, cùm aliæ præſertim defuerunt, vel cognitionis cauſa. Eadem nota apponitur locutionibus ineptis, triuialibus, & minimè aut parùm Latinis.

Gr. Admonet dictionem cui additur eſſe Græcam.

Longas & breues, ac etiam ancipites ſyllabas, in Indice notatas habes, hic meritò omiſſas. A Græcis ductas voces Latinorū, ex appoſitis Græcis vocibus longas vel breues, ancipites ex Indice cognoſces.

tr. Significat vocem cui apponitur eſſe tranſlatam aut certè tropicōs poſitam, idque tam in lingua Latina, quàm in Græca & Polonica.

pr. Vocem propriè vſurpatam notat.

v. *Vi. Vic.* Sonat verbo, vide, vel vicinam vocem, quæ ſubijcitur. neque contemnas locum allatum inſpicere, nam præſentem augebit vel illuſtrabit. quanquam aliquoties voces initio operis allegatæ non ita reſpōdent illis allegationibus, eò quòd in progreſſu operis illas mutari vel transferri aliò oportuerit, aut contigerit, non animaduerſo quòd ſuprà ſint hoc vel illo modo citatæ. aliqua etiam incuriâ vel ἀβλεψίᾳ amanuenſium ex autographo meo exſcribentium, omiſſa ſunt. Caſtigauimus has hallucinationes, in hac ſecunda editione.

P. Poëticam eſſe vocem cui apponitur indicat.

IC. R. Iuriſconſultos recentiores notat.

C. Godicem iuris Imperialis.

Q. D. Quaſi dicas. *B.* Barbaram vocem eſſe monet cui adiungitur.

I. Id eſt ſignificat. *V. G.* Verbi gratia.

V. C. Verbi cauſa. *E. G.* Exempli gratia. *ſ.* Scilicet, vel ſubaudi.

M. Maſculinum genus. *F.* Femininum. N. Neutrum. *O.* Omne. C. Commune.

al. Aliter, aliàs. ℞. reſpondetur. *cor.* vel *corr.* Corrige.

Prou. Prouerbium. Et eædem notæ pleræq; in ſecundo & tertio tomo vſurpantur.

FACVLTAS R.P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ POLONIÆ Societatis IESV.

CVM Sacræ Regiæ Maieſtatis Priuilegio die 15 Menſis Martij. Anno Domini 1619 Varſauiæ dato, omnibus & ſingulis Typographis & Bibliopolis, ac alijs quamcunque librariam negotiationem exercentibus ſeriò firmiterque inhibeatur, ne quiſquam vllos libros à noſtris Patribus hactenus editos, vel in poſterum edendos, intra Regnorum & Dominiorum Suæ Regiæ Maieſtatis fines, ſimili vel alio characteris genere aut forma, ſiue in toto, ſiue in parte recudere, aut compendium ex illis facere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos adducere, vendere, & diſtrahere, clam ſeu palam, citra iudicium ac teſtimonium ſupradictorum Patrum audeat vel præſumat, ſub pœna in Priuilegio S. R. Maieſtatis contenta: Concedo ego IOANNES ARGENTVS Societatis IESV, per Poloniæ Prouinciam Præpoſitus Prouincialis, Franciſco Cæſario Cracouienſi Typographo facultatem excudendi THESAVRI POLONOLATINOGRÆCI GREGORII CNAPII Societatis noſtræ Theologi ab aliquot Patribus reuiſi. In quorum fidem hoc ei teſtimonium manu noſtra ſubſcriptum & ſigillo munitum dare voluimus. Caliſsij 2 Iunij. 1621.

Ioannes Argentus.

Approbatio Cenſoris Ordinarii.

EGO Sebaſtianus Nucerinus, S. Theologiæ Doctor, Concionator in Eccleſia Cathedrali Cracouien. Ordinarius librorum typis euulgandorum in Diœceſi Cracou: Cenſor, fidem facio, quia THESAVRVM POLONOLATINOGRÆCVM, à R.P. GREGORIO CNAPIO Societatis IESV Presbytero, multò antè meditatum, nunc autem confectum finitumq́; vidi, & iucundè legi. Eſt enim id opus magna fide, labore ſtrenuo, ex ipſis puræ Latinitatis fontibus, pro vſu publico, ac iuuentutis elegantem literaturam conſectantis, idoneo illi ætati exercitio, collectum. Continet & variam pro peritioribus lectionem, ac rerum ſcitu vtilium cognitionem. Quocirca vt feliciter in lucem prodeat, cenſeo, ac poteſtatem prodeundi lubens facio. Cracouiæ 12 Iunij. 1621.

Sebaſtianus Nucerinus.

GREGORII CNAPII è Societate IESV

THESAVRVS POLONO-LATINOGRÆCVS.

A Polſkie pełne / A rozmáićie śie po Łáćinie y po Grecku wyłożyć może / iáko maſz niżey. *A Polonicum plenum, Interiectio & Aduerbium Latinè reddi propriè non poteſt, cùm nullam ferè habeat particulam Latinam, ſibi ſingulatim extra orationis contextum reſpondentem; proinde phraſi varia reddenda eſt. addit verò emphaſim egregiam Orationi, & varios affectus exprimit.*

A toś mie ćiął. A toś go ćiął. A toś mu tráfił. Vah! iugulaſti me, *vt Terent: Eunuch.* Papæ! jugulàras hominem. *βαβαὶ! ἔσφαξας ἄνθρωπον.* Euge! tetigiſti hominem, *vt idem Terentius ibidem.* εὖγε ἥφθης ἀνθρώπου. Eia tetigiſti hulcus, *ex Terent. Phorm.* εἶα ἥψω ἕλκους. *vel* φεῦ τοῦ λόγου ὀξύτητος! *id eſt, Vah acutum dictum!* ἡράκλεις ὀξυτάτη ἀπόκρισις. *Hercle acutum reſponſum!*

A to prawda. *Id verè-rectè dicitur.* τοῦτ' ὄντως ἀληθῶς λεχθέν. *Verùm ſanè id eſt.* δηλαδὴ ἀληθές ἐστι τοῦτο.

A nie ſpodźiewałem śie. *Nunquam, prò dolor, ſperabam.* φεῦ μηδέποτε ἤλπιζον. μήποτε ἤλπιζον.

A iuż teſ dość. Ohe iam ſatis eſt, *Martial.* & Ohe iam deſine, *Terent* ἅλις ἤδη ἀρκοῦν ἐστι. ὦ ἀπαγόρευε δὴ ἀπαγόρευε.

A idźże. *Euge ſaluus iam per me eſto. Macte euaſiſti.* εὖγε σώζου. εὖγε ἐσώθης.

A dayże pokoy. A poſtoyże. A pamietayże. Manedum mane. Manta-dum *ex Plauto priſcè.* ἄγε δὴ προσδόκησον. Sine, *Plaut.* vide Pámietayże.

A ſromotáſz to. *Prò pudor! Pro impudentiam!* φεῦ τῆς ἀναισχυντίας! *Ah pudendam rem facis!* αἲ αἰσχροποιεῖς. *Simile eſt illud Terent:* Hęc te admittere indigna genere noſtro!

A krzywde mi w tym czyniſz. Ah malè agis mecum, *Plaut.* Ah inique facis, *ex Cic.* En vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi? *Terent.* φεῦ ἀδικεῖς. *Ah iniurius es in me. Terentius dicit:* Multis modis iniurius eſt Clitipho neq; ferri potis eſt.

A niewiedźiałem. *Ah! neſciui. Dolendum! ignoraui. Terent: dicit:* Ah! vix tandem ſenſi ſtolidus. αἰαῖ ᾔδειν. λυπηρόν. οὐκ οἶδα. *aliter ſonat a exile,* á niewiedźiałem / *At enim neſciebam.* ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα.

A dobrześ go. *Eia ne parſis flagro, pugnis. Age adhibe vires. Eia cade acriter, acrius. Plaut: dicit:* Perge in virum, *id eſt, maledicta congerere, Lambin.* ἀλλ' ἤτις ἄγε ἐρρωμενεστέρως. *vel* ἄγε, ἐρρωμενεστέρως, *ſubaudito verbo* apto.

A dobrze tak ná ćie. *Optimè ſanè tecum actum.* καὶ ἄξια σὺ ἔπαθες. vide Dobrze tak ná ćie.

A niechże idźie. *Eat ſanè, eat. Abeat enimuerò. An diſcedat ſanè, ex Plaut. Age, eat ſanè.* ἴτω δὴ ἀπίτω. ἄγε δὴ ἴτω.

A zły człowiecze / *vel* O zły człowiecze. Prò ſcelus! *Ouid.* Hem ſcelera! *Terent.* φεῦ κακότητος ἀνθρώπου. φεῦ σε κακὸν ἄνθρωπον. Ah te hominem malum. Eho inepta neſcis quid ſit actum, *Terent.* A głupia niewieſz co śie dźieie / *vel* świeći.

A przytykáiąc. A vczyniſz mi. A boie śie ćiebie. Bombax *apud Plaut. in Pſeudolo. Calidorus & Pſeudolus, Ballioni Lenoni probra varia ingerunt, reſpondenti contemptim Pſeud.* Sacrilege, *Bal.* Fateor, *Cal.* Fur, *Bal.* Babæ, *Pſeud.* Fugitiue, *Bal.* Bombax, &c. βομβάξ. *Ariſtophan.* Bat *apud eundem Plaut: in Pſeudolo.* ¶ Babæ, tatæ, *in Sticho ſimiles particulæ,* βαβαί. *Ariſtophan. vicinum* Au.

A trudnoſz to. φεῦ τῆς δυσχερείας *vel* τῆς δυσχερείας! Ah quam difficile eſt! *Sic Plaut.* Ah quanto melius valerem, ſi hic maneres! ¶ *Poteſt etiam hic poni particula ô, vt Latinè ita Polonicè* o/ *& Græcè* ὦ, *Ariſtophan.* ὦ ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστι. *Sic in illo Terent:* Quid ego neſciam: *ſ. factum, id quod narratur.* A coż niewiem / *vel* O coż niewiem / *idem.* O Geta! prouinciam cepiſti duram.

A Subtelnego / á rozmáićie tákże vżywamy / czytay niżey. *A Polonicum exile & ſubtile, eſt Coniunctio, Aduerbium, & aliquando Interiectio.*

A pytáiąc / á gdźie? á co zacz? á ſłyſzyſz co mowi? Nam *Enclitica-Cicer.* Vbinam gentium ſumus? *Terent.* Quiſnam homo eſt? ¶ Ne *Enclitica, Cicer.* Teneſne memoria? Itane eſt? ¶ *Terent.* Potin' es mihi verum dicere? á powieſz mi prawde? *Idem* Audin' tu illum? *pro audiſne? Donat.* ¶ Ain' tu? Eho ain' quis eam liberauerit? *Plaut.* ¶ á iużeſz odſzedł? Satin' abiit? *Idem.* Adhúccine credimus? *Apulei, i. adhúcne Colnius.* Potin' vt quieſcas, ſi ego tibi hodie referam, *Plaut.* á przeſtániéſz ná tym ieśliż &c. Et ſcin' quomodo tibi ſe res habet? *Plaut.* á wieſz co? ¶ Et, *rarius, idq; apud Poetas, Virg.* Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Et quis erit modus? *idem.* ¶ An, *Terent.* An ego toties de eadem re audiam? á będeſz ia ták czeſto o iedney rzeczy ſłuchał? *Idem.* An quicquam eſt etiam amplius? á ieſt co ieſzcze więcey? ¶ Nunquid aliud vis? Nunquid aliud me vis? *idem Terent.* á coż ieſzcze po mnie? á czego ieſzcze chceſz? á co mi ieſzcze roſkażeſz? ¶ Nunquid me? *Plaut. ſ. vis, Lambin.* ¶ Quid? *Plaut.* Quid ſi non eſt? *Idem.* Quid ſi falles? *Idem.* Quid pater? viuitne? á Oćiec żywże? *Idem.* Quid diuitiæ, ſuntne opimæ? *Cic. pro C. Rabirio.* Patruus cum Saturnino fuit, quid pater? quicum? &c. *Colnius iſta ſic ſcribit:* Quid? pater, viuitne? Quid? vos tum patri quot eratis? *Plaut.* á wás wiele było v oycá? *Græcè* ἆ Vtrum? An? μῶν οὕτως; ita ne? ἄρα. *Chryſoſtom.* ἆρ' οὖν ταῦτα μόνον αὐτῷ συνέβη; *An igitur hæc ſoli illi acciderunt?* á zaſz śie to iemu ſámemu tráfiło? ἆρά γε; An? *Sæpe hanc particulam Poloni, Latini & Græci præſertim omittunt, tunc verò ex pronuntiatione vel orthographia interrogatio æſtimanda eſt, vt* zkąd? iáki? gdźie? *vnde? qualis? vbi?* πόθεν; ποῖος; ποῦ; τί λέγεις; οὐκ οἶδας; οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα; Itane eſt? Placet tibi factum? *Terent.* Hoc Labulle verum eſt? *Martialis, Scaliger.*

A bić? á czytáć? a każeſz? &c. *Interrogatio peculiaris per ſubauditum verbum finitum. vt,* á bić *ſ.* każeſz? ábo mam. á każeſz *ſ* bić. &c. *Caue dicas, Et percutere? Et legere? quia Poloniſmus eſt, ſed* Vis legam? Iubes vt legam? Iubes me legere? Legámne an non? Debeo legere an non? Eſtne accerſendus? *Eleganter Terentius.* Vin' tu hoc fieri? Idn' eſtis auctores mihi? Loquarne; Iubeſne? iubes vt dicam? Voco ego hanc quæ te quærit? Ita cenſes? Verberon' illum? *μαῶ πελάξω. Senec.* Agon' *Martial.* Vis dicam? *κελεύεις λέγειν; S. Petrus apud Lucam εἰ vtitur, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; Si percutimus in gladio; Latini tamen interrogantes non vtuntur particula Si, nec dicunt* Si iubes? ſi percutimus? *pro iubeſne? licet tandem particulam Si, loco* An *ponant, ſed extra interrogationem, vt Terent. Viſam ſi domi eſt, Columella. Cuſtos gallinarum auſcultet ſi pulli pippiant, Horat. Inſpice ſi poſſum. Liui. Percontabatur ſi conſilium vtile & ſalutare admittere poſſet, pro, an poſſet. nos reddimus voce* **Jeśli**. *Græcè εἰ, Plato. πειράσομαι μαθεῖν εἰ ἀληθὲς ὃ λέγεις ἢ μή. Tentabo diſcere vtrum verum ſit quod dicis, an non? Plaut.* Quis noſtras ſic frangit fores? Ohe, ſi quid audis. *abſq; interrogatione. Polonicè tamen reddendum eſt:* **Ktoż ták bárzo kołácé? ſłyß ty: á ſłyßyß?**

A/ z gniewem ábo z podźiwieniem. A ták to! á inß ták! tákli to! Itane verò! *Cicer.* Itáne tandem facere oportet! Itáne obſtinatè operam dat, vt, *&c. Terent.* Siccine hoc te mihi facere? *Plaut.* § *Obſerua in huiuſmodi locutionibus ſubaudiendum eſſe verbum aliquod aptum, ſ. oportet, æquum, par, credibile eſt, cenſes, credat, putet aliquis, patiar.* Hæccine flagitia! *Terent. ſ. fieri.* Hæccine fieri! *ſ. flagitia. Idem.* Siccine hoc fit! *Plaut* Iuppiter iſtoccine pacto oportet! *Terent.* Itáne agitis mecum! *Idem.* Adeóne rem rediſſe, vt *&c. Idem.* O Iuppiter! hanccine vitam? hoſcine mores? hanc dementiam? *οὕτως ἄρα; εἰ οὕτως πικρὸς ὁ θάνατος! 1. Reg. 15. Itane amara mors! ἐπεί τ' οὐκ οἴει φροντίζειν τοὺς θεοὺς τῶν ἀνθρώπων; Xenophon. Itáne non putat curare deos res humanas?*

A/ przecząc. A nie ták ieſt. *Id enimuerò pernego ita eſſe. Pro Deum atq; hominum fidem! non ita eſt. φεῦ· οὐχ οὕτως ἔχει.*

A/ rożne rzeczy przećiw ſobie ſtáwiáiąc. Ten ták/ á drugi owák. Autem. *Terent.* Æſchinus odioſè ceſſat, Cteſipho autem *&c* § Verò, *Cicer.* Nunquam ille me opprimet conſilio; te verò Cæcili quemadmodũ ſit eluſurus. § Et, *Virg.* Dic quibus in terris, *&c.* & eris mihi magnus Apollo. **Zgadni á bedźieß mądr.** Defendi legem Voconiam ſumma voce, & videtis annos meos, *Cicer.* § Quid. *Terent Dauus.* Pater eius rediit an non? G. Nondum. D. Quid, ſenem quoad expectatis veſtrum? *Idem.* Age fiat. quid illa filia quid futurum eſt? *Græcè δέ. Chryſoſt. σὺ δὲ πάντα καλῶς διοικεῖς; Tu verò omnia bene diſpenſas? σὺ μὲν μεθύεις, ἐγὼ δὲ διψῶ. Tu quidem ebrius es, ego verò ſitio. ὅτι πίνων, quod verò.*

A/ przydáiąc co do przeßłych słow. A co piſzeß/ iż/ *&c.* **á iż to ták. á o tym doſyć.** Quod. *Cicer.* Quod autem ita ſcribis. Quod ſi quis eſt qui ſe lædi putet, *Idem.* Ac, *Cicer.* Ac de narratione ſatis dictum videtur. § Et, *Cicer.* Et quia pro pacto tractari conueniret, *&c.* dictum eſt. *Græcè δέ, δαί, καί.* § Quod *aliter, Plaut.* Quod ille gallinam aut ſimiam ſectari ſe dicat, *Idem.* Ego te implebo flagris *&c.* poſt autem ruri niſi eruum edes *&c.* quod te poſtules guſtare quicquã, nũquã edepol *&c.* **á żebyś nie rozumiał chćéć tám iéść dádzą/ ták ćie wymorzę/ że** &c.

A co/ odpowiedáiąc. Słuchay ieno/ á co? Quid vis? Quid me vis? *τί τοῦ; τὸ λέγεις δὴ νῦν μοι. λέγε ὃ κελεύεις.* Quid eſt *Terent.* Heus Syre, *Syrus.* Hem, quid eſt? *Idem.* Daue, *Dauus.* Hem quid eſt?

A co tám? pytáiąc. *Quid noui eſt? Auditur aliquid noui?* Ede quid portes noui? *Senec. Oedip.* Vt ſeſe res habent in Sannio? *Liuius.* Quid ait nobis Sannio? Quid Dauus narrat? *Terent.* Quidnam apportas? *Idem.* Quid eſt factum? *Varro.* Quid tu iſtic? Quid agitur? *Terent. τί ἐστι; τί γέγονε; τί λέγεις; καὶ τί γάρ;* Numquidnam noui? *Cicero.*

A coż ná tym/ *vel per præciſionem:* **A coż?** *vide* **Niechbam. Niech ták bedźie.**

A gniewaß ſie! á niechceß: á ßiedźiß! á wierzgaß! á ießcze! *&c. βαβαὶ ὀργίζῃ; ἰδὲ δή; Hem iraſceris! etiamnum! παπαὶ ἀποφάσκεις; Papæ abnuis! ἔτι; λακτίζεις;* Itane calcitras? *Similia ſunt Terent:* Etiam negas! etiam rides! etiam clamat carnufex! etiam inſuper defrudet! *pro defraudet.* Etiamne amplius? *Idem Terent.* Ah pergiſne? *ſ. obſtrepere. Idem.* Pergin' ſceleſta mecum perplexè loqui! § *Plaut.* Pergin' argutarier? **á ſpoczkuieß? á bedźieß ßglowáł?** *διατελεῖς σοφιζόμενος.*

A iéść/ to iéść. A gráć/ to gráć. A robić/ to robić / *vel* **Rob maßli robić /** *&c. Multa ſunt apud Polonos locutiones, quibus vtuntur, cùm aliquid non obiter, ſed ſeriò, ſtudioſè & diligenter agendum eſſe ſignificant. Talia ſunt illa apud Latinos.* Hoc age. *Sueton. Plaut. Terent. Horat.* Ad quod venimus, hoc age. *Tertull.* Hocne agis, an non? P. Ego verò iſtuc. *Terent.* Hoc agam, *Idem.* Hanc rem age, *Plaut.* Bibe ſi bibis. *Idem.* Ite ſi itis. *Idem* Hoc agite ſultis ſpectatores. *Idem. Et Græci. τοῦτο πρᾶττε. Cratin. Plutarch.* **Czyn co maß czynić.**

A ieśli kto ogniá bedźie pytał / *vel* **á żeby kto ogniá nie pytał. zgáść/** *&c. Eleganter Plaut.* Quod quiſpiam ignem quærat, extingui volo, ne cauſæ quid ſit, *&c. (pro vulgari Quod ſi quis)* § *Idem.* Quod ille gallinam ſectari ſe dicat, diſperiſti niſi multaſsis, *idem.* Quod illa patronum nominet, fores occluſæ ſint. *ὅτι; ὅτι πίνων. In his exemplis:* Quod, *vocem explicant multi apud Tautmanum. Quantum attinet ad illud, quod* [illegible] *cauſari velit. Andr. Schot.* Quod attinet ad. **Co ſie tycze.**

A ießcze / á ktemu/ *vt* **Bułkáiá: á ießcze piiánego przyiął do domu.** *Hominem ignotum eumq; ebrium vel & præterea ebrium recepit. Erronem quempiam & eum quidem temulentum hoſpitio accepit. Hominem vagum inſuper etiam vinolentum in domum admiſit. Tenebrionem quendam, hoc etiam amplius, vel & verò etiam ebrium, tecto recepit. ἐπὶ δέ,* **Nád to.**

A iuż gadaß! á iuż bedźieß gadał! &c. Iam tinnis! *Plaut. ὢ πολὺ ἦχεις!* Iamne vt ſoles! Iámne autem vt ſoles! *Plaut.* Eho, iam tu verba fundes hic ſapientia, *Terent.* Eho, iam, *idem, ſ. tumultuaberis, clamabis. Simile illud Plauti.* Iam tu autem nobis præturam geres! **á iuż bedźieß rządźił!**

A kiedy ießcze. Quid quod. *ſæpè* Cicer. Quid quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur. Quid quod earum rerum, *&c. apud eund.* Quid ſi accedit eodem vt tenuis antea fueris? quid ſi vt auarus? quid ſi vt audax? quid ſi vt illius qui occiſus eſt inimiciſsimus? *&c. non reddas,* **Co ieśli:** *ſed* **á kiedy ießcze.** *Idem.* Quid, cùm accuſationis tuæ membra diuidere cœperit? quid cum vnumquodq; tranſigere? cùm commiſerari, conqueri? *&c.* poteriſne *&c. Poteſt & reddi hoc vltimum:* **Niż kiedy pocznie.** *τί ὅτι; εἰ δὲ καί; τί δὲ ὅταν; τί δὲ εἰ ἔτι.*

A kiedyby milczeć. *Poloniſmus eſt, idem ſignificat quod* **milcz.** *ſicut & ille.* **Dobrzeby drugiemu milczeć.** *Commodiùs faceres ſi taceres. Quid ſi in animum inducas vt taceas? ἄμεινον ἦν σιγᾶν.*

A nie bedźie cudniey. § *Quin modeſtius loqueris? Ohe modeſtiùs agas velim.* **Ey cudniey.** § *Eleganter Cic. 2. de Orat. ex Poeta:* St, tacete: quid hoc clamoris eſt? quibus nec pater, nec mater ſit, tanta confidentia eſtis? auferte iſtam enim ſuperbiam, *ἐ μὴ σωφρονεςέρως πράττεις, ἢ μὴ μᾶλλον εὔτακτος ἔσῃ;* *Non eris modeſtior?* Quod quidem mihi polluctus virgis ſermonem ſerat! *Plaut.* **Á mamże ia tego ſmágáncá ſłucháć? Y bedźieſz mi ten gadał?** Etiam mutis impudens! *Plaut. à mutio.*

Á nieumieſz? *Poloniſmus (Et neſcis) Latinè autem videris neſcire. Fatere te neſcire. Dic ſi ſcis. Dic ſcias nec ne. εἰπὲ εἴ τι εἴδεις, εἰ οὔ. Diceſnè? Dic ſi quid noſti. Reſponde, quid ſiles? profer ſi quid melius habes? Vis te doceri? vin' ſuggeram tibi? θέλεις ὑποβαλῶ.*

Á prawdá że tak. Sum verus! *Terent. οὐκ ἀληθινῶς;* Nunquid videtur demutare atq; vti ego dixi dudum eſſe? *Pla.* Satin' hæc rectè fabulor? *Pla. i. dico. ἢ τὸ ἀληθὲς λέγω. Eſtnè ita vt dico?* Nega nunc magnum beneficium eſſe, &c. *Seneca.*

Á prawdáſz to? pewnáſz to? mamże temu wierzyć? Ain' tu? *Cic. Ter. pro aiſne. Donat.* Ain' vero? *Plat.* Ain' tandem? *Cic. Ter.* Credat hoc quiſpiam! *Senec. Thyeſt.* Eſt veró huic credendum Chreme! *Ter. ποῖα λέγεις; ἀληθινῶς;* Eſtné vt culpam hanc admiſerit? *loquitur ſic Ter. aliquoties,* Si eſt vt culpam admiſerit, &c. Satin' hoc certò vel certum? Bonan' fide iſtuc dicis? *ex Plaut.* Veroné an falſo, *Gell.* Veron'? E ia autem. Quid audio.

Á przedśię/ *vide* **Iednák. Á przedśie iednák? Á przedśieſz?** Tamènne? *Cic. οὐδὲν ἧττόν δ᾽ ἐς οὐχ ἧττον ὢν*

Á rozumieſz? Quid? hoc intellèxtin' an nondum etiam ne hoc quidem? *Terent.* Satin' hoc planè ſatin' diſertè nunc videor tibi locutus eſſe? *Plaut. σύνηκας δὴ τοῦτο ἢ οὔ;* Sum planiloquus? *ex Plauto.*

Á rychłoſz to bedźie? Quàm cito? *Ter.* Quam mox cocta eſt cœna? *Plaut.* Quàm mox mihi operam das? *Plaut. ὡς ταχύ;* Quàm mox, *leges etiam apud Ciceronem.*

Á ták? Á ták to! *admirantis,* vel *indignantis,* aut *interrogantis vox, μῶν οὕτως;* Siccine agis? *Terent.* **Á ták.** *ἆρ᾽ οὖν.* Itaq;. Proinde. *Cic. Concludens ſermonem vel negotium.*

Á tobie co do tego? Quid ad te? *Martial. τί πρὸς σε; τί σοι μέλει τούτου.* Quid tua refert! *Plau. Ter.* Quid tua, malum! id refert? *Ter.* Quid tibi, malum! me curatio eſt? *Pla. Sonat quod noſtri dicunt;* **Á tobie kát do tego.** *Idem Plaut.* Quid tibi hanc rem curatio verbero aut mutitio? *Idem.* Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? **Á mam ſie/ ia tobie ſotrzé ſpráwiáć?**

Á tobie ſkomá vide **Skomá mi.**

Á *inter duo Verba ſignificat continuationem actionis: vt* **Idę á idą/ ćiſka á ćiſka:** *Continuò eunt. perpetuò proijcit. συνεχῶς ῥίπτει.*

Á *inter duo Nomina, æqualitatem, paritatem, ſimilitudinem, vel differentiæ abſentiam dicit.* **Chleb á chleb. Suknia á ſukniá.** *Poloniſmus eſt, nec Latinè aut Græcè reddi poteſt niſi periphraſi. Æquè hic panis eſt atq; ille. ὡς ἄρτος οὗτος καὶ οὗτος. ὁμοίως ἐστὶν ἄρτος οὗτος καὶ οὗτος.* **Ták to chleb iáko i to.** *Vides aliter reddi. Item. Inter hanc & illam veſtem nihil intereſt. Qualis qualis ſit veſtis parùm refert.* vide **Iedno iáko drugie.**

Abo/ roztaczáiąc. Ten ábo ow. Iedz ábo piy. źle ábo dobrze. Aut, vel, ſiue, ſeù, *Plaut. Cic. Ter. Exempla obuia & facilia ſunt, adde ve encliticam, Cic.* Plus minùsue, *Virg.* Moliriùe moram. *ſ. ne quis poſſet, Var.* Serpens aliudùe quid animal maleficum, *Idem.* aliàue qua beſtia, *Columel.* aliùſque quis ferus, *ἤ τοι ἄγυν.*

Abo/ pytáiąc. Abo co? ábo niewieſz? ábo oſzáłał? czyli? *Poloniſmus vitioſus. An neſcis?* ❡ Nunquidnam noui? *Cic. ἆρ᾽ οὖν τί; κάτεργόν σε καινόν;* Neſcis? Inſanis? Satin' ſanus es? Nunquid dubitas? *Terent. μῶν ἀμφισβητεῖς;* Num furis? *Horat. μῶν μαίνῃ;* An, *Cic.* An tu Narbone in menſas hoſpitum cùm vomeres. Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? Anne, *Cic.* Annè de nobis detrahere ſpolia licebit, de hoſtibus non licebit? **Abo/** *vel czyli/ vide* **Iza.**

Abo mi ćie/ vel Abo mi ćie co złego dáło/ kát mi go dał/ *καὶ τίς ἀλάστωρ σε προσήγαγε; Quis malus genius te mihi obtruſit? τίς τύχη τοῦτον εἰς ἐμὲ ὥρμησεν; Quæ mala ſors hominem permoleſtum mihi obtruſit?* ❡ *τίς ὁ δαίμων ἔπλαξεν ὥστε με τούτῳ ἐντυγχάνειν; Quis caſus infeſtus ita tulit vt in hunc inciderim, vel vt is in me incurrerit? Quonam meo fato fieri dicam, vel factū credam, vt hic mihi iam ſit obuius? ἡ κακὴ τύχη νομίζω σέ μοι προσήγαγε. Mala fortuna puto te mihi obtulit.* ❡ *δυστυχῆ ἐμὲ εἰς τοῦτον ἐμπεπληκότα. Satin' ego infelix ſum qui in hunc inciderim! Satin' mihi ſuperi irati ſunt, qui hominem tam importunum mihi obtulerunt? ἥτις Εὐμενίδων σε εἰς ἐμὲ ἐκκεντρίζει; Quæ furiæ te in me exſtimulant?*

Abo śiadźmy/ wierá śiadźmy/ śiadźmy ráczey. *Quin ſedemus? τί μὴ καθήμεθα; μᾶλλον δὴ καθεζόμεθα, ἐπικαθεζόμεθα προαιρέω. Sedeamus ſuadeo. Sedere ſatiùs eſt. Sedeamus potiùs Placétne ſedere? Potiùs nos ſeſſum conferamus, recipiamus. Quin imus ſeſſū? Quid eſt cur non ſedemus? Quid obſtat quominus ſedeamus? Eia ſedeamus potiùs.*

Abo to/ ábo owo. Abo ták/ ábo ſák. Abo idź precz. Aut inuitabit, aut dehortabitur, *Cic.* Aut onera accipiunt venientium, aut *&c. Virg* Vel vi vel precario, *Terent.* Vel ai, vel nega, *Pla. Næuius. ἢ φάσκε ἢ ἀπόφασκε: ἢ λέγε ἢ σιγὴν ἔχε. i. loquere, aut tace.* vide **Ieden że dwu.**

Abo to nie boli? *Putas mihi vel illi non dolere? Paruum dolorem eſſe cenſes? ἀναλγὲς τοῦτο νομίζεις.*

Abo to nie lekkość? *ταῦτ᾽ οὐχ ὕβρεις; Lucian.* Quid eſt ſi non hæc contumelia eſt? *Terent.*

Abo to śmiech ſto złotych? ábo to żárt vmrzeć? *Res tibi modica videtur centum aureorum ſumma? Iocum putas eſſe mortem? μικρόν τι νομίζεις εἶναι;* **Abo to wie wśi?** An ruri te eſſe cenſes? *ἀγρόθι σε εἶναι δοκεῖ.*

Abo wiec/ Aut certè, *Cicer.* Id ereptum illis eſt, aut certè nobis cum illis communicatum. ❡ Et ſi fortè. Orationis acerbitatem & ſi fortè raró literarum miſſarum, *&c. Idem.* Imitatus pauca quædam verba, & aliquem, ſi fortè, mutum. *ἢ δήπου.*

Aboć niewola/ ázáć nie piie. *Quantum enim bibit? ὅσον γὰρ πίει; Quantopere enim clamat? In ſententia plena ſic. Raucus eſt, ſed non mirum eſt, quantopere enim vocem intendit? Arthritide laborat, num enim parū vini quotidie exhaurit? putas parùm bibere hominem? Tremulus eſt manibus: quantùm enim putas bibit? Nunquid enim non potat?*

Abowiem/ vide **Bo.**

Abowiemći/ Quid enim? *Horat.* Militia eſt potior, quid enim? concurritur horæ momento. *τί γάρ.*

Abrewiácya/ z tytłámi piſmo predkie. *Abbreuiatio, vulgò Abbreuiatura IC, breues notæ.* ❡ Compendia vocum appelles, *ex Manil. l. 4. vbi etiam notarium celerem deſcribens;* Cui litera verbum eſt, *inquit,* Notas literarum. *Valer. Probus, & Petr. Diacon. ſed rectius alij,* Notas dictionum *appellant, ſiquidem non literas ſed dictiones ſignificant, & quidem ſæpe ſingulæ; vt D. D. D. D. dignum Deo donum dicauit. S. C. Senatus conſultum. P. C. Patres conſcripti, aliquando plures. vt. D. AVG. Diuo Auguſto, item DVL. vel DVLCIS. dulciſsimus, &c. vnde etiam ſingulariæ literæ à Gell. lib. 17. cap. 9. & apud Iuſtinianum (αἱ σιγλαί) ſinglæ aut ſiglæ per ſyncopen vocantur.* Singulas *Scaliger*

Compendia ſcribarum, *Sidon. Apoll. alij recentiores* Compendia ſcribendi, ſeu notas compendiarias *ſcriptoras vocant. Exempla harum quia ad intelligenda antiquorum ſcripta neceſſario cognoſcendæ ſunt, habes apud Valer. Probum, Magnonem, Petrum Diaconum, Manutium, & apud alios, qui eas collegerunt, & interpretati ſunt.* ¶ *Ad eaſdem reuoces noſtras illas cùm ſcribimus, q.d. loco, Quaſi dicas. e.g. loco, Exempli gratia, &c.* poſita poſt prætationem ¶ *Erant priſcis præter has aliæ notæ ſcribendi, de quibus infra in verbo* **Piſmo taiemne** / *quas propriè Notas vocari debere multi eruditi putant, & ſiglis opponunt, quia non ex literis vt præſentes, ſed ex notis ſignis fictis conſtant.* ¶ *Noſtri Scriptores habent compendia ſcribendi ab antiquis diuerſa obſcuriſſima, ex quibus ſunt iſta:* Pr̃ nr̃ Dns, Deꝰ, ops, pt, quoq; vczt, &c. *Græci* ἀνος *pro* ἄνθρωπος, ἰης̃ *pro* Ἰησοῦς, Χς̃ *pro* Χριστὸς. Κε̃ ἰυ̃ Χε̃ θς̃ σωτηρίας *pro* Κύριε Ἰησοῦ χριστὲ Θεὸς σωτηρίας. *Item* σρ̃ου *pro* σταυροῦ, πνς̃ *pro* πνεύματος, θκε̃ *pro* Θεοτόκε, πρὸς *pro* πατρὸς, ὐνόθεν *pro* οὐρανόθεν. *Sed talia iam rari vſurpant, & Typographi periti penitùs ab ijs abſtinent, & omnes omninò eruditi viri improbant: antiquitatis autem illius imitationem in ſcriptionibus monimentorum concedunt & vſurpant.* ¶ *Implicatio deniq; illa literarum apud Græcos in his* αὐτοῦ, ἐστι, περὶ, ὅπου, ἔργα, *& huiuſmodi, apud Latinos autem in his* &, ct, ſt, *non ad compendium, ſed ad ornatum pertinet, & inuſitata etiam vitanda eſt. Tacitus & Ammianus ſcribit apud Ægyptios vnam literam quæ animalis alicuius figuram referebat dictionis vice fuiſſe, quas* Hieroglyphicas literas *vocabant, quales etiam eſſe Sinenſium literas docet Petrus Maffeius 16. hiſtoria Indicæ, quarum ſingula ſingulas dictiones & interdum integros ſenſus ſignificant. Similes ſunt Iaponenſium literæ, quas ante annos 30. ex Collegio noſtro Iaponenſi in Europam miſſas habemus, miris linearum flexibus anguloſas & ſpirarum implicationes nodoſas.*

Abréwiácij vżywam / z obréwiácyámi piße. vide **Piße prętko.**

Aby/żeby/iżby/ Vt, *Plaut.* Suaſit vt ad te irem. ¶ Vti, *Cic.* Miſi literas vti te ſibi placarem, ἵνα *cum Subiunctiuo,* ὡς *cum Optatiuo & Subiunctiuo,* ἥκεις ὅπως ἀκούσῃς, *venis vt audias,* δεῦρ' ἴθι ὅπως ἴδῃς, *vt videas.* ¶ Qui, *Terent.* Effice qui detur *Idem.* Non qui argumentum narret, ſed qui maledictis reſpondeat operam abutitur, *Donato interprete.* ¶ *Plaut.* Mihi aduenienti vpupa, qui me delectet, data eſt. ¶ Quo, *Plin. iun.* Non feci quò tibi moleſtus eſſem ¶ Quatenus, *Macr.* Præcepit ei quatenus moderaretur profuſos ſumptus, *Feſt.* Verberaui filium quatenus bonus ſit. Quatinus *legit Lambin. apud Lucretium & Horatium.*

Aby nié/żeby nié/ Ne, *Cic.* Id ſemper egi, ne intereſſem. Vt non, *Cic.* Fieri nullo pacto poteſt vt non dicas. Vide ne, *Ter.* Vt ne, *Cic.* Vt ne quid properes, *Ter.* Vt ne palam fiat. ¶ Qui ne, *Ter.* Ego id agam, mihi qui ne detur. ¶ Quò minus, *Ter.* Ne pater per me ſtetiſſe credat, quò minus hæ fierent nuptiæ. ¶ Quin, *Cic.* Non poſſum quin exclamem, *Idem.* Nullum intermiſi diem quin. Quinque, *i. & vt non. Plaut.* Tribus conduci non poſſum libertatibus [*ſeruus loquitur*] quin ego illis hodie comparem magnum malum. Quinque hanc omnem rem heræ meæ iam faciam palam, y żebym tego wßytkiego pániey nie oznaymił. ἵνα μή. φοβοῦμαι μὴ λελήθωμεν. ὡς μή. ὅπως μή ὥστε μή. Neu, *Terent. Caſ:* Neue, *Cicer.* **Abo** / by / nie. μήτε ἢ μήτε.

Aby raz / aby trochę / vide **Przynamniey.**

Ach / Ah, Aha, *Plaut.* ἆ, ἔα. Eheu, *Cicer. Terent.* Hei, *Plaut. Terent.* Hei, heu, *Plaut. Terent.* οἳ ἐγὼ μέλεα. οἳ ἐμὲ. ah me, οἴμοι, hei mihi, φεῦ. Atat, *Terent.* αἲ αἲ Io *Tibul.* ἰώ Pro vel Proh, *Ouid. Horat.*

Achatek / kámien drogi / Achates, *æ. m. ſ. lapis, vel femin. ſ. gemma, Plin.* ὁ ἀχάτης, ου. *Gemma eſt mira varietate colorum & figurarum diſtinctas vt arborum, florum, nemorum, fluuiorum, iumentorum, eſſedorum, &c. vnde varia nomina habet:* Dendrachates δενδραχάτης. Cerachates κηραχάτης. Leucachates λευκαχάτης. Hæmachates αἱμαχάτης. Antachates ἀνταχάτης. Coralloachates κοραλλοαχάτης &c. *oculis vtilis eſt, ſitim ſedat, venena pellit, coticula ex eo medicæ fiunt, Plin. qui ſcribit in Achate Pyrrhi Regis, Apollinem cum 9. Muſis, ſponte naturæ expreſſum fuiſſe. Miras laudes eius habet Orpheus. Ex genere item Achatæ eſt* Ceripites, *æ, gemma Plinij Dalecamp. Item.* Aphrodiſiace, gemma Plinij *Achatæ ſpecies. Dalecamp.* ἀφροδισιακή

Achtel / vide **Beczka.**

Ácz/ áczkolwiek/choćia/choćiaß/ Quamuis, quanquam, etſi, etiamſi, licet, tametſi, *Cicer. Terent. Plaut.* Tametſi, *Plaut. Cicer.* ¶ Tametſi, tamen, *Cæſ.* Quæ tametſi Cæſar intelligebat, tamen ¶ *Vlpian.* Tametſi ſcientia notant, tamen. Ille quantumuis ruſticus ibit, *Horat.* Etſi, tamen, *Terent.* Ambo accuſandi, etſi illud inceptum, tamen animi eſt pudentis ſignum. Quamlibet & fortes & pulchro corpore creti, *Lucret.* Tamen *pro quamuis Plaut. aliquoties habet, vt:* Bene inter vos dicatis, & mihi abſenti tamen. *Item.* Vt me ames abſentem tamen καὶ εἰ, καί τοι, καίπερ, εἰ καί. v. **Wßakże.**

Ácz nie / vide **Przynamniey.**

Adámáßek/Sericum florulentum, *Sipont. Tela Damaſceni operis: tela Damaſcena, Iunio.* ὁ ἱστὸς Δαμασκηνός, ἢ ἱστὸς Δαμασκηνόν. *Tela vel veſtis ſcutulata, Iunio.*

Adámáßkowy / *Damaſceni operis veſtis &c. vt ſupra.*

Adzámſki kobierzec / vide **Kobierzec adzámſki.**

Adwent / *Dies aduentui Chriſti ſacri. Hebdomades anniuerſariam Chriſti naſcentis memoriam præcurrentes. Tempus quo exſpectatio virginei partus celebratur,* ἡ παρουσία ſ. Χυ̃ ἑβδομάδες προτρέχουσαι τὰ γενέθλια τοῦ Χριστοῦ.

Afekt przyrodzony / vide **Miłość.**

Afekt nieporządny / vide **Námiętność.**

Afekt wzrußony / vide **Porußenie** 2.

Afekt abo áfekty ktore kraſomowca ábo rzecznik wzrußa w ſłuchaczach/ Affectus, *Quintil. Rutil. Seneca, Gellius.* Affectio & commotio animi, *Cicer.* Motus, τὸ πάθος. Affectus concitatus, *Quintil.*

Afekt do kogo / do czégo / vide **Chęć** 1. & 2.

Afekt kto komu / vide **Rad co widzę.**

Afekt kto iako/ *vel* **Iako afekt** / táki ma humory/ myśli. Co za poſtanowienie ma ćiáło/ myśli. *Quomodo affectus ſ. animo.* ¶ *Terent: Hecyr.* Cum ita ſis affectus animo *Cicer.* Qui ita eſt affectus. ¶ Conſtitutus, *Cicer.* Si ſunt eiuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine, ſanabiles tamen. πῶς διάκειται πῶς διατεθειμένος πρὸς ἐμέ; καλῶς κακῶς *vel* δυσκόλως διακείμενος, πῶς ἔχει πρὸς με; ἵνα ψυχὴν ἢ καρδίαν ἔχειν νομίζεις; *Quo animo eſſe cenſes?* Animatus, *i. affectus, Cicer.*

Afektu pełny/ gorący/ *Tranſlatum.* Affectuoſus, Patheticus, *Macrob.* Patheticæ parabolæ. Tragicus orator, *Cicer.* ὁ ἐμπαθής, παθητικὸς λόγος, ἐμπαθής: ἐμπαθῶς. παθητικῶς λέγειν.

Agáryk / vide **Modrzewowa gębka.**

Agnuſek / *Agni diuini cerea effigies. Sigillaria ſacra cæleſtis agni.*

agni. ἀμνὸς ὁ ἱερὸς ἐν τῷ κηρῷ. Agnus in cera ſacer. Cera agno inſignita ritè conſecrata.

Agreſt/iágodá/Vua acerba, *Cicer.* Vua im mitis, *Horat.* Vua immatura, *Plin. αἱ ὀμφάκες ab ὄμφαξ. i. Vua immatura, non ſolùm vitis, ſed oliuæ, lauri, &c. bacca.* Labruſca. *Iſaiæ 5. Vaiecus & alij.*

Agreſtowy ſok/Omphacium, *Plin.* τὸ ὀμφάκιον. *Succus vuæ acerbæ, Gor. Duplex eſt: liquidum, quod obſonium magis eſt quàm medicina: & denſum ac in ſole concretum medicinis vtile, & durans diu, Gor.*

Agreſtowy/Omphacinus, *Plin.* Oleum, vinũ omphacinũ, ὁ ἡ ὀμφακώδης. ὁ ὀμφακίτης, ου, ὁ ὀμφάκινος.

Agendá kośćielna/Kśiegá ceremoniálna. Libri rituales, *Cicer.* ἡ διάταξις ἱερῶν. ἱερατικὸς θεσμός. Ritualia, *ium, Ammian. Agenda, orum.*

Akádemia/Academia, *Cicer.* ἡ Ἀκαδήμεια, ἡ ἀκαδημία.

Akcya/vt Mam ákcyą przećiw komu/&c. Actio, *Cicer.* Habeo actionem: non habeo. ¶ *Quintil.* Competit in eum actio. δίκη. vide **Spráwá ſądowa.**

Akolit/*Acolythus & Ceroferarius Iſidoro, qui ſequitur Diaconum & Subdiaconum in miniſterio, & cereos tenet dum legitur Euangelium, acoluthus ſcribi deberet, quia Græca vox ἀκόλουθος, tam ſubſtant. ſignificans miniſtrum, quàm adiectiuum, ſignificans ſubſequentem, u habet, non v. poteſt tamen abijci o ex ou more Græcorum, qui alteram è diphthongis vocalem ſæpe reijciunt, & tunc in acolythus Latina etiam pronuntiatione rectè y deprimetur, cùm Græcè etiam u in ἀκόλουθος (vt iam eſt pronuntiatio) deprimatur. ¶ ἀκώλυτος hic aliqui vſurpant, i. non prohibitus à ſacris, carens impedimento.*

Czaczko / Crepundia, *n. pl. Plaut. Cicer. à crepando dicta, quia talibus pueri delectantur, vt crepitaculis, nolis tinnientibus, & alijs ornamentis vt bullis, gladiolis &c.* τὰ σινάμενα. τὰ παίγνια. τὰ κροτ παίγνια. Initia, orũ, *Catul. Ioſ: Scalig.* Pulchralia, *n. plur. Feſt. ex Catone.* Pulchralibus atque cupedıis. Bellaria, res bellas, *appellabant Feſt. ſic legit Scalig.*

Czadz / Miſsilia, *n. plu Suet.* Sparſit miſsilia variarum rerum. ‖ *Caius.* Mittere miſsilia in vulgus. ‖ Miſsilia fortunæ, *Cæli.* R. quæ à fortuna ſparguntur, *Senec.* Antiochus illuſtris pecuniam ſpargens dicebat: τίνι ἡ τύχη δίδωσι λαβέτω. *ſ. cui fortuna dederit, capito. Athenæ.* Res miſsiles, *Suet.* Stips, *Plin.* Populus Romanus ſtipem ſpargere cœpit. ‖ *Sparſionem vocat bellariorum panariorum & variorum miſsilium, Statius. i. ſylnarum quam rem eleganter ibi deſcriptam leges.* προβάλλειν τρωγάλια τοῖς θεωμένοις, *Iácere bellaria ſpectatoribus.* τὰ ἐπινόμβια. *Codino. quæ Imperator feſto coronationis vel nuptiarum die ſpargebat in populum.* ‖ τὰ τύχον δοθέντα, ἐληθέντα. *munuſcula fortunæ permiſſa.* τὰ καταχύσματα. *Ariſtopha:* ἀπ. προχύτα. *Plutar.* At τὸ περιέλθον. *quod cuiq; obtigit.*

Czáić ſię / *Simulo me dormire, mortuum eſſe, non audire, non ſpirare, &c.* προσποιοῦμαι καθεύδειν, τεθνηκέναι &c.

Czámlet / Vndulata toga, veſtis, *Plin. Var. Brodæus. Camelota tela, Cornel. à Lapide. ex pilis caprarum Aſiaticarum tenuiſsimis ad terram vſq; protenſis, Busbequius.* ὁ κυματοειδὴς ἐσθὴς. *non eſt idem Cymatilis,* vide **Modry.**

Czapká / Pileus, *Plaut. Seru. Pileum, neut. Perſi. Plaut. Stat.* ὁ πῖλος. *Pilei ſacerdotum ethnicorum.* Apex, *pileum ſubtile circa medium, virga eminente in ſummitate lanata, Serui.* Tutulus, *pileum lunatum, metæ figura, Scalig.* Galerus, *pileus ex pelle hoſtiæ cæſa, Sueton. Scalig.* Albogalerus, *Feſt.* Albus galerus, *Gellio ex albæ hoſtiæ pelle.* ‖ Galerum, *n. Fronto. Apulei.* Pellitum galerum, *Feſt.* Galera, *æ, Grachus apud Cariſium.* Galeria, *Varro apud Cariſium.* ‖ *Homelium, Feſt. homelleum pileus veterum, Sipont. Veteres Romani carebant pileis & capitijs, ſed in æſtu cucullo veſtis caput tegebant, Turneb. Apud Propert. lib. 4. e. 2. feno torto quidam caput tegit. Contrà Marcel Donat. ex multis ſcriptoribus probat Romanos pileis vſos præſertim poſterioribus temporibus.*

Czapéczká / Pileolus, *Colume. Horat.* τὸ πιλίον, πιλίδιον, πιλάδιον, ὁ πιλίσκος. Galericulum, *Varro. Cariſi.*

Czapká niéwieśćia / *Mitra, ſemimitra, calantica Vlpia. & Seruio, Mitra eadem cum calantica, aliter v.* **Záwićie.** *Calautica legit Seru. & Hotom. Decalanticare apud Nonium eſt calanticam alicui detrahere.* ἡ μίτρα. Mitra *etiam, Cicer. Virgil.* Mitella, *Apulei.*

Czapkę máiący ná głowie / Pileatus, *Liu. Mart.* ὁ πιλοφόρος. Galeritus, *Propert. eſt galero ex pelle lupi tectus, Paſſerat.* Mitratus, *Solino.*

Czaplá / Ardea, *Plin.* ὁ ἐρωδιὸς, ἀσκαλος. *Multæ ſunt eius ſpecies. ſunt enim pullæ, albæ, cinereæ, cirratæ, magnæ, minores, ſed præcipua eſt, quæ pella ſeu pellas dicitur.* Ardeola, *Plin.* Ardea cinerea, *Alberto,* Ardea fuſca, *Rober: Conſt.* ‖ *Erodium Ariſtotelis vocat Aldrouand. & Lorinus in Pſal: 103. Erodium, ardeam interpretatur. item Turnebus. Suidæ* ἐρωδιὸς, & ἐλωδιὸς. *quia paludibus delectatur.* τὸ ἕλος *palus.* ἐλώδης *paluſtris. ideo & Latini aliqui Herodium ſcribunt. Erodion, onis. Leuit: 11.* ἐρωδιὸς φαιὸς, *vel* πελλὸς. *Rob: Steph.* Pellos, *vel* pellus, *Plin.* Diomedeæ aues, *Ouid. cygnis ſimiles, grandes, albæ, duris & acutis roſtris Iſidor. Geſner.* Cataractæ *eadem Plinio, quamuis illum erraſſe quidam dicant, cùm dixit fulicis ſimiles. nam forte minores cataractas intellexit, quas alij mergos vocant. hic Cataractes maior eſt.* ὁ καταῤῥάκτης, *aut potiùs* καταράκτης. *commune tamen hoc alijs auibus nomen ex alto ſe demittentibus apud Geſner.* ‖ *Diomedeas aues apud Virgilium Seruius & Steph. Grammat.* Ardeas *ſeu* τοὺς ἐρωδιοὺς *Erodios interpretatur.* Harpa *Plinio eadem cum Cataracta, Rober: Conſtan.* ἡ ἅρπη.

Czáplá biała / (**Łyżeczak** / **Płáſkonos** *à roſtri forma*) Platea, *Plin. Rob. Conſtant.: Dalecamp.* Platalea, *Cic. Rob. Conſtant. Dalecamp. Albardeola: Cochlearia, Alber. à roſtri extremi latitudine. eſt palmipes & aquatica, conchis paſcitur.* ὁ πελεκᾶς ἄν τις. λευκερωδιός, *Leucos, Plin. aut leucon genus ardeolarum.* ὁ πελεκάν, ἄνος, *Ariſtot. Aldrouan. Dalecamp.* vide **Bak.** 2.

Czapniczy / πιλοποιικός, πιλοποιητικός. *vt* πιλοποιικὴ κονία. *i. ad coactiliarium pertinens lixiuium, &* πιλοποιέω, *pileos vel coactilia conficio.*

Czapnik / *Pilopœus dices, è Græco* πιλοποιός. *Pileonem vocat Iunius.* ὁ πιλωτέλος, πιλητής, οῦ. Coactiliarius, *Gorr. & Iuli. Capitol. Henr: Steph.*

Czáprag / *Inſtratum equorum ſplendidum,* τὸ ϛρῶμα ἵππου πολυτελές.

Czárá / **czáſzá** / Crater, *eris, maſc. Cicer. Virg.* Patera, *Cic. Virg.* Cratera, *æ, Horat. Lambin.* Concha bibere, *Iuuen.* Trulla gemmea, *Cic. Horat.* Phiala, *Iuuen. Var.* Galeola, *Var. Noni.* Batiola, *Plaut. Noni. & Gloſſar. Batioca ſcribit Turn. Batiaca etiam Lambin. ex Athenæo, apud quem* ἡ βατιάκη & βατιάκιον & βατιάκειον *poculum ſimile* λαβρωνίῳ: *Porrò* ὁ λαβρώνιος & τὸ λαβρώνιον, *Athenæo eſt poculum magnum, latum, bene auritum, quare* Batiaca, & batiacium *etiam vſurpat Turneb.* ‖ ὁ κρατήρ, ῆρος, ἡ φιάλη, φιαλίσκη *diminut.* **Czárká** / Guſtatorium *apud Petronium Arbitr. intelligit Martin: de Roa crateras in quibus mulſum propinabatur,* Patella, Capidula, *æ, Feſto.* Caueus, *apud Spartianum & Trebellium poculum Imperatorum, Caſaub.* ‖ Caucus, *legit Scalig. nec damnat id Caſaub.* Cauum, *legit Turneb. qui addit: Cauum in argento, eſſe argentum vaſcularium.* ‖ *Apud Marcellum. Empiric. eſt: In ligneo cauo. Sic & apud Hieron. Diogenis vaſculum potorium,* cauum ligneum, *appellari legimus.* Caueum *etiam legit Scalig.* ‖ Capiduncula, *Varr. Anton. Auguſti. dimin. ab alio dimin. capidula.* **Czaréczká.**

Czárá podługowáta / **czołnkowáta** / Cymbium, *Virgil. Plin. Mart.* τὸ κυμβίον, κυμβάτιον. Scaphium, *Cicer. Plaut.* τὸ σκαφίον *ad ſimilitudinem ſcaphæ factum. vas potorium, Manut. & Lambin. Turneb.* Gaulus, *Plaut. vas lacti excipiendo inſtar nauigij pene rotundi, Lambin. vel forma cymbij, Taubman.* Tympanum, *Plin. Dalecamp.*

Czárniawy/ Obniger, *Plin.* Subniger, *Plaut. Var.* Nigricans, *Plin.* Nigellus, *Auſon.* ὁ ὑπομέλας ἐπιμέλας. Epimelas, *Plin. gemma candida ſuperuè nigricans.* Languidè niger, *ex Plin.* Infuſcatus & propemodum niger, *Colu.* Infuſcus color apum, *Idem.*

Czárne źiele/ [*Pulſatilla, Siren, Herba venti, Trago. Nola culinaria & Cauda vulpis, Offic.*

Czarno/ *Aduerb. vt* Czarno pofárbowano / *Latina aduerbia à coloribus ducta rara ſunt. quare periphraſi in talibus efferendis vtendum: vt hic, nigro colore aliquid tinctum. Sic* Czerwoniè/modro/ſzáro/źielono/&c. [ὀρφνώδως] ὀρφνῷ τρόπῳ χρώματι.

Czarnogłowe źiele/ Láni czyściec/ Seſelis, *is, fe. Cic. Seſeli Maſsilienſe, Matthiol. ex Dioſcor. Vrſin.* τὸ σέσελι. Sile, *is, neut. Feſti. Idem Rob: Steph. Sipont.* ἡ σέσελις ιος. *Siler montanum, Vrſin. & Herbarijs quibuſdam. Sed multi negant idem eſſe.*

Czárnokśięſka náuká / ἡ μαγικὴ. Magice, *es, fe. Plinius.* ἡ μαγεία. Ars magica, *Plin.* Magia, *Vlpi. Cæli. Rhod. quam Delr. l. 1. Diſquiſ. Magic. definit ſic: Eſt facultas, vel ars, qua vi pacti cum dæmonibus initi, mira quædam & communem hominum captum ſuperantia, efficiuntur. Formas eiuſdem ponit, Magiam ſpecialem, Diuinationem, Maleficium, & Vanam obſeruationem.* Dardanarias artes, *vocat Columel. à Dardano inuentore; cuius meminit Plin. Euſebius.*

Czárnokśięſki/ Magicus, *Cicer. Plin.* ὁ μαγικός.

Czárnokśięſtwem śię báwić/ μαγεύω. *Magiam exerceo.*

Czárnokśiężnik/ Magus, *Cicer. Ouid.* ὁ μάγος, περιεργός.

Czarnopſtry/ ὁ πέρκος, περκνὸς, *nigris maculis diſtinctus.* περκαίνω, περκάζω. *ſic varius nigro.* τὸ πέρκωμα, *nigro diſtinctio,* Pſtrzenie czarnem.

Czarność/ Nigritudo & nigritia, *Plin.* § Nigror, *Lucret. & Cicer.* § Melania, *Plin.* § Nigritas, *Celſ.* § Atror, *Gell.* § Atritas, *Plaut. & apud Feſtum, pro atratus reponit Scalig.* Atritas, *atratus color.* Nigredo, *Rob. Steph. & Sipōt. ſine auctore.* ἡ μελανότης, μελανότης, μελανία. τὸ μέλασμα, *nigra macula.*

Czarnowłoſy / ὁ μελανόθριξ, μελανόκομος, *crine niger,* Nigro crine decorus, *Horat.*

Czárnuchá/ Melanthion & Melaſpermon, *n. Plin.* Gith, *neut. indeclinabile Plaut. Colu. Plin.* [*Nigella Herbarijs. Aliquot habet ſpecies.* τὸ μελάνθιον, μελάνσπερμον, ἀνθέμιον.

Czarny/ Niger, *Cicer. Plin.* Ater, *Plaut. Cicer.* Tam atra quam carbo eſt, *Terent.* Furuus, *Ouid. Feſt.* Atratus fluuius, *Cicer.* § Atricolor, *Plin.* Nocticolor, *Næui. Gelli. P.* Pullus, *Virg. Colu.* Pulli oleris radix, *i. atri oleris, Sipont. Pullus color lugentium fuit in funeribus, Cerda,* ὁ μελάντερος, ὁ ἡ μελάγχρως, ωτος. ὁ ἡ μελάγχροος, ου, μελάγχρους, ου. μελανόχροος ου. μελαγχροής, ου, ὁ πέλιος, πελιδνὸς, πελὸς, πέλειος ὀρφνιος, αἴθοψ: ὁ, ἡ ὀλώδης. Meruleus, *Plaut. ab aue merula, Turneb. Aldrouand. Lamb.* § Piceus, *Mart. Plin.* ὁ, ἡ πισσώδης. ὁ πισσήεις. § Coracinus color, *Vitru.* ὁ κοράκινος. § Anthracinus, *Varr.* ὁ ἀνθράκινος. Nigellus, *Varr.* Perniger, *Plaut,* Nigrans, *Virg. Colu.*

Czárowánie (*actio*) ἡ γοητεία, φαρμάκευσις, φαρμακεία. Veneficium, *Cicer.* Veneficiis Tyreliæ factum eſt. Medicatio, *Colum. Henr: Steph.*

Czárownicá/ Saga, *Columel. Horat.* Venefica, *Ouid.* Triuenefica, *Plaut. Turneb.* ἡ φαρμακίς, ίδος. φαρμακεύτρια. Pharmaceutria, *Virg.* Præcantrix, *Varr.* Præſtigiatrix, *Plaut.* Veratrix, *Apul. Scalig.* Diuinipotens, *Apul. Epitheton. Sagæ ſ. in diuina potens.* § Mulieres volaticæ. Striges, *ſtrigum, fe. pl. Feſt.* § *i producit Propert.* αἱ στρίγγες. ἡ τυμβὰς, άδος. *à ſepulchris circa quæ eſt frequens.* Lamia, *Apul. Delrio.* § *Tegularia, malefica. Vet. Onomaſtic. quòd in tegulis verſetur, Turneb.* Theſſala mulier, *ex Plaut. Horat. Plin. Apul.*

Czárownicá oddźiáływáiąca/ Piatrix, *ab expiando, quam alij ſagam, alij expiatricem vocant, ait Feſt.* ἡ ἀπομάκτρια.

Czárowniczy/ Veneficus aſpectus, *Plin.* ὁ γοητικὸς, φαρμακευτικός. Magicus, *Plin.* Magica vanitas, ὁ μαγικὸς μαγγανευτικός.

Czarowniczy ábo czárnokśięſki kamień/ Ananchitis, *idis, Plin. gemma magica qua in hydromantia euocabantur imagines deorum.* Anancitis, *ſcribit Turn. Dalecamp.* ἀναγκίτης ιδος. *quod neceſsitatem inferat manibus.* § Synochitis, *idis, Plin. gemma quæ vmbras euocatas detinet, à συνέχω contineo.* ἡ συνοχίτις ιδος. *Turneb.*

Czárownik/ Præſtigiator, *Plau. Var.* Magus, *Plin.* ὁ μάγος. *Sophocl.* § ὁ μαγγανευτὴς, ου. γόης ητος. *Artium malarum doctor, Ammian. Sortiarius à ſortibus, Delrio. Incantator, Firmic.* ὁ ἐπαοιδὸς, ἐπῳδὸς. Χάλιμος.

Czárownik truiący/ Veneficus, *Cicer.* ὁ φαρμακεύς. *Venenarius, Delr. &* φαρμακὸς. φαρμακευτὴς, ου. Venenaria, *Gruter. ex Vet: inſcriptione.* Pharmacus, *Petron. ſed ſceleſtum interpretatur ibi Douza.*

Czárt/Diabeł/Szátan/Bies/ Cacodæmon, *Valer. Max.* Malus genius; genius ſiniſter, *Perſ.* Genius ater, *Horat.* ὁ κακοδαίμων, ονος. § Orcus, *Cicer.* Alter Orcus veniſſe Ennam videretur. § Veiouis, *Cicer. Gel.* Zły duch. § Læua numina, *Virgil.* Spiritus inſincerus, *Minut. Fel. Zabulus vel Zabolus, Hilario. Cyprian. quod ne quis contemnat, docet Turnebus exemplis varij. ζα pro διὰ, vſurpari vt zeta pro diaeta. nam ζα particula intendendit ſignificationem ſicut ἀριὶ &c. & ſignificat μέγα, πολὺ: vnde ζαβύλων, Suidæ plenus conſilio, & ζαβάλλειν etiam aliquis pro διαβάλλειν (vnde διάβολος) i. calumniari vſurpant.* Paredri, (*quaſi aſsidentes*) & Catabolici (*quaſi deijcientes hominem*) *Tertull. Fulgentio, Turn.* οἱ πάρεδροι, καταβολικοί. § τοὺς ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπίνων *i. Inſpectores humanarum actionum, Zeno vocat. Item Plau. in Prologo Rudentis ad genios inſpectores (indifferenter) alludit,* ἀλάστωρ, *Hippocr. Gorræ.* § δαίμων *in SS. libris. nam apud profanos ſignificat Deum, genium, fortunam,* ὁ πονηρὸς *abſolutè per Antonomaſiam: alioqui eſt Adiectiuum.* Furiæ, *Cicer. Virg. ſunt Cacodæmones ſpecie feminea. Seruius has in cælis ait vocari Diras, in terra Furias, in inferis Eumenides, & canes apud Virg. Cal. Rhodig. vocat angelos formidabiles, infeſtosq́; qui diuexant & lancinant homines. Cicero appellat* Deas ſpeculatrices & vindices facinorum, quæ agitant & inſectantur impios, non ardentibus tædis, ſed angore conſcientiæ. Intemperiæ, *Plaut.* Dij voſtram fidem, quæ intemperiæ noſtram agunt familiam, *ſ. furiæ, Lambin. quanquam ibi furorem & inſaniam potiùs intemperiæ ſonant, quomodo & furia vſurpatur. Sed alibi cùm idem Plaut. dicit.* Laruæ & intemperiæ hunc agitant ſenem, *Beroald. interpretatur deas habentes vim per intemperantiam nocendi & ſæuiendi. quarum meminit etiam Martian. Capella, & Cato ſacrificio eas docet propulſare, c. 141. Pluto. Cic. Horat. Stat. deus inferorum,* vide Lucypér. *Satan & Diabolus. apud SS: ſcriptores.* Σατὰν Σατανᾶς ὁ διάβολος. *ſ. aduerſarius vel calumniator, vel vt Apocalyps. 12. Accuſator,* ὁ κατήγορος: *Satanas in SS. libris.* Antitheus, *Arnob.* ἀντίθεος. *i. contrarius Deus, vel Deo.* ζάβολος. *Dorice.*

Czárt/ *aliter, tropicûs, ſed ineptè vſurpatur à multis, idq́; varie*, vide Kto 1. Zła rzécz. Smrod 3.

Czártowe łáyno ziele/ *Talia multa nomina, priſca illa medicorum ſimplicitas, multis herbis indidit, aut ab aniculis indita accepit, quæ proferri ſine decori, verecundiæ, & ſæpe religionis iniuria non poſſunt, aut præfari honorem, ac veniam petere oportet. nempe è ſtatutinis & cloacis ſordida. ex triuijs & fæce vulgi pudenda, è templis & ſacris profanata. Sed rudi illi ſæculo ignoſcendum fortaſſe quiſpiam putet: hoc verò noſtro in cæteris rebus cultiſſimo & politiſſimo, quis talia ferat? miror ſanè, non exſtitiſſe hactenus vnum aliquem medicum honeſtatis & religionis amantem, qui hoc Augiæ ſtabulum repurgaret: & Capillos B. Mariæ. S. Petri caluitiem, S. Ioannis Zonam, panem, vuas & talia plurima ad templa reuerenter remitteret: Spurca verò ſordida & laſciua in cloacas detruderet. Equidem id ego attentaſſem, ſi mox initio operis in mentem mihi res tam indigna veniſſet, & ſi opem ab aliquo herbarum perito habuiſſem, feci tamen ſecunda opera quidpiam, nam multis herbis nomina, quæ non exſtabant, Græcorum & Latinorum imitatione, aut ex effectu, aut proprietate aliqua inſigniore ſumpta, honeſta impoſui: id quod & in cæteris feciſſem, ſi hæc lecturos ac vſurpaturos eos, ad quos pertinet, putaſſem. Sed & ineptis appellationibus, plerumq́; alias aptiores & decentiores hic appoſitas inuenies, ſic vt delectum facere cuiq́; volenti liceat. Et vt ad caput redeamus, loco verbi*, **Czártowe łáyno** / *quo fœtorem herba huius imitatione Germanorum exprimere aliquis medicus voluit: pone* Smrodzieniec. *Aſa vel aſſa fœtida: Silphium fœtidum, Matthiol. ex Dioſcor.* τὸ σίλφιον Μηδικὸν καὶ Συριακόν. *Laſer Medicum & Syriacum, frutex & gummi, vel ſuccus eiuſdem arboris, eiuſdem nominis, Matthiol.* v. Cyrenáyſkie ziele.

Czártowe mleko / Tithymali ſeptima ſpecies, *apud Plin.* Corymbites. Amygdalites, *æ, m.* Platyphyllon, *Plin.* ὁ τιθύμαλλος. πλατύφυλλος. κορυμβίτης: ἀμυγδαλίτης, κ. *Eſula latifolia, Herbar.*

Czártowe żebro/ Komonicá / S. Piotrá ziele / [*Morſus diaboli & Succiſa, Matthiol. Siren.*

Czárownik ziele/ czárnokwit / Circæa, *Plin.* ἡ κιρκαία.

Czártowſki/ *Diabolicus, Iſidor. & SS. ſcriptoribus,* ὁ διαβολικός. Dæmonicus, *Lactan.* ὁ δαιμονικὸς, δαιμονιακὸς, ὁ ἡ δαιμονιώδης. ¶ ὁ σατανικός. *Euchologi.*

Czáruię/ Incanto, Excanto, *Plin.* Canto, *Virgil.* Sacra facio, *Ouid.* Peto aliquem veneficiis, *Cicer.* *Laruari pro incantari apud Firmic.* Defigere, *Cicer. Ouid. Turn.* Malum carmen occentare, *Plin. l. 28. c. 2.* qui malum carmen occentaſsit. *Sic legit Auguſtin. Rauared. Turn.* Incantaſſet, *legit Scalig. Dalecamp.* ¶ Deuotare ſortes, *Plaut. Caſina. Lipſ. Douza. Taubm.* Delinio, *ſub* Oczárowány. μαγεύω, *ſum magus & excanto,* καταμαγεύω. μαγγανεύω: γοητεύω, καταγοητεύω: φαρμακεύω, καταφαρμακεύω, καταφαρμάσσω, καταφαρμάττω. vide Oczárowány.

Czáry/ Veneficium & cantatio: Magicum carmen. Præſtigiæ. Venenum. Venenis erepta memoria, *Cic. i. veneficiis, Bud.* ¶ Sceleratæ preces & nefaria vota nocturna, *Cic.* ¶ Incantamenta: Incantamenta carminum, *Plin.* ¶ Deuotiones, *Tacit.* Reperiebantur carmina, & deuotiones, aliaq́; maleficia. ¶ *Suet.* Quando veneficiis & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. Deuotiones Magicæ, *Tertull. de ſpectaculis 2. Columns.* Deuotiones ſepulchrales, *Apulei. 1. Metamorph.* ¶ Indigitamenta, *Feſto ſunt incantamenta, Cælius R. veneficia & excantamenta interpretatur.* *Defictiones, à defigo ſuprà, Scalig. ex Gloſſ.* ¶ Delinimenta, *orum, Afran. Liu. Lamprid. Turneb. Stygialia ſacra. Virg. Scalig.* ¶ *Cocytya ſacra, Porphyrio, Scalig.* Artes ſecretæ, *Ammian. Ouid.* Artes funeſtæ, *Vopiſc.* Artes nefandæ, *Ammian.* Maleficium, *Tacit. ſupra.* ¶ Zoroaſtræi ſuſurri, *Prudent.* ¶ Cantus: Magica ſacra, *Virgil. Ouid.* ¶ Præcantatio, *Quint.* Incentio, *Ammian. Gelli. Carmen, Virg. P. Cantamen, Propert. P.* τὸ μάγευμα, μαγγάνευμα, γοήτευμα, ἐπᾶσμα, θελκτήριον, ἡ φαρμακεία, μαγγανεία, κακουργία, ἐπῳδή.

Czáry abo czarámi co komu odiąć/ przéwabić do śiebie / Excantare fruges, *Plin. vtitur & Horat. Propert. i. transferre, Scalig.* Cantus vicinis fruges traducit ab agris, *Tibul.* Nec ſeges ex aliis alios tranſibit in agros, *Ouid.* καταγοητεύειν τὸν σῖτον. μεθέλκειν τὸν σῖτον τῇ γοητείᾳ.

Czáry ná ziednánie miłośći v kogo / Philtrum, *Iuuenal.* τὸ φίλτρον. ἡ γοητεία.

Czas/ dobá/ chwilá/ Tempus, *Cicer. Virg.* Otium, *Cicer.* Cùm eſt otium lego. ¶ Interuallum, *abſ.* & longo interuallo: eodem interuallo, *Cicer.* Annuum interuallum, *Liu.* Philoſophi in angulis otium conſumunt, *Cicer.* Vix ſuppedito otium ſtudio, *ad Heren.* ¶ Spatium temporis: Spatium diuturnum & nocturnum, *Cic.* ¶ Tempus diei, *Terent.* ¶ Tempus ſcholarum, *Quintil.* Tempeſtas, *Saluſt.* Eâ tempeſtate. Bona, egregia tempeſtas, *Cic.* ¶ Dies, *Senec.* Quem ſæuitia proiecerit, dies condet, *i. tempus.* Diem adimere ægritudinem hominibus, *Terent.* ¶ Ætas, *Plin.* Circa vrbis captæ ætatem id accidit. Æuum, *Plin.* Ad hoc æui. ὁ χρόνος. ἡ ὥρα. σχολή. *vt* ὅταν παράσχῃ σχολή. *cùm tempus ſuppetit.*

Czas do czégo/ Spatium deliberandi habere, *Cicer.* Locus, *Idem.* Reſpirandi locus non eſt. Tempus eſt ad eam rem, *Terent.* Tempus edendi, abeundi, *Plaut. Horat.* ¶ Tempus maturum vino, *Celſ.* **Czas dáć pić chorému.** ¶ Articulus temporis: in ipſo articulo temporis aliquid facere, *Cicer. Terent.* ¶ Vſura temporis, *Cic.* Paruam exigui temporis vſuram poſtulo. ¶ Interuallum ſoluendi dare, *Vlpian.* ¶ Maturitas, *Cicer.* Nondum eſt maturitas ſenatuſconſultum inducendi: Eius rei maturitas nondum venit, ὁ καιρὸς εὔκαιρος. Tempus opportunum, *Cic.* Intercapedo, tempus interceptum, *Feſt. Sueton* τὸ διάστημα, ἡ διάστασις χρόνου. **Czás co czynić.** *Sic Latini:* Tempus abire tibi eſt, *Horat. & Græci,* νῦν ὁ καιρὸς, κορασίου εἰσελθεῖν, *Heſter. 2.* ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα, *1. Petri 4.* ¶ ὥρα ἂν εἴη λέγειν. *Xenopho.* ὥρα σοι παιδεύειν τὸν, *Lucian.* ¶ ὥρα ἐπαναγαγεῖν, *Polybi.* ¶ Hoc tempus eſt aridis ficis conficiendis, *Colu.* Sol me admonuit vt breuior eſſem, *Cicer.* εἰσχωρεῖ ὁ χρόνος. ἡ ἀκμὴ. ὡραιότης. v. Nieśie to czas.

Czás *aliter,* vide Wczás/ Wczeſność/ Pogodá.

Czás po temu/ Commodum eſt, *Terent.* Commodiſsimum eſt: Tempus optimum, optatum, opportunum, idoneum: maturum eſt, *Cicer.* Nunc ita tempus eſt mihi: Fert tempus, ætas, res, *Terent.* Tempus agit rem, *Virg. Stat.* ¶ Tempeſtas eſt egregia: opportunitas eſt idonea faciendi aliquid, *Cicer.* Res eſt in cardine, *Virg.* ὁ καιρός ἐστι. ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ, *i. tempus eum iuuat, 1. Machab.* ἡ εὐκαιρία. *Cicer.*

Czás to wino pić/ *&c.* v. Godźi śie co iéść/ pić/ *&c.*

Czás vchodźi/ vide Vchodźi.

Czás/ vłácnienie / gdy bede miał czás / Otium, *Cicer.* Cum plus otii nactus ero, ἡ σχολὴ, & σχολὴν ἔχειν.

Tempus liberum: anni tempus libertatem maiorem mihi dat, *Cicer.* Otiolum, *Cic. 8. Fam. 3.*

Czas wielki/ i. barzo czás / Summum tempus: maximum tempus eſt, *Cic.* Tempus maximum eſt, vt eat domum, *Plaut.* Maturitas temporis eſt, *Liu.* ἡ ἀκμὴ τοῦ χρόνου.

Czas vprzedzáiący / przed czáſem zmowionem gotowy. Ná czás / ὁ ἐμπρόθεσμος. *Intra præſtitutum tempus aliquid agens vel paratus. & Aduerb.* ἐμπροθέσμως, *intra diem præſtitutum,* **W czás.** *oppoſitum* **Nie ná czás vmowiony.**

Czas vmowiony / náznaczony zmownie/ Conſtitutum, *Cicer.* Sero ad conſtitutum venire, *Var.* ἡ κυρία. vide **Vmowiony.**

Czás zły / Aduerſum tempus, *Cicer.* Aduerſo tempore nauigare: difficili Reipub. tempore: ſummo & difficillimo tempore: in grauiſsimis temporibus ciuitatis: triſtiſsimo meo tempore; duris temporibus, *Cicer.* Calamitoſa tempeſtas, *Cicer.* ἡ ἀκαιρεία, ἀωρία

Czáſem / vide **Podczás.**

Cząſtká / Particula, *Lucret. Cicer.* Portiuncula, *Apul.* τὸ μόριον. ἡ μερὶς, ἰδος.

Cząſtká dziedzictwá/ Funis & funiculus, *in SS. libris. Pſal. &c.* ὁ ἡ σχοῖνος. τὸ σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν, *Pſalm: 104.* Funiculum hereditatis veſtræ, *ſ. ſortem. partem hereditatis.*

Czáſu chybiáiący/ po zmowionym czáſie czyniący co/ &c. opoźniony. ὁ ὑπερπρόθεσμος, ὑπερήμερος, ἐκπρόθεσμος, *qui præſtitutum diem exceſsit.* ὁ ἐκπροθέσμως δοθείς. *poſt diem præſtitutum datus.* **Nie w czás dány / po czáſie zmowionem/** vide **Nie ná czás.**

Czáſu niemam/ Excludor tempore, *Cicer.* στέρομαι χρόνου.

Czáſu pátrzyć ná kogo/ vide **Aſpektu pátrzyć.**

Czáſu tego / owego / czáſu wieczerzy/ wioſny/ &c. Sub horam pugnæ, *Suet.* Sub tempus iudicij, *Liu.* Sub cœnam, *Plin: iun.* ¶ Per ver, per imbrem, *Cato.* Per autumnum, *Horat.* ¶ Super menſam, ſuper vinum & epulas, *Curt.* Sub ipſa die, *Plin.* ὑπὸ τὸν χρόνον. v. **Tego czáſu.**

Czáſzá / Crater, *apud Herodotum vnus argenteus, & aureus alter, Delphis à Cræſo poſitus. capiebat amphoreos 600. id eſt congiorum 3600. Lacedæmones etiam apud eundem Cræſo obtulerant craterem æneum capientem 300. amphoreos, id eſt, 1800. congios,* i. dwá łáſzty náſze bez dwunáſtu korcy Krákowſkiey miáry/ vide **Czárá.** Fons, *pro cratera, ſe Scauro.* v. **Wilkom.**

Czáſzká ślimácza / v. **Ślimácza.**

Czáſzká głowy / głowna kość / vel trupia. Calua, *Plin.* Caluaria, *Celſo.* τὸ κρανίον. *Cranium, Gor. Iuni.* Cælum capitis, *Plin. l. 11. c. 37.* v. **Podniebienie** 1. & **Szew** 2.

Czáſzká biodr/ rámion/ Acetabulum, *Plin. Cotyla, Cæl. R. Iunio.* ἡ κοτύλη. ἡ κοτυληδών. τὸ ὀξύβαφον.

Czáſzká ná kolenie/ ábo rączey kulá w kolenie / ná ktorey czáſzká biegá. *Mola genu, Gor. Iuni.* Patella, *Celſ. Gor. Cartilaginoſum os vocat Veſal. ex Marino.* ἡ ἀκρομύλη, ἡ μύλη: ἐπιμυλὶς, ἰδος. μυλακρὶς, ἰδος. ἐπιγονὶς ἰδος. ἐπιγονατὶς, vel ἐπιγονατίς, ιος. κόγχη. ὁ κόγχος. [*Oculus genu, Veſal. Rotula, Vrſin.*]

Czáſzká żołędziowa/ &c. Calyx glandium, *m. Plin.* ὁ κύτταρος. ἡ πυελὶς βαλάνου. ἡ ὀμφακὶς ἰδος.

Czáſzki v pławu morſkiego miękkiego / ktorymi ſię iák bánkámi bárwierſkiemi chwyta y przypina do czego. Acetabula, *orum. aliter* Caliculi, *Plin. ſunt quaſi pelues aut cotylæ, (ſic vocat Cælius R.) in branchijs polyporum, & aliorum mollium, vt ſepiæ, loliginis. quarum hauſtu ſeu ſuctu, & ceu ſorbendo ad res oblatas adhæreſcunt.* ἡ κοτυληδὼν, όνος. Branchias *autẽ ipſas vocat Plin.* brachia, crines. *Gaza* barbas, cirros. *Ouid.* flagella. *quibus manuum, pedum, & proboſcidis loco polypi vtuntur.* αἱ πλεκτάναι. οἱ πλόκαμοι. *hos polypi habent octonos, & in ſingulis plura acetabula.* **Nogi czáſzkowáte.**

Czátá/ *Excurſio militum velitantium, vel teſſeræ hoſtilis acquirendæ cauſa.* Prætentura, *æ. Ammian.* Prætenta, *æ. Manilio, i. militum excurſio. Steuech. equites exploratores Scaliger interpretatur. Proceſsiones etiam vocat verbo Vegetij: Tertull. & Cypriani.* ἡ πρόπειρα. vide **Wycieczká/ Straż.**

Czauſz/ τζαούσιος *Poſterioribus Græcis, Codino. Malaxo. & in Nouel.* ¶ *olim dictus* κόμης τῆς κορτῆς. *apud Greg: Dialog. &* ὁ τῶν οἰκοτρίβων ὀπαδῶν πρωτοστάτης. *Agathia.* ¶ ὁ εὐτακτῶν τὴν τοῦ βασιλέως σύνταξιν. *Curopalat. ſ. qui comitatum Imperatoris ordinabat. vt apud nos Mareſalcus dictus. Nunc Tſauſii aulici vel cubicularij Turcæ eſſe dicuntur. ex quo numero nuntij vel Legati minores, aut veredarij deliguntur.* vide **Goniec.**

Czáyká/ *Pauo agreſtis, Geſner. Bellon. Capella, Gazæ. Vanellus, b. Alberto.* ὁ ταὼς ἄγριος. ¶ Parra, *vel* para, *vel* parus, *vel* parcus. *Plinij eadem aut ſimilis, apud Geſnerum, Hermol. ſed deſcriptio Pliniana parræ, li. 18. non quadrat vanello. neque paræ. l. 11. Parra etiam Horatij infauſta auis eſt & nocturna, Geſnero. Parra, Feſto inter oſcines, dicta ſic quod parcat, ſ. obijciat ſe tranſeuntibus, Scalig.*

Cześci godny / Venerandus, venerabilis, *Ouid.* Templum venerabile. ¶ Verendus ſenex, *Claudian. Ouid.* Auguſtus, *i. augurio conſecratus, Serui.* Auguſtum templum, caput. *Ouid.* Reuerendus, *Claudian.* Canicies reuerenda. ὁ, ἡ, ἀξιοπρεπής. ὁ αἰδεστός. αἰδέσιμος.

Cześci prágnący/ Ambitioſus, & Ambitioſus in honoribus petendis, *Cicer.* ὁ φιλότιμος.

Cześci prágnienie/ Ambitio, *Cicer.* ἡ φιλοτιμία. Cupiditas honorum, *Cicer.*

Czczą mię/ Sum in honore apud aliquem, *Cic.* τιμάομαι, ῶμαι.

Czczę/ wyrządzam cześć/ Honoro aliquem. Afficio, orno honore, honoribus. Facio, augeo, defero, do, præſto, tribuo, habeo alicui honorem. Habeo aliquem in honore, *Cicer.* ¶ Perhibeo alicui honorem. Digno aliquem, *& ſæpiùs in paſsiuo* Dignor, *Cicer.* Homines dignitate antecedentes cultu & honore aliquo dignantur, *i. ornantur. Idem.* Qui ob egregiam virtutem tali honore dignati ſunt, *i. ornati.* ¶ Dignatus honore, *Sili. & Virgil.* Anchiſa dignate coniugio Veneris. *Rectiùs tamen Deponens vſurpabis actiuè.* τιμῶ, τιμάω τινά. ἔχω τινὰ διὰ τιμῆς: ἄγω ἐν τιμῇ, & διὰ τιμῆς τινά. τιμαλφέω τ. Cohoneſto aliquem: exſequias alicuius ſtatuam. Obſeruantia aliquem colo. Veneror, obſeruo hominem, *Cicer.* ¶ Veneratione aliquem proſequor, *Patercul.* Habeo, præſto alicui reuerentiam, *Plin: iun.* Adueneror aliquem, *Sili. P.* Deueneror, *Ouid. Tibul. P.* ἅζω, ἅζομαι. αἰδέομαι, γεραίρω τινὰ τιμαῖς: σεβασμίζω, σέβω, σέβομαι, τόν. Colo aliquem *Cicer. Terent.* ¶ Percolo aliquem honore, *Tacit.* ὑπερτιμάω. πολυτιμητίζω. Macto aliquem honore, *Noni. ex Plauto. Accio. Cic. ſ. magis auctare, & Virg. mactare honores alicui.*

Czczę/ táko Bogá / Colo Deum, *Cicer.* Veneror & colo in numero deorum aliquem. *Cic.* Aduenerari deos, *Var.* Pio, *as. Plaut.* Piare pietatem, *i. colere quaſi deam.* Colere templis & effigie numinum aliquem, *Noni.* σέβω, σέ-

vocat. v. **Bálábart.** *Potes etiam vocare malleum roſtratum, aut clauam roſtratam. Apud Heſych.* ἡ κέστρος *eſt* εἶδος σφύρας σιδηρᾶς. *i. genus mallei ferrei, ſ. militaris.*

Czekánie / vide **Oczekiwánie.**

Czeládne mieſzkánie/ Pædagogium, *Plin: iun. Suet. Cal. R. legit Pædagium, ſed improbat id Turneb.* τὸ παιδαγωγεῖον. *aliter* vide **Czeládź.**

Czeládnik/párobek/ robotnik/ Famulus, *Cicer.* ὁ πενέστης. vide **Rzadny** 2.

Czeládny/ Famularis, *Cicer.* Pædagogianus puer, *Ammia.* ὁ δουλικὸς, οἰκετικός. Familiaricus, *Vitruu.* Familiaricæ cellæ, *Varro. Cato.* Familiaricæ ſellæ, *ſ. familiæ, Scalig. Victorius. Familiarium, Cornel. Fronto, quod famulo vel ſeruo competit, vt ſagum, gladius.*

Czeládny chleb/piwo / vide **Chleb** 2. **Cienkuſz.**

Czeládź/ Familia, *Cicer.* Famulitium, *Varr. Macrob.* Famularis turba, *Stat.* ‖ Seruitium, *ſed frequentiùs in plur.* Seruitia, *Cic. Tacit.* ‖ Pædagogium, *Vlpian. Turneb.* ἡ οἰκετεία, αἱ πενεστεῖαι: τὰ σώματα, *i. corpora, pro familia Ariſtotel. Demoſth. Strabo. in Epigr. Hebræa phraſis animas vocat, vt Geneſ. 14.* τὰς ψυχὰς, *vbi alia verſio habet* τῶν ἀνδρῶν.

Czéluść w gebie/ Maxilla, *Plin. Hinc* Maxillaris, *Plin.* czéluśćiowy. Mandibula, *Macr. Sipont.* ‖ ἡ μάσταξ: ἡ σιαγών. *Maxilla inferior. Vrſino.* ἡ κάτω γνάθος. *Eidem ſuperior maxilla,* ſzczęká / ἡ ἄνω γνάθος. *Mandibulum etiam vſurpat, Scalig. Colum.*

Czéluść abo czéluśći ráczey v piecá / Præfurnium, *Cato. Vitr. Bud. Philon.* ‖ Propnigeum, *Vitr. Plin: iun.* ‖ Os fornacis, quà flamma eructatur, *Plin.* ‖ Vaporarium, *Cic. Ioſ. Scalig.* τὸ προπνιγεῖον.

Czemu/przecz/dla czégo/ocz? Cur? quare? quamobrem? quapropter? *Cic. Terent.* Quidum? *Plaut. Ter.* **Czemu to?** Quid eſt cur? quid cauſæ eſt? quid cauſæ eſt cur? *Cicer.* Quid ergo ignauiſſimus ille mihi latitabat? *Plaut.* Quid tibi, malum! hic ante ædes clamitatio eſt? *Plaut.* Quid tibi ad haſce ædes acceſſio propè aut pultatio eſt? *Idem.* Quod, *Virgil.* Nihil eſt quod pocula laudes, *ſ. cur? Et Cicer.* Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc accuſare velis? Quâ cauſâ? *Plaut.* qua de cauſa? *Cic.* Quid ita? quidum? *Terent.* Qui? *Cic. Terent.* Vt quid? *Cicer.* Quianam arbitrare? *R.* quia *&c. Plautus. Trucul. 4. Et Nænius. Ennius. Virg. Probus. Priſcian. Serui. Cerda.* ‖ Quid Pamphilum exanimatum video? *Terent.* τί; τὸ τί; τί δή; τί δαὶ; τί δή; δήποτε; διατί; διὰ τί; τοῦ; ἐπὶ τί; τίνος χάριν; τίνος ἕνεκα; ἐφ' ᾧ; πόθεν, ὅτι δή τι, αἴθ' ἄν; ἵνα τί τοῦ χάριν;

Czemu nie? Quidni? *Terent. Cic.* ‖ Quin continetis vocem? *Cicer.* Quin abeam? *Teren.* Quin ergo quod iuuat, id ſemper faciant? *Saluſt.* Rogas? Quin ego rogem hoc quod neſciam? *Plaut.* Quippini? *Plaut.* Itáne cenſes? *R.* Quippini? *Idem.* Quippini ego ſeruem domi? *Item, Quippini pro quippeni. Apul* pro quidni, cur non? ἦ μήν; τί μήν; Qui potius quàm auro expendas? *Plaut.* **Czemu nie złotem odwáżyſz?**

Czemuś/ Quandam ob cauſam, τινὸς ἕνεκα; διά τι.

Czépek z płótná/ ἡ κεφαλὶς λίνεος, *i. pileolus lineus.*

Czépek przyrodzony/ Pileum naturale, *Lamprid.* Solent pueri inſigniri pileo naturali, quod obſtetrices rapiunt & aduocatis credulis vendunt, *& cæt.* At iſte puer pileum non habuit; ſed diadema tenue, ita forte, vt rumpi non potuerit, *&c.* τὸ χορίον, *Ariſtot.* τὸ ἔνδυμα νεογνοῦς παιδὸς, *Balſamoni.*

Czépek niewieśći/ czépiec/ śiatká/ Reticulum, *Varr. Non. Iuuen.* Vitta, *Virg. Plin.* Vitta crinalis, *Ouid.* ὁ κεκρύφαλος. τὸ κροκύφαντον. ἡ ἄρκυς, υος. τὸ τρίχαπτον, κρήδεμνον, ἐπίκρανον. κεκρυφάλιον. *diminut.* Inuolucrum, *Varr. quo mulierum ac puellarum crines inuoluuntur, Turneb.* Capillare, *apud Martialem intelligunt aliqui reticulum muliebre quo crines velant, Robert: Steph.*

Czéremchá / vide **Smrodinia.**

Czéreśnia / vide **Trześnia.**

Czérmieniéc ziele / *Arum Ægyptium, Siren.*

Czernice / vide **Borowki czarne.**

Czernidło do piſánia / vide **Inkauſt.**

Czernidło do fárbowánia/ Atramentum ſutorium, *Cicer. Celſ.* Atramentum coriarium, *Plin.* Suaſum vel inſuaſum, *Plaut. Feſt. Taubm.* ‖ *Melanteria, æ. Sutorum atramentum.* ‖ *Scribon. Larg.* ‖ *Pictorum tectorium, Iunio.* Eſt etiam atramentum ater cruor ſepiæ piſcis, *Plinius.* ἡ μελαντηρία. *Atramentum metallicum. Scribonius Melanteriam, vocat Cretam ſutoriam ad denigrandum,* τὸ χάλκανθον.

Czernię/ ſmolę/ Denigro, *Var. Plin.* Nigrore ſuffundo, *Idem.* ‖ Infuſco vellera, *Colum. Virg.* Fuſco corpus, colorem, *Ouid.* μελαίνω: μελαίνω, ἀπομελαίνω: χρώζω, χρωΐζω, χρωματίζομαι τι. Infuſco vellera, *Colu.* Infuſcat fulmen, *Plin.* Nigrefacio, *Sipont.*

Czerniec/ *Monachus Græcorum & Ruſſorum à veſtitu nigro,* ὁ μελαγχίτων μόναχος.

Czernieię/ Nigreſco, *Colum. Virg.* Nigrum colorem traho, *Ouid.* Infuſcor, *Virgil.* ἐπιμελαίνομαι. *Nigrefio, Sipont.*

Czernienie/poczernienie/ ὁ μελασμὸς, ἡ μελάνωσις. *denigratio.*

Czernie śie / Nigrico, *as, Plin.* ‖ Nigro, *as, Lucret.* aut ea quæ nigrant, *vnde Virg.* nigrantes iuuenci. ‖ *Colum.* nigrans color. *Obatreſcit lacus, Firmic.* Nigreo, *es, Colu.* Oliuæ cum nigruerint. μελανιάω. πισσίζω. εἰμὶ πισσώδης, *ſum picis colore,* μελαίνομαι, μελανίζω. vide **Mienię fárbę.**

Czerp/vide **Kaſzerz.**

Czerpácz/Hauſtor, *m. Firmic. Lucan.* ὁ ἀντλητὴς, οῦ. ἀντλητήρ, ῆρος. ὁ φρεάντλης, ου. *qui ex puteo haurit. Anclator, Scalig. ex Gloſſ.*

Czerpaczká/czerpak/ Antlia, *fe. Martial.* Hauſtrum, *Lucret. Rader. Dalecampius.* ἡ ἀντλία, ἀντλεία. τὸ ἄντλημα. ἀντλητήριον: ἡ σκάφη: τὸ σκαφίον ὁ ἀρυτὴρ ἀρυστὴρ, ἡ ἀρύστις, ἀρυστρὶς, ἀρυταίνη, *Aryſtena, Feſt. ab* ἀρύεσθαι, *haurire. Arutena, Lucil. Cariſ. Artena, Feſt. Scalig. Gloſſ. vas teſtaceum in ſacris, Gloſſ.* ἀρύταινα, v. **Nalewká** 1.

Czerpam/ Haurio, *Lucr. Varr. haurini, pro hauſi, Varr. hauritum pro hauſtum, Apul. hauſurum, Virgil. pro hauſturum.* Haurio de puteo, è fonte, à fontibus, *Cic.* Anclo, *as, Feſt. Liu. Andronic. Manut. Anclo legit Scalig. anclo vel auculo Turneb.* ἀντλέω, ἀρύω, ἀρύτω, ἀρύτομαι, ἀναρύτω, ἐπαρύτω, ἀπαρύω, ἐπαρύω, ἀφύομαι. vide **Wyczerpáć.**

Czerpánie/ Hauſtus, *us, Colum. Cicer.* τὸ ἄντλημα, ἡ ἀπάντλησις. ὁ ἀφυσμός. τὸ ὑδροσπάσιον, *aquæ hauſtus, Budæo ex Pand.* wody ćiągnienie/ *propriè Græca vox ſonat.*

Czerſtwię/rześwię / czerſtwem czynię / Vegeto memoriam, *Gelli.* Vegeo, *es, i. vegeto, Noni.* Animos Venus veget voluptatibus, εὔζωον ποιῶ, *Pompon.* ζωγρέω, ζωοποιέω, ῶ. vide **Pokrzepiam.**

Czerſtwieię/ rześwieię/ Vegetor, *Gell.* ‖ Vigere corporibus, *Liu.* Vigere animis, lætitia, *Lucret.* Vigeſcunt pedes, *Catulus.* Vigent vires, *Lucret.* Vegeo, *Saluſt.*

Alterum alterius auxilio veget, *i.* vegetatur *vel* viget, *loquitur de virtute & viribus.* *ἀκμάζω, ἐνακμάζω, ἐπακμάζω, ἀκμάω, εὐτονέω.*

Czerſtwość/ żywość/ rzeźwość/ Viuacitas, *Colum. Quint.* Vigor animi, ingenii, oris, *Ouid.* Vigor membrorum, *Virg. Lucan.* *ἡ εὐρωστία, ἀκμὴ, εὐτονία.* Aſſeueratio, *Senec. Controuerſ. loquens de Oratore quodam languido, dicit:* Nulla in eo corporis aſſeueratio, *ſ: ad ſeueritatem & vigorem compoſitio.*

Czerſtwy/ rześki/ rzeźwy/ żywy/ dárſki/ Vegetus, *Cic. Gell. Suet.* Vegeta mens, *Cicer. Gelli.* ❡ Vegetus pulſus venarum, *Valer. Max.* ❡ Vegetum ingenium, *Liu.* ❡ Vegeti oculi, *Sueton.* Vegetior aſpectus, *Colu.* ❡ Vigens mens, *Lucr. Cicer.* Vigentis ſenſus adoleſcentulus, *Colum.* Veges: *vegentibus aliqui legunt apud Liu. 1. Punici, vbi vigentibus alij.* Vegetus corpore, vigens animo, *Noni.* Viuax ſenectus, *Plin.* Viuax verbum: viuax dextera, anus, *Ouid.* ❡ Viuidus animus, *Tacit. Plin: iun.* ❡ Viuidum ingenium, *Liu.* ❡ Experrectus, *Colu.* Experrectiores apes, *ὁ ἀκμαῖος, ἀκμαςὴς, ἐνακμὴς, ἔνακμος, ὁ εὔζωος, εὔτονος, ἔνορος, ἐρίζωος, ζωηρός.* vide **Rześki.**

Czerſtwienie/ rozruchánie / Vegetatio, *Apul.* Fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcutere, *ἡ ἀνακίνησις.*

Czerw/ drzéwny/ pſczélny / żytny / vide **Robak.** *Item* **Trad 3.**

Czerwcowy/ Iunius, *adiect. Cicer.* Iuniæ Calendæ: Nonæ Iuniæ.

Czerwiéc miéśiąc / Iunius, *Feſt. à Iunone; à iunioribus, Ouid. alij à Iunio Bruto. vide Macrob. ὁ κρόνιος, ἱπποδρόμιος, λῷος, ὁ.*

Czerwiéc źiéle/ vide **Kármázynowe iágody.**

Czerwień/ *vt* **w czerwieni /** vide **W biéli.**

Czerwienicá źiéle/ vide **Wołowy ięzyk/** & **Borowki czerwone.**

Czerwienię/ rumienię twarz/ ábo kogo / Rubefacio ora, *Sili.* Rubefactus, *Ouid.* In ruborem dare aliquem, *Plaut.* *ἐρυθραίνω, ἐρυθαίνω, ἐρεύθω, φοινίσσω, φοινίττω, φοινίζω.*

Czerwienię śię/ rumienię śię/ Rubeo, *Cicer.* Mihi crede, hærere homo, rubere. ❡ Rubent auiaria baccis, *Virg.* Rubeſcit aurora, mare. ❡ Rubeſcunt ſtellæ, *Plin.* Subrubet cælum, *Ouid.* Irrubuit cælum, *Stat.* ❡ Traho ruborem, *Ouid.* Rubicundum traho colorem, *Colu.* Sublucent ora miſto rubore, *Ouid.* Aliter rubet ignis, aliter ſanguis, *Gelli.* Purpuraſco, *Cicer. quia purpura varij coloris eſt.* *ἐρεύθομαι, φοινίσσομαι.* ❡ *κοραλλίζω, rubeo inſtar coralli, ἐρυθριάω, ἐρυθιάω, ἐρυθραίνομαι.* Roſeo colore fulgent flores, *Plin.* ❡ Irrubeo, irrubeſco, *Stat.*

Czerwieniec/ czerwony wołowy ięzyk/ Anchuſa. Onoclia. Arcebium. Onochilon. Onochiles, *n.* Alcibiadium. Rhexia. Rhinochiſia, *Plin.* Calla, *item Plin. l. 27. c. 8. vbi* Calix *corrigit Dalecamp.* *ἡ ἄγχουσα, ὀνόχειλος. ὀνόκλεια. τὸ ὀνοχειλὲς, Dioſcor.* ❡ *ἡ ῥηδακίς, Onocichlen legit Hermol. apud Plin. ex Dioſcor. ὀνοκίχλη. Turdaria Gazæ. τὸ ὀνόχηλον Ἀλκιβιάδιον. Aliquot eius ſpecies apud Dioſcor. & Siren. Maior, media, minima.*

Czerwieniec fałſzywy/ *ἡ ψευδάγχουσα.* Pſeudanchuſa, Enchuſa, Doris, *Plin.* *ἡ λύκοψις, λύκοψος.* Lycopſys, *Plin. Anchuſa quarta, &* Cynogloſſum *legitimum, Siren.*

Czerwienienie / *ἡ φοίνιξις, εως. ὁ φοινιγμὸς, ου. Rubrificatio Gorræ. & Henr: Steph. propriè, ſed ſine auctoritate veterum.*

Czerwonák ptak cudzoźiemſki / Phœnicopterus, *Iuuenal. Plin. Sueton. Lampr. Auis Nili, puniceis alis ardeæ par. (Eſt & alba ciconiæ par.) palmipes eſt, ὁ φοινικόπτερος. ὄρνις φοινικοῦς. Ariſtotel.* Porphyrio *Plinij, à priore diuerſus eſt, gallo par, cæruleus, longo collo & cruribus, morſu bibit, omnem cibum tingit aqua, & pede ori inſert ex Ælian. Athenæo. Ariſtotel. Senſum adulterij etiam humani habet & viſo ſcorto moritur, Tzetzes. Inuenitur in Hiſpania, Libya, Syria, Comagene, Aldrouand.* Hæmantopus, *vel potiùs* hæmatopus. *Plinij, eſt auis Porphyrioni ſimilis, & mole quidem minor, ſed altis rubris cruribus & rubro roſtro, quare* **Czerwonák** *etiam vel* **Czerwonog** *reddi poteſt, vt ὁ αἱματόπους, vox Græca ſonat, colorem pedum ſanguineum. Sic legunt & intelligunt Plin. Hermol. Geſner. Iun. ex vet: Cod. aliqui* Imantopodem *legunt, potiùs* Himantopodem *ſcribo cum Geſnero, ſed ἱμαντόπους, apud Oppianum ab exilitate crurum dicta auis, quæ maxillam ſuperiorem tantum mouet. Plin. autem Porphyrioni ſimilem hæmatopoda eſſe ait. Iunius hæmatopoda eandem cum erythropode (Ariſtophanis eſt auis ὁ ἐρυθρόπους. ſ. rubens pedes) arbitratur, & aliqui apud Geſnerum. Bellonius apud eundem* Hæmantopoda *picam marinam à colore appellat, ſimilemq́ ait agrettæ Gallorum.* ❡ Ciris *Virgilij & Ouidij eadem cum hæmantopode Iunio. quem agrettam ſeù egrettam voce Gallica reddit, ſed carere apice in capite ait. Geſnerus ex cepphorum genere, Cirin eſſe putat,* vide **Rybitw.** *Scylla Ouidij eadem quæ* Ciris, *ἡ κεῖρις.*

Czerwonáwy / przyczerwieńſzy / Subrubicundus, *Celſ.* Subrubeus, *Ouid.* Subruber, *Colum.* Terra ſubrubra. Subminia veſtis, *Plaut. à minio quaſi ſubminiata, Lambin.* ❡ Rufulus, *Plaut.* Cicatrix rufula, *ὁ ὑπέρυθρος.* Subrufus, *Leuit. 13.* *πυῤῥίζων.*

Czerwono/ vide **Czarno.**

Czerwoność/ Rubedo, *Firmic.* Rubor, *Plin. Virgil. Ouid.* *τὸ ἐρύθημα.*

Czerwonożołty/ Ruſſus, *Catul.* Ruſſæ gingiuæ. vide **Złotoczerwony/ Liſowaty.**

Czerwony/ Ruber, *Mart. Virg. Cicer. Plin.* *Rubrior inuenitur apud Plinium, Rubrus, a, um, Solinus.* Rubens, *Virgil. Plin.* ❡ Rubicundus, *Varr. Terent.* Rubicundulus, *Iuuen.* Rubellus, *Martial.* Rubellum vinum. Rubellianæ vites, *Colu.* à colore rubello ſeu rubro. Rubricoſus ager. *Cato.* Rubricoſum ſolum, *Plin.* Rubeus, *Virgil. Gell. Pallad. Sipont. Firmic. quam vocem Hermol. negat eſſe Latinam, & apud antiquos vbique rubens legit.* ❡ *Retinet tamen hanc vocem apud Virg. 1. Georg. rubea virga Erythræus defenditq́. Item Cerda rubi virgam rubram explicans. idem ad Eclogam 6. minium vocat ex Seruio rubeum colorem. Robus, robi, Feſt. obſoletum.* Robus bos, *rubro colore, vnde robuſtus, quia rubicundi robuſti eſſe ſolent. ὁ ἐρυθρίας, ἐρυθρὸς, ἐρυθραῖος. ὑπέρυθρος.* **Czerwieniuchny.** Hæmatinon vitrum, *Plin. totum rubens, non tranſlucens, vt ipſe explicat. τὸ αἱμάτινον. Obſidianum vitrum idem, ab inuentore vocat idem Plin.* **Czerwone ſkło.** Phœniceus, *Plaut.* Phœniceum corium, *ſ. rubrum, ſeù tergum cruentatum, Turn. Taub. Pœniceum legit Lambin.* ❡ Carbunculans. Carbunculoſus, *Plin. de arena.* ❡ *ὁ αἱματικὸς, αἱματηρός.* Hæmatinum vitrum, *Plinius.* Sanguinolentus color, *Ouid.* Rubidus, *ſ. rubro colore, Feſt.* vide **Gruby.**

Czerwony woſk/ Cera miniatula, *Cic.* *Miniata cera, Manut. ὁ μεμιλτωμένος κηρός.*

Czerwony złoty / vide **Złoty czerwony** & **Koronat.**

Czerwony złoty márchwiány/ ſłáne pieniądzé w żárćie/ &c. Aurum Comicum, *Plaut. Hi nummi erant ex lupinis, vt mos eſt apud pueros. Muret. Turneb. ex Sticho Plauti. vbi, lupilli comminutum cruſtulum, habet. Fiebat & ex naporum vel raparum rotulis. Alciat. Noſtrates vitro fracto aut calculis rationarijs in talibus ludis vtuntur.* ὁ χρυσὸς κωμικός. Monetá kuglarzow ábo dźiećinſkie pieniądzé.

Czeſánie/ [ἡ κτένισις.] *Latini carent. Periphaſi vtendum eſt. vt* do czeſánia. *ad pectendum.* πρὸς τὸ κτενίζειν.

Czeſány / *vel* czoſany / Repexus, *Ouid. Claud.* Pectita lana, *Colume.* ὁ πεκτὸς, εὔπεκτος, Perpexa barba. *Firmi.* Depexa iuba, *Ouid.* ὁ κτενωτός. Pexus capillus, *Cicer.*

Cześć / (*vitioſa eſt prolatio* część. *nam id aliam habet ſignificationem, vt mox videbis.*) Honor, *Cicer.*, ἡ τιμὴ, δόξα. Honorificentia, *Lamprid. Capitolin.*

Część / Pars, *Cic. Teren.* Portio, *Cic. Iuuen.* ἡ μερὶς, ίδος, τὸ μέρος. ὁ μόρος. ἡ μοῖρα. μοιρὶς ίδος: μοιρεία, μοῖρα. Portio alicuius rei, *Plin.* Circa quę magna portio mortalium hæret. ¶ Plerumque noctis proceſsit, *Ammian.* ὁ κλῆρος, & ἡ λῆξις, *portio ſorte oblata.* Sors, *Ouid. Horat.*

Częśći cáłey iákiey rzeczy/ ná dwánaśćie rozdźieloney / ábo rozdźielney/ iáko funtu/ vncyiey/ dźiedźictwá/ ſtáiá/ miáry iákiey mokrych ábo ſuchych rzeczy/ tákże roku/ dniá/ &c. ὁ οὐγκιασμός. *Aßis diſtributio, Ioſeph Scalig.*

Dwánaśćie częśći ieſt to co ſámá cáła rzecz: vncyia/ ſtáie/ rok/ funt. As, *aßis, m. Var.* Ex aſſe heres, *Martial. i. integræ hereditatis heres. I.C. hanc vocem de quauis re integra loquentes vſurpant.* vide Cáłego cokolwiek. *Sic* As *dicetur libra, hereditas, fundus, vncia. Annus etiam duodecim menſibus conſtans, Græci vocant* δωδεκάμοιρον, *i. duodecim partes. vt in anno 12. menſes. 12. vnciæ in libra, ſeu libra 12. vnciarum. nam eſt etiam libra 8. imò & 16. vnciarum.* vide Funt. ἡ λίτρα: τὸ δίμοιρον τέταρτον: *Ioſ: Scalig. ex poſterioribus Græcis.*

Dwánaſta część cáłego czego / ábo iedná ze dwunaſtu/ iáko vncyia w funćie / mieśiąc w roku. Vncia, *Fannius.* Vnciaque in libra eſt id, quod menſis in anno, *i. duodecima pars. Apud Colu.* vna duodecima, *abſolutè, ſ. pars.* δωδεκατημόριον τοῦ ὅλου. Dodecatemorion, *Manilio. Vnus menſis, vna vncia,* δωδέκατον.

Jedennaśćie częśći/ Deunx, *cis. m. in libra, quòd ei deſit vncia, Fanni.* τὸ ἑνδεκάμοιρον. *i. vndecim partes, vt in anno vndecim menſes, vndecim vnciæ in libra.* Partes duæ tertiæ, & vna quarta, *Colu.*

Jedennaſta część / ἑνδεκατημόριον. *Latinum nomen deeſt. Vndecima pars, vt in anno dies* $32\frac{8}{11}$ *ſeu menſis vnus & duo dies. In libra vncia & ſcripulum ampliùs.*

Dźieśięć częśći/Dextans, *tis, m. Colum. Feſt.* Pars dimidia & tertia, *ſ. totius. Colu. vt decem vnciæ in libra. in anno decem menſes.* Decunx, *Priſcian.* Decuncis, *huius decuncis, m. Fannio. à decem vncijs.* δεκάμοιρον. ¶ δίμοιρον ὅλον. *Ioſ: Scalig.* δεκαούγκιον, *Gloſſ.*

Dźieśiąta część / δεκατημόριον. *Latinum nomen proprium huic loco deeſt. poteſt tamen vſurpari* Decimum *Ciceronis vox.* vide Dźieśiąta część. *Decima pars anni, ſunt dies* $30\frac{5}{10}$ *ſeu menſis, & ſex dies. In libra vncia, & duo circiter ſcripula.*

Dźiewięć częśći / Dodrans, *tis. m. Var. Colu.* Tres quartæ partes, *Colu. Nonuncium, i. nouem vnciæ. Feſto. Sipont.* ἐννεάμοιρον, *nouem partes, vt in anno menſes nouem.* Dodrans agri. *Liui.* Dodrans iugeri, Dodrans operæ diurnæ, *Colu. ſ. nouem horarum.* Dodrans ædificij, *Cicer.* ἡ τριμοιρεία. τὸ τριμόριον. ¶ τὸ δίμοιρον δωδέκατον. *Ioſ: Scalig. more Græcorum.*

Dźiewiąta część / [ἐννεατημόριον.] *Nona pars vt in anno dies* $40\frac{5}{9}$ *ſeu menſis vnus & decem dies. In libra vncia & ſcripula octo. Latinum nomen non reperi.* v. *infrà* Trzy częśći/ & Trzyćwierćiowy.

Ośm częśći / Bes, *huius beßis. vel hic* Beßis, *huius beſſis, m. Cic. Plin. Mart. ab* Aſſe, *quaſi bis triens. Paulus Feſti, vel potiùs à defectu, quaſi* Des *deßis, quod ab octauo loco ſurſum verſus as diminuatur, Scalig. ex Var.* Des, *quaſi dempto triente, Sipont.* Partes duæ tertiæ, *Colu.* Vnciæ octo, *Feſt.* τὸ δίμοιρον. *i. duo trientes, vel octo vnciæ. Octo partes, vt in anno menſes octo, ſunt bes anni.* Bes iugeri, *Colum.* Bes frumenti, *Plin.* Bes fœnoris, *Cic.* ἡ διμοιρεία, τὸ διμόριον, τὸ δίμοιρον. *vnde* Beſſalis ſcutula, *Martial. ſ. octo vnciarum, Rader.* ὁ ὀκτάουγκιος. Octans, *maſc. Vitru.* Diuidere aliquid octantibus. τὸ ὀκταούγκιον, *Harmenopul.*

Ośma część / *Octaua pars integri alicuius.* Seſcunx, *cis. m. Colum. vt in anno dies* $45\frac{5}{8}$ *ſeu menſis, & 15. dies. In libra vncia & ſcripula 12.* ὄγδοον μέρος. ὀγδοατημόριον. Seſcuncia, *Columell.*

Siedm częśći/ Septunx, *cis. m. Colu. Liu.* Pars dimidia, & vna duodecima, *Colu.* ἑπτάουγκιον, *Rob: Steph.* ἑπταούγκιον, *Harmenopul. Septem vnciæ in libra, & in anno ſeptem menſes.* ἑπτάμοιρον. ¶ τὸ ἥμισυ δωδέκατον. *Ioſ: Scalig.*

Siodma część/ ἑπταμόριον. *Septima pars integri. Nomine Latino caret. In anno dies* $52\frac{1}{7}$ *ſeu menſis & 12. dies ſunt* ἑπταμόριον. *anni. In libra vncia & ſcripula 17.*

Sześć częśći/ [ἑκτήμοιρον.] *Sex partes, vt in anno ſex menſes, in libra ſex vnciæ.* Semiſsis, *m. Cic. Plin. ſ. dimidia pars aßis ſeu ſex vnciæ. Hinc* Semiſſarius heres, *I.Ctis ſ. ex ſemiſſe, Hotoman.* Połdźiedźiczny / nápoły z drugiem dźiedźiczący. *Poteſt etiam vocari ſemis libræ & anni, alia conſideratione & diuiſione.* ἑξαούγκιον, *Harmenop.*

Szoſta część/Sextans, *vel* Seſtans, *tis. m. Var. Colum. Plin.* τὸ ἑκτημόριον, τὸ ἕκτον. *Sexta pars, quales in anno duo menſes, in libra duæ vnciæ.*

Pięć częśći/ Quincunx, *cis, maſc. Mart. Horat. Colu.* Pars tertia, & vna duodecima, *Colu.* τὸ πεντάμοιρον, *id eſt, quinque partes integri. vt anni quinque menſes, libræ quinque vnciæ.* τρίτον δωδέκατον, *Ioſ: Scalig.*

Piąta część / πεμπτημόριον. *Quinta pars, vt in anno 72 dies, ſeu duo menſes, & dies 12. In libra duæ vnciæ, & decem ſcripula circiter. Latina appellatio deeſt.*

Cztéry częśći/ τετράμοιρον *i. quatuor partes, vt in anno menſes 4. in libra vnciæ 4.* τετραούγκιον. *Latinum nomen non habet proprium. nam quadrans aliud eſt.*

Czwarta część/ Quadrans, *tis, maſ. Iuuen.* Quadrans aſsis. ¶ *Colu.* Quarta pars iugeri. Quadrans iugeri. τὸ τεταρτημόριον. τεταρτημόριον, *quarta pars, vt in anno tres menſes, in libra tres vnciæ.* Tetrans, *Vitru.* Diuidere aliquid tetrantibus. ćwierćiámi/ ná ćwierći dźieląc. τέταρτον μέρος. *& abſolutè* τέταρτον. vide Ćwierć.

Trzy częśći / τρίμοιρον, *i. tres vnciæ ſeu tres partes ex duodecim partibus integri ſic diuiſi, vt in anno tres menſes, in libra tres vnciæ, quæ alio reſpectu, quatenus totum in quatuor partes diuidunt ternatim ſumptæ, quadrans dicuntur.* Teruncium, tres vnciæ, *Feſt.* Triuncis, *is, Plin.*

vel Triunx, *cis, vt Deunx. Caue item confundas* τρίμοιρον *cum dodrante. nam dodrans etiam, v. g. anni, continet menſes nouem, qui ſunt tres partes anni, in 4. partes diuiſi, ſed iſtæ tres partes in dodrante conſiderantur, vt nouem ſunt ex illis duodecim, ſiue vt tres ex quatuor totum aliquid conſtituentibus. Vſurpatur tamen ſic & dodrans.* Dodrans horæ, *Plin. ſ. tres partes horæ, Bud.* Dodrans operæ, *Colu. quæ tribus partibus diei fit aut 9. horis, Budæ.*

Trzécia cześć/ Tertia pars iugeri. Triens iugeri, *Colu.* Hereditatis triens, *Cicer.* Tertiarius bituminis, *Colu.* τὸ τριτημόριον ἢ τριμοιρία. τρίτον ἐπὶ μορίων, ἢ τρίτη μοῖρα, *& abſolutè* ἡ τρίτη. ἡ τριτύς, ύος. τρίτον μόριον. ἡ τριτημορίς, ίδος, *i. tertia pars, vt* Scrupulum ſumptus ſeu impenſæ, *apud Plin. ſ. tertia pars, ſi ad drachmã referas; vigeſima quarta, ſi ad vnciam. Apud Varronem,* Scrupulum, *modus vel menſura agri eſt, conſtans pedibus decem in longitudinem & latitudinem quadratam, minima pars iugeri quod continet ſcrupula 288. vide & Columellam lib: 5. cap: 1. & Budæum de Aſſe. In anno 4. menſes; in libra 4. vnciæ, quatenus totum hæc pars ter ſumpta diuidit exactè, nam quatenus iidem trientes continent in ſe 4. partes duodecimas,* τετρατημόριον *dicuntur ſuprà* **Cztery cześci.** *caue confundas.*

Dwie cześci / *δίμοιρον Plutarcho, i. duæ partes è duodenis, totius diuiſi. vt in anno menſes duo, in libra duæ vnciæ. Poſſunt pro varia diuiſione duæ partes aliter ſtatui, ſed non habent hîc locum.* Sextans *illis par. quomodo* τρίμοιρον *dodranti, &* τετρατημόριον *trienti reſpondet. poteſt enim vna res diuerſo reſpectu diuerſas appellationes habere.*

Druga cześć abo polowicá czego / Semis iugeri, *m. Colu. Pallad.* τὸ ἥμισυ *dimidium ſeu altera integri in duas diuiſi, vt in anno ſex menſes, in libra ſex vnciæ.* τὸ ἡμίλιτρον, *vel* τὸ ἑξούγκιον. ¶ *Semis hereditatis,* τὸ ἡμικλήριον. vide **Pół.**

Jedná cześć ze dwunaſtu / *idem* **Dwánáſta cześć** *ſuprà.*

deſcendentem ſpeculator impulſu turbæ pæne vulnerauit. *Apud eundem* Claudium ſtipant ſpeculatores cum lanceis, *Tacit.* Othonem comitabantur ſpeculatorum lecta corpora, *ſic legunt & legendum cenſent, Lauin. Steuech. Rhenan. Gruter. Marcellus Donatus, Iunius. (Suidas etiam* σπεκουλάτωρες, *E non I vocali ſcribit, ac* δορυφόρον *interpretatur)* Spiculatorem *apud citatos & alios quoſuis legunt, Turneb. Vertrani. & vulgò alij, ducuntq́; à ſpiculo. ſed hoc reijciunt ſuperiores auctores, quòd ſpiculum erat mipile militum, Vegetio teſte, à quo illi milites ſpiculatores dici poſſunt. Lanceas verò Sueton. dat ſpeculatoribus, ſeu ſtipatoribus Imperatoris Triplices autem fuiſſe Speculatores, Lauinus, Steuech. & Marc. Donat. aſſerunt, primi erant iam dicti ſtipatores. Alij erant ijdem qui exploratores ſine vlla differentia, quam aliqui ponunt. Liu.* Speculator Carthaginenſis Romæ deprehenſus qui per biennium fefellerat, *à ſpeculando vel à ſpecula, Marc. Donat. Tertij erant qui reos puniebant, Senec.* Tum Centurio qui ſupplicio præerat, condere gladiū ſpeculatorem iubet, *Firmic.* Speculatores qui nudato gladio ceruices hominum amputent. *Sic & apud Vlpianum legunt ijdem, & Cuiacius. Briſſoni. Apud S. Marcum item cap. 5. eſt* ἀποστείλας σπεκουλάτωρα. *Sipontinus cum vulgata ſcribit, Spiculatorem, & carnificem interpretatur. Calliſtratus IC. apparitorem. Securiger, Valer. Argona.* ὁ σπαθάριος *Cedreno. Spatharius, ſatelles in Nouell. &* πρωτοσπαθάριος. *Harmenopul. Eclogæ Baſilic. Prothoſpatharius Adelmo. Primiſpatharius Meurſi. præfectus Spathariorum. item iuſtitiæ. item prouinciarum, ſub Imperatoribus. Dignitas erat magna, ſed interijt.* Regiæ domus armati, Excubitores, *Tacitus.* Stipatores regalium laterum, tutelâ peruigili cuſtodiam per vices fortium ſuſtinebant, *Apulei.* Scutarij protectores Imperatorum, qui proprio excubitu principibus ſalutem ſeruant, *Firmic.* σκουτάριοι. *Zoſimo. Ammian.* Protectores hos vocat ſæpius, *Ammian. & Marcellus Donatus. Celeres Liuij ijdem Marcel. Donato.* Submotor aditus, *Liu. Securifer, Ouid. Bipennifer, Ouid.* ὁ πελεκυφόρος. Lancearius, *Suet. Bud.* Apparitor regis, *Liu. Latero, onis. Iunio. Varro.* Latro *priſcis, quòd ad latus iret, Plaut. Varr. Feſtus Scalig.* Troſſulus, *apud Plinium. Equites enim 300. delecti ex nobiliſſimis familijs, in pace & in bello, erant cuſtodes corporis Regum Romanorum: hi prius dicti erant.* Celeres, *tum* Flexumines, *deniq́;* Troſſuli. *vide Tiraquellum, apud Alexan. Neapolit.* Prætorianus miles, *Iunius ex Plinio.* ὁ αἰχμοφόρος, δεξιολάβος. *A Troſſulo oppido Hetruriæ, dictos vult Caſaub. quod equites Romani ſine peditibus expugnauerunt, Numio quodam duce.*

Halas / vide **Zgiełk.**

Halas / *item Epomis,* Lytarum, Prolitarum, *Bayſ. Rader. Lacerna, Bayſ. Rad. Hinc* Lacernatus, lacerna indutus. ἡ ἐπωμίς, ίδος.

Háłun / Alumen, *n. Plin.* Stypteria, *æ. Vlpi.* ἡ στυπτηρία *ab adſtringendo, quia præcipuus eius in medicinis effectus.* στύφειν *adſtringere. Aluminis multa genera apud Galenum, Dioſcor. Plin præcipua duo. Liquidum & Solidum.* Liquidum, *Plin.* ὑγρὰ στυπτηρία. *Dioſcorid. duplex eſt. Alterum* Limpidum, *lacteum, humidum.* Phorimon, *Plin.* φόριμον, *i. vtile. 2. Pallidum, ſcabrum, impurum.* Paraphoron, *Plin.* παράφορον. *i. peruerſum. Alterum* Solidum, *quod Plin. concretum vocat.* πλακῶδες πεπηγμένη, *itidem variū, à figura varia.* 1. Schiſton, *Plin.* ἡ σχιστὴ *i. ſciſſile alumē, idq́; vel glebarum aut aſſerum inſtar compactum.* βωλῶδες *vel* τριχῶδες πεπηγμένη, *Dioſcor. vel ſigillatim in capilla-*

menta ſiſsile. τριχῖτις. Trichitis, *Plin.* Lapis ſciſſilis, *Celſo.* Chalcitis, *idem Plin. à lapide ex quo ſit.* ἡ χαλκῖτις, *Hippocrat.* 2. Strongyle, *Plin. quod genus inertioris aluminis vocat.* ἡ στρογγύλη. *i. rotundum. idq; vel ſolidũ, vel fungoſum, pumicoſum, & bullarũ inſtar tumidum. Item apud Galen.* ἀστραγαλωτὴ, *talo ſimile.* πλινθῖτις, *lateris inſtar.* πλακῖτις, *cruſtis conſtans. quod* βωλῖτις, *Dioſcor. ex globis formatum. vulgò Saccharinum, Gorra. Colorum item varia differentia in alumine. Præfert Plin. omnibus* Melinum, *à Melo inſula. Alumine oblitam turris materiam Sylla non potuit incendere, Ammian. Gelli.*

Haluniſty / Aluminoſus, *Plin.* ὁ, ἡ στυπτηριώδης, ες.

Halunowány / Aluminatus, exaluminatus, *Plin.* ὁ στυπτηριωθείς.

Halſbant końſki / Phaleræ, *arum. Virg.* Primus equum phaleris inſignem victor habebit. *quod verò illud ſit ornamentum, quærit Manut. Aldi F. l. 3. quæſito 10. & affert Suidam* τὰ φάλαρα *interpretantem, laminam auream ſcuti inſtar, frontis equi ornamentum. Herodotum, qui in maxillis id ponit. Seruium, qui in pectore equi pendere cenſet, vt monile. Gellium, qui à monili diuerſum facit. tandem ipſe concludit, phaleras eſſe pretioſum quemuis equi ornatum, ſiue in fronte, ſiue in capite, ſiue in pectore, (addo ego ſiue ex collo) pendeat. Hinc* phaleratus, *Liu. Sueton. Ammiano.* Monile, *n. n. Virg. 7. Æneid. Gell. l. 5. c. 5.* τὸ περιδέραιον, περιτραχήλιον, ὑποδέραιον.

Halſbant / noßenie męſkie. Phaleras *non tantùm equorum, ſed hominum etiam, eorumq; militarium virorum ornamenta fuiſſe, probat Marcel. Donatus ex Liuij 9. Plin. l. 33. c. 1. Cicer. Verrin. Virg. 9. Tacito, quæ ſententia probabilis eſt, & eam tenuit antea Beroaldus in Sueton. & Lipſius, qui l. 5. de militia Rom. dialogo 17. phaleras militaria donaria à torquibus diſtinguit ex Dionyſio, Iuuenali, Silio; nam phaleræ demiſſæ magis ad pectus pendebant, & planiores ac magis iacentes erant.* ‡ *Scio Cerdam ad 9. Æneid. conari oſtendere phaleras tantùm equorum eſſe ornamenta: ſed certè Tacitus l. 1. Hiſtor. gregarijs & manipularibus phaleras attribuit, & Lipſius ſatis idem oſtendit. quare idem Cerda infrà ibidem concedit phaleras fuiſſe ornamenta, ſaltem equitum, ſed in capite geſtanda, non in pectore, vt Silius vult, cuius auctoritatem ille contemnit. Ego addo Petronium qui ſic habet:* An vt matrona onerata phaleris pelagijs, tollat pedes indomita in ſtrato extraneo? *vbi phaleras pelagias vocare videtur monile colli baccatum, vel inaures ex margaritis quas ſupra* tribaccas *(ex tribus baccis, i. vnionibus conſtantes) vocauit. quæ interpretatio faueret Cerdæ, niſi quòd ego puto, tropica eſſet, & tranſlata ab equis, vel à viris militaribus ad feminas multis margaritis pretioſis ornatas locutio.* τὰ φάλαρα, *Plutar.* τὰ τοῦ πλούτου φάλαρα καὶ περιδέραια. *i. ornamenta diuitiarum, latius ſumpto vocabulo. Pectorale militum apud Plin. l. 34 c. 7. ornamentum pectoris.*

Hámowánie / powśćiągnienie / zahámowánie. Cöertio, *vel* cöerctio alicuius, *Celſ. Quintil.* Cöercitio, *Liu.* Cohibitio, *Cicer.* Refrenatio, *Senec.* ἡ ἐποχή, κατοχή, ἀνείρξις. [ὁ ἀναχαλινισμός.]

Hámuię kogo / wśćiągam / ná wodzy mam / trzymam. *propr. & tr.* Cöerceo aliquem, cupiditatem, improbitatem, temeritatem alicuius: cöerceo aliquem verberib. morte. Comprimo impetum, cupiditatem, lætitiam, ferocitatem alicuius. Reprimo alicuius furorem, impetum, *Cicer.* ἐπέχω, ἐπέχω σε τούτου: ἀφαιρῶ, διείργω σε τούτου. ἀνείργω τινὰ τοῦ. ἀποκρατέω τινὰ τοῦ. ἐφίστημι, πιεσμί τινα. Inhibeo aliquem, *Cic.* Inhibeo auiditatem, profluuium ſanguinis, *Plin.* Inhibeo frenos, *Liu.* Inhibeo vatem, *Catul.* Inijcere alicui frenos, *Cic.* Inijcere frena, *Horat.* Frenare aliquem, *Cicer.* Frenare voluptates, *Liu.* Refreno licentiam, *Horat.* Refreno iuuentutem prolapſam, adoleſcẽtes, libidinem. Refreno à reditu, *Cicer.* Infrenare impetum nauis. infrenare nauigia anchoris, *Plin.* ἐγκρατέω, ἀναχαλινόω, ἀναχαιτίζω, ἀναποδίζω τόν. Reuoco à ſcelere aliquem, à furore. Retento vi aliquem. Retardo impetum alicuius. Frango furorem, vim furioſam, impetum alicuius, *Cicer.* Moderor equum frenis, moderari leonibus, *Lucret.* Moderor iræ, *Horat.* Compeſco incendium, furentem populum, *Plin. iun.* Compeſco furores, aliquem, *Ouid. Comperce, pro compeſce, Feſt. Hoſtire ferociam alicuius, Pacuu. Noni.* ἀναστέλλω, καταστέλλω. Suſtinere currum, curſum, *Cicer.* Suſtinere equos incitatos, *Cæſ.* Reprehendo, *Liu.* Conſul manu quoſdam reprehendit. Præſtare aliquem, *Cic. i. efficere, ne quid committat ſecùs quàm volumus, Manut.*

Hámuię śię od czego / powśćiągam śię. Cohibeo iracundiam, furorem, motus animi turbatos, *Cicer.* Non te cohibes? *Teren.* Reprimere ſe à &c. Continere ſe in aliqua libidine: continere ſe à reſpondendo: continere omnes cupiditates præclarum eſt: continere manus ab aliquo: continere ſuam inſolentiam. Abſtinentem eſſe, *Cic. Plin. iun.* Reprimere iracundiam, *Teren.* Reſponſare cupidinibus, *Horat.* ὑπερκρατέω τοῖς, &c. Supprimere iram, lacrymas, *Ouid.* Comprimam me, *Plau.* Abſtineo culpâ, carne, *Plaut.* Abſtineo manum alieno, *Cato.* Abſtineo manus ab alienis: manum à me: ab alio: abſtineo me ab alieno: abſtineo iniuriâ, malèdictis, iurgijs, *Cicer.* Abſtineo ſeditionibus, *Liu.* Abſtineo quò minus, *Sueton. Abſtineo irarum, Horat. Abſtineo gemitus, ſcreatus, Teren. Abſtineo ſermonem de aliquo, Plaut.* ἀνείργω, ἀπείργομαι τοῦ: ἀπέχομαι τῶν τὰς χεῖρας. ἀπέχω ἀπὸ τούτου χεῖρας. ἐπέχω χεῖρας, γλῶσσαν. Reuoco & reflecto animum ad vlciſcẽdum incitatum. Contraho vela. *Cic.* Adduco habenas. *Cic.* Tempero mihi, *Cic. Plin.* Tempero manibus, *Liu.* Tempero linguæ, *Plaut.* Tempero gulæ, *Plin. iun.* Tempero animis, *Liu.* Tempero vino in vnum diem, *Liu.* Tempero à lacrymis, *Virg.* Tempero à maleficio, *Ad Herenni.* κρατέω τοῦ, μετριοπαθέω, *i. modicè afficior, Bud.* Moderor animo, orationi, iræ, *Cic.* Moderor linguæ, *Plau.* Parcere dolori, iracundiæ, *Cic.* Parcere lamentis. Parcatur à cædibus, *Liu.* Impero iræ, *Ouid.* Impero dolori, *Plin.* παύω τὸ χόλον, *i.* Teneo iracundiam, lachrymas, dolorem, iram: teneo me: teneo me ab aliqua re, *Cic.* Teneo linguam, *Ouid.* Vinco animum, *Plaut.* κατέχω ὀργὴν, θυμὸν, γέλωτα: κατέχω ἐμαυτὸν, & ἐμαυτοῦ. Inſtringo me, *Catul. (i. συστέλλομαι, intus cohibeo, Rob Conſtan.)* Quin te animo athrmas, teq; inſtringisq; cohibeſque. *Scaliger ſcribit.* Quin tu animum offirmas itaque inſtructoque *(pro inſtructu)* reducis. *alij in* ſtinctuque *ſcribunt. Ape. i. compeſce, Gloſſ. Latinogræc.* Impero mihi, cupiditati, *Cic.* Remitte ſpiritum aculeorum plenum, comprime animum tuum, ſeda arrogantiam, *Idem.* Ab hoc improbo certamine atque iniuſta contentione te auoco, *Idem.* Deſine morbo illo procacitatis vti, *Idem.* Non pareas dolori tuo, non ſeruias iracundiæ, ad aliud tempus reſerua, *Idem.*

Hámuię wóz / Suffiamino currum aut rotam, *Senec. Cal. R.* διαβαίνω ἐποχλεῖν διὰ τροχῶν: κατέχω τὸ ἐποχλεῖ τροχούς. Suſtineo, *Cic.* Suſtinet currum agitator.

Hámulec/ Suffiamen, *Iuuen. Bud.* ἡ τροχοπέδη, ὁ ἐποχλεύς. *Rhodigin.*

Hámulec / *tr.* Freni, *tr. Cicer.* Alter frenis eget, alter calcaribus, *de homine.* ἡ ἡνίαι *vel* τὸ ἥνιον *transferunt etiam Græci ad hominem.*

Háńbá / vide **Zelżywość.** **Háńbię** / v. **Lżę.**

Háńiebnie / vide **Bárzo / Okrutnie.**

Háńiebny / vide **Wielki / Okrutny.**

Handel / vide **Kupia**/ *&* **Kupczenie**/ **Kupiectwo.**

Hándel ſpólny/**ſpólkupczenie.** Commercium, *Cic. Plin.* ἡ ἀλλαγή, συναλλαγή.

Hándluie / vide **Kupczę.**

Hándluie z kiém / **ſpólhándluie.** Habeo rem cum aliquo, *Plaut. Terent.* Facio ſocietatem rerum cum aliquo: coire ſocietatem laboris, præmij, cum aliquo, *Cicer.* συναλλάττω, κοινωνέω, ῶ.

Háp / **háp.** *Vox latratum canum exprimens, apud Ariſtophanem.* αὖ, αὖ. *Apud Latinos non legi ſimilem Interiectionem, niſi Græcam* Au au *vſurpare velimus. Nomen quidem à verbo* Baubor, *formare facile eſſet.*

Hápáć / **háupáć** / **hupáć.** Baubari, *Lucret. Noni. à baubor Depon.* βαΰζω.

Hárap / *Interiectio compeſcentis canem à præda. Græcis* ὢπ, *&* ὤπ, *ἃ ſunt* ἰξευτικὰ ἐπιφθέγματα. *i. venatoriæ acclamationes, apud Ariſtoph. in ranis & auibus. Apud eundem, remigum cum ſtare iubentur, celeuſma eſſe dicit Scholiaſtes, vt apud nos* **Oo** / *vel* **ſtooy** / *apud Latinos nihil ſimile legi, poteſt tamen vſurpari* Eia, apage.

Hárap / *aliter tr.* **Iuż po hárapie.** Poſt tempus venis, *Plaut.* χρονίως πάρει; ἐχρόνισας. Articulum *vocat Cicer.* ἡ ἀκμή.

Hárás / Atrebatica, *ſ. tela, Gelenio. coloris xerampelini quam Atrebates in Gallia optimam faciebant,* ἡ ἀτρεβατική. *Suidas.* ἀτρεβατικὴν *vocat ab atro colore Cælius Rhod.* Atrebatici panni, *Vopiſc.*

Hárc. ὁ προαγών, ῶνος. Initium *vel* proludium pugnæ. πρὸ τοῦ πολέμου προδρόμημα. *procurſio ante aciem.* τὰ μονόμαχα. *Nicetæ, excurſiones quæ à ſingularibus equitibus fiunt, Meurſ. v.* **Kośtowánie śie z kiem. Poiedynek.**

Hárcerz / vide **Bolábarcnik.**

Hárcowánie ná koniu / **biegánie** / **ćwiczenie koniá.** ἡ ἱππηλασία. *Agitatio equorum.*

Hárcownik / Prouocator, *Cicer. Plin. iun.* Excurſor & emiſſarius, *Cicer.* Præſultor *dici poteſt, licet Cicer. aliter vſurpet. Liuius tamen eadem ſignificatione præſulto verbum vſurpat dicens.* Præſultare hoſtiũ ſignis. ὁ προαγωνιστής. Proludentes, *Gelli. tr. ſumit.* **Hárcownik** *item dici poteſt is, qui vnus vnum prouocat hoſtem, etiam extra aciem, bellum. Græca eſt vox* μονόμαχος. *vtitur Cælius R. Item* **Hárcownik co hárcuie ná koniu.** ὁ ἱππηλάτης, ου. *Agitator, exercitor equorum.* vide **Ro-wáłkator.**

Hárcuie przed bitwą / Præludo pugnæ, & ad pugnam, *Virgil. Varr.* Præludium rei caſtrenſis & armaturæ exercere, *Ammian.* Proludo, *Cicer.* Proluſerunt vt pugnare poſſint. Præſultare hoſtium ſignis, *Liu.* Tumultuoſo ac minaci pugnæ genere obequitando ipſis propè portis hoſtem excuit, *Idem.* προαγωνίζομαι τῷ προκαλέω ἱππεύων.

Hárcuie ſobie ná koniu. ἱππηλατέω, ῶ. *Agito, exerceo curſu equum.*

Hárdość/Regnum, *Cicer. pro Sylla.* Ait Torquatus. Regnum ſe meum ferre non poſſe. Quod tandem regnum? Conſulatus credo mei. vide **Pychá.**

Hárdy / Imperioſus, *Cicer.* Imperioſiſſimus, *Liuius.* ὁ ἐπιτακτικὸς, κρατητικὸς, δυναστευτικός. vide **Pyszny.**

Hárdźie / Satis pro imperio, *Terent.* παιδαγωγικῶς, ἐπιτακτικῶς. *imperioſè.* vide **Pyſzno.**

Hárfá / Pſalterium, *Virgil. in Ciri. Quintil. Hieron. Auguſtin. Beda. Lorin. qui hanc vocem etiam cum Cælio R. apud Cicer. de Aruſpicum Reſp. legit a* Strophio. *a* Pſalterio, *vbi alij legunt à pſalterio, à pſaltria.* ἡ ψάλιγξ, ψάλιξ, τὸ ψαλτήριον. *Ioſeph. Athenæ. Summis teſte Suida digitis carpebatur, &* ἑπτάχορδον *i. ſeptem chordarum erat.* πολύφθογγον. *Plutarch.* δεκάχορδον *fuiſſe Cælius R. ex Pſalmis probat, ſed diuerſum Decachordum à Pſalterio ait Lorinus. quanquam pſalterium aliquando latè pro omni inſtrumento muſico vſurpatur, vt lyra, & cithara, apud Latinos, idem Lorinus.* Magadis, *eadem Iulio Scaligero, in Exercitat. & Cælio R. ex Apollodoro.* ἡ μάγαδις, ιδος. *Athenæo. viginti chordas & vnam habet inquit Anacreon & Lorin. Noſtri verò pſalta 27. chordis intendunt pſalteria vt videmus. Magadis propriè eſt lignum cui chordæ alligantur in imo, Lorin. ex Polybio.* τρίγωνον. *Ariſtotel. in problem. idem, à figura triangulari, vt & Hieron. docet litera Græca Δ ſimile pſalterium.* Sambuca, *eadem Lorino ex Euphorione & Suida, cui* σαμβύκη, *triangularis & chordarum inæqualium. Idem habet Porphyrius in veteri Lexico, & Gloſſ. vetus.* ἡ λυροφοῖνιξ σαμβύκη, ὄργανον τρίγωνον. *Athenæo. Marcell. Donat. Turneb.* ζαμβύκη. *Chryſoſtom. Heſychio.* Nablium *vel* naulium, *Ouidij. idem Cælio R. Politiano, Lorino. vtráque manu id pulſari, docet Ouid. 3. de arte.* τὸ ναῦλον. *Heſychio idem cum pſalterio; diuerſum Quintil. & Ciceroni.* ὁ ναῦλος, ναῦλας, ἡ νάβλα. *Mupam David. Æthiopes vocant, i. organum David. Nablum, in SS. libris.* τὸ νάβλον.

Hárfiſtá / Nabliſta, *Cælio R. Sambuciſta etiam formare licet (quia ſambuciſtria eſt apud Liu. & Sambucina apud Plaut.)* ὁ νάβλας. *Athenæo.*

Hárt/ Stomoma, *Matthiol. Gorr.* τὸ στόμωμα, τος.

Hártowánie / ἡ στόμωσις. *Stomoſis.* **Ɀalenie** *aliud eſt licet ſimul fiat.*

Hártowány / **hártowny.** ὁ ἐστομωμένος, στομωθείς. *duratus arte.* ὁ ψυχρήλατος. *quaſi frigida aqua ductus, tinctus.*

Hártuie / *Ferrum chalybe præfixum & candefactum aquæ immergo, ex Plutar. Aëtio. Græcis.* φαρμάσσω, φαρμάττω τὸν σίδηρον. τὸ θερμὸν σίδηρον τῷ ψυχρῷ στομόω.

Háru háru. *Interiectio vel effutitia vox, (ſimilis illi* **Krzętu wętu.** *) ſignificatque aſſiduum & grauem alicuius laborem.* **Háru háru vſtáwicznie.** *Reſpondet huic Plautinum illud:* Noctesque dieſque aſſiduo ſatis ſuperque eſt, quo facto aut dicto opus eſt, quietus ne ſis. Apta item huic loco ſunt quæ Chremes in Heautontim. dicit Menedemo ſtatim initio Scena 1. *apud Terent.*

Háruie / **horuie.** ὑπερπονέω, ὑπερπονῶ, *nimiùm laboro.* vide **Prácuie.**

Haſáio konie / σφαδάζουσι, *geſtiunt, exſultant generoſi equi, vt Virgil. dicit:* Stare loco neſcit, &c. ἀνασφαδάζω, *idem. Equi hinnibundè inter ſe ſpargentes terram calcibus, Nonius ex Claudio.*

Haſánie. ὁ σφαδασμός. *Exſultatio equi.*

Haſło / **godło woienne.** Teſſera, *Virgil. Sueton. Seru. Liu. Teſſera duplex erat in exercitu, muta & vocalis. Muta erat ſignum aliquod externum, quo miles ſuos ab hoſtibus dignoſceret, vt apud Herodotum albus color, gypſo nempe armis & veſtibus illito. Item vexillum prolatum, vt apud Virgil. 8. Æneid. apud Cæſarem 1. Gallico. Item tabella in qua aliqua dictio aut ſententia ſcripta fuit, vt Seruator*

Iupiter. Vocalis *teſſera dabatur aut ſono tubæ, vt 7. Æneid. & 1. Gallico Cæſaris, aut verbis diſertis, vt apud Liu. l. 28.* Scipio teſſeram veſperi per caſtra dedit, vt ante lucem viri equique curati & pranſi eſſent. Signum, *Senec.* Caius Caligula Chæreæ Tribuno petenti ſignum, Veneris aut Priapi dabat, exprobrans mollitiem, *Gruter.* Condictum militare, *Spartian.* *Bandum, Cælius R. ex Procopio.* Symbolum, *Vegetio.* τὸ σύμβολον, σημεῖον, σύσσημον. σύνθημα, σύνθεμα.

Haſłowy / haſło rozdawaiący. ὁ σημάντωρ. Teſſerarius, *Tacit. Turneb. Veget.* ὁ διάγγελος, *& apud Plutar.* τεσσεράγγελ@.

Hanſknecht / *Peregrinum eſt verbum, aliquæ ciuitates eo vtuntur.* vide Stróż domowy.

Háyduk / drab / piechota. Pedes, *itis. maſc. Cicer. Cæſ. Liu.* Pedeſtris miles, *Cicer.* ὁ πεζὸς, πεζικὸς, πεζίτης. Phalangarij, *Lampr.* Phalangitæ, *Liu.* ὁ φαλαγγίτης.

He. *Interiectio ſeu ſonus indignantis, vel cum graui aliquo pondere aut labore colluctantis. Latine* Ah. ἆ. He *vtuntur recentiores eruditi. Morbo laborantes edunt ſonum* He.

Heban / Hebenus, *fe. Lucan. &* Ebenum, *n. Virg. Plin. Seru. aliqui aſpirant, aliqui malunt Græcos ſequi quibus eſt.* ἔβενος *&* ἔβελ@. *Hinc* ἐβένιν@. *Ebeninus:* hebanowy. *Ebenum foſſile quod igne non accenditur, iuxta Hildeſeim reperitur. Dalecamp. ex Agricola.*

Hebdomadarz / officiant / ábo vrzędnik dotegodniowy / w kośćiele / w klaſztorze. ὁ ἑβδομαδάριος, *hebdomadarius, Caſſian.* ὁ λειτουργὸς ἑβδομαῖ@ ἐν τῷ ναῷ ἢ κοινοβίῳ. *i. miniſter in templo vel cœnobio hebdomadarius.* ὁ καθ' ἑβδομάδας εἰς ἐφημερίας δημοσίᾳ λειτουργῶν ἐν τῷ ναῷ ἢ κοινοβίῳ. *i. qui hebdomadatim vel hebdomadum vicibus publice in templo vel monaſterio miniſtrat.*

Hebel / Runcina, *Plin. Arnob. interprete Cælio Rhod. exemplum habes in ſequenti. Iun. maius inſtrumentum interpretatur, ſimiliter Cælius R.* ἡ ῥυκάνη. *Aſciam non rectè aliqui vocant.* v. Topor. *de Dolabra etiam* v. Oſkárd *&* Topor. *Dolatorium, Hier. Iunio. Beroald.* Planula, *Arnob. à planando Hermolaus ducit. idem cum Runcina Rhodigino.*

Heblowiny / od hebla ſtrużyny. Ramentum *ligni dum runcina politur. Columella ramenta vocat, quæ terebra facit, vicina ſignificatione.* Ramentorum crines, *Plin.* Abies ramentorum crinibus pampinato orbe ſe voluens ad incitatos runcinarum raptus. τὸ ξίσμα. vide Strużyná.

Heblnie / Runcino, *Varr. à* ῥυκάνη. *Scalig. Runcinâ polio, Turneb.* ξέω, ξύω. vide Oćioſáć.

Hecél / kátowczyk. *Carnificis famulus vel adiutor.* ὁ τῦ ἀνδράγχου συνεργός. κυνοκτόν@. *i. Canicida, in Titul. Iuris Polonici.*

Hektyka / vide Goraczká vſtáwna 1.

Hektyk, ὁ ἑκτικός, χελικός. *Hecticus, Hermol.*

Helm / vide Szyſzak.

Herb / Inſigne, *neut. ſubſt.* Inſignia imperij, *Saluſt.* Mutemus clypeos Danaumque inſignia nobis aptemus, *Virgil. Sic à Cicer. Tacit. Bud. ſæpiùs vſurpatur.* τὸ γνώρισμα. τὰ κόσμια στρατηγικὰ, σύμβολον. Symbolum, *Plin.* Signum, *Cicer.* Quæſiui cognoſceretne ſignum? annuit. eſt verò inquam notum ſignum imago aui tui. ἡ σημαία, ἡ σημασία. τὸ ἐπίσημον, παράσημον. *Noſtrates Nobiles maiorum imagines ſculptas aut pictas habent in palatijs, aulis, templis, & hæ ſtemmata propriè dici deberent, non verò illa ſigna quæ ſigillis imprimuntur (* Herby *nobis dicta) quamuis Romani imagines maiorum etiam in ſigillis ſculpebant, vt patet ex Cicer. exemplo ſuprà poſito.* vide Obrázy przodkow.

Herb ná domié / iáko Kryſztopor / Bárány / &c. w Krákowié / ábo ná páńſkich domách inſze. Signum, *Quint.* Scutum ſigni gratia politum. *(in quo erat pictus gallus gallinaceus deformis)* τὸ σημεῖον.

Herb ſygnetowy / Apoſphragiſma, *n. Plin. iun.* Signaui annulo meo, cuius Apoſphragiſma eſt quadriga. τὸ ἀποσφράγισμα. Signum, *Cicer. ſuprà.* τὸ σῆμα.

Herbarz kśięgá / vide Zielnik 2.

Herbowy / herbowny / tégoż herbu. Gentilis, *Cicer. Feſt. Sueton.* Gentilitius, *Cicer. Liu.* ὁ φυλετικὸς, σύσσημ@, ὁμόσημ@.

Herétyk / vide Kácerz. **Herézya** / vide Kácerſtwo.

Herkulea śiéle / vide Pának.

Herold / vide Poſeł do nieprzyiaćiela o pokóy.

Heroldſki / Fecialis, *adiectiu.* Feciale ius. *Cicer.* ὁ φετιάλι@. *Orthographiam & quantitatem huius vocis vide* Poſeł o pokoy.

Herſt / wódz / głowá / *tr.* złych ludźi ábo ſpráwy złey. Dux & princeps ſicariorum: dux & ſignifer calamitoſorum: Princeps maleficij: Architectus ſceleris. *Cic.* ὁ ἀρχέκακος, ὁ κακουργήματος ἀρχηγὸς, κακομήχαν@, πανοῦργος. Procer inter paſtores, *Capitolin.* Anteſignanus ſeditioſorum, *Ammian.* ὁ πρωταγωνιστής. *Et* πρωταγωνιστέω. herſtuię / rey wiodę. *Primas ago.* ὁ κορυφαῖ@, Coryphaeus, *Cicer.* Caput, *tr. Terent.* Te eſſe huic rei caput.

Herwéget / *Supellex mariti apud I. C.* v. Kynſztunek.

Hetman / *abſolutè.* Hetman wielki / *Polonis.* Imperator, *Cicer.* Solent hoc boni imperatores facere, vt, &c. Summus imperator: Imperator caſtrorum: Imperator & adminiſtrator belli gerendi: Ductor, *Cicer.* Rector exercituum, *Sueton.* Rector militiæ; Rector militum. Rector armaturarum, *Ammian.* Rector ducum, *Senec. in Agamem.* Strategus, *Plaut.* ὁ στρατηγὸς, στρατάρχης, ἀρχιστράτηγ@, στρατηλάτης, ἡγέτωρ, ἡγητὴρ, ὁ ἡγεμὼν, ὄν@. ταγὸς, πολέμαρχ@. *Polemarchus, Bud. Lar, Auſonis, Turneb. Supremus dux exercituum regni: Imperator exercitus regni. Supremus exercitus Capitaneus, Cromer.* Magiſter militiæ, *Virgil. Silius.* Prætor, *Varr. Liui.*

Hetman wóyſká wodnego / vide Amiral 1.

Hetmánow namieſtnik / Podhetmáni / v nas Polny Hetman. Legatus imperatoris, *Liu. Cæſ. Bud.* Magiſter equitum, *Varr. Cicer. Liu.* ὁ ἱππάρχης, ὁ ἵππαρχ@. Campi-ductor *vel Campiductor, Cromero, quæ vox Lamprid. Ammiano & Vegetio ſignificat.* ὁπλοδιδάσκαλον. *i. magiſtrum artis militaris, vt interpretatur Steuch. & Caſaub. Cromerus vocat Vicarium ſupremi ducis. Capitaneum campeſtrem.* ὁ ὑποστράτηγος, ἀντιστράτηγ@. πρεσβευτής. *At* ἐπιστολεύς. *Vicarius nauarchi.* Vicem agens rectoris armaturarum: Secundi loci rector, *Ammian.*

Hetman w mieſtach / kápitan / ábo Cekmiſtrz / ſtárſzy nád ceklarzámi. ὁ ἀλυτάρχης, *u. Præfectus lictorum.* Apparitionis *(i. apparitorum)* magiſter. apparitionis præfectus, *Ammian.* Alytarches, *in Cod. Latrũculator, Alciat.*

Hetmánię / Ducto exercitum, *Saluſt.* Duco agmen, *Cic. Plin.* Duco ordinem vel ordines, *Cicer. Quintil.* Rem bellicam adminiſtro, *Cicer.* Ducatum rego, *Spartian. Ammianus.* ἡγεμονεύω τῦ στόλυ. ἡγέομαι πεζῶν τῦ στρατεύματος. στρατηγέω. Duco exercitum, *Quintil.* ἱππαρχέω. *Ducto equites.* πρεσβεύω. *Sum legatus in exercitu.*

Hetmánienie / Ductus, *m. Plau. Cicer.* ¶ Ductu Fabij nihil actum, *Liu.* ¶ Auſpicio meo, tuo, alterius, *Plau. Liu. Virg.* Imperium, *Plaut.* Ductu, auſpicio, imperio meo geſſi. *&c.* Ducatus, *Sueton. in Tiberio.* Experientiſsimus in ducatu. *Vſurpat & Capitolin. ἡ ἄγησις. τὸ ἥγημα.*

Hetmáńſki / Imperatorius, *Cic.* Imperatoria laus, donatio. Imperialis, *Iul. Capitol. paulò aliter.* Imperium & omnia imperialia ſic horruit. Prætoritius, *Mart.* Prætorianus, *Plin.* Prætoria nauis, *Liu.* Prætoria porta, *Feſto. quâ exercitus educebatur in bellum à Pratore.* Ducalis tunica, *Flau. Vopiſ. ὁ πολεμάρχειος, ἡγεμονικὸς, στρατηγικὸς, ἡ στρατηγὶς ναῦς, Imperatoria nauis. τὸ στρατήγιον. Habitatio Imperatoris.*

Hetmáńſtwo / vrząd hetmáńſki. Imperium, *Cic.* Demus imperium Cæſari, *i. poteſtatem cogendi exercitum, & belli gerendi. Valtrin. ἡ ἡγητορία, ἡγεμονὴ, ἡγεμονία, στρατηγία.* Ars imperatoria, *Quint. ἡ στρατηγική.* Ducatus, *m. Sueton. Ammian.* Strategia, *Plin. ἡ στρατηγία, Polemarchia, Bud. ἡ πολεμαρχία.* Magiſterium militiæ, *Ammianus. ἡ ἱππαρχία. Equitum præfectura. ἡ ναυαρχία. præfectura nauium aut claſsium.*

Hewar do czerpánia winá z kufy. Simpo, *onis. è Græco. ὁ σίφων, ωνος. Ioſ. Scalig. vnde Simpulum diminutiuum, & guſtatorium. Meratia. Idem Scalig. ex veter. Gloſſar. τὸ γευστήριον. Idem vocat* Siphonem, *è Lucilio. cuius verba legit apud Ciceronem 2. de Fin.* Hic ſiphon cui nihil demplit, *quam vocem etiam agnoſcit apud Lucil. Franc. Iunius. & Douza F. v. etiam* **Trećionká.** Diabetes, *m. tertiæ. Colu. ὁ διαβήτης, ου. ἡ γευστὶς, ίδος. τὸ γευστήριον. Huic inſtrumento ſimile eſt aliud chirurgicum quo vrina extrahitur. ὁ καθετὴρ, & σίφων Græcis.* Ænea fiſtula, *Celſo. σιφωνίζω, ἐκσιφωνίζω. i. Siphone extraho, exhaurio vinum.*

Hey / **héy dyß.** Euax, *Plaut. Varr.* Euge, *Plaut. Terent. εὖγε.* Euohe, *Ouid.* Euœ, *Catul.* Io, *Plaut. ἰώ.*

Hey tyß / Heus tu: heus euocare, *plurali numero. Cicer. Ter. ὦ οὗτος.*

Heynał. v. **Eynał.**

Hidzę ſię czym. v. **Brzydzę ſię.**

Hidzę co komu / Faſtidium alicuius rei facio, *Linius, Macrob.* Facio tædium alicuius rei, *Liu. ἀνορεξίαν τινὸς τινὶ ἐμποιῶ: ἀνορεξίαν ἔχειν τινὰ ποιῶ.* Adduco aliquid in faſtidium, *Plin.* Faſtidium alicui creo, gigno. *Idem.* Faſtidium alicui moueo, *Iuuenal.* Faſtidium alicui affero, *Cic.* Faſtidium ſtomacho moueo, *Horat.*

Hidzę kogo / Facio alicui inuidiam, *Liu. Quintil. Ouid.* Traho aliquem in inuidiam, *Ad Herenn.* In commune orbis odium vocare aliquem, *Cicer.* Ad inuidiam vti nomine alicuius. *Idem.* Inuidiam in aliquem vertere, *Quint.* Ad inuidiam verto aliquid, *Tacitus.* Concito inuidiam in aliquem, *Cic. ἀπεχθαίρω, ἀποστρέφω τινά τινος.* Malam gratiam mihi cum illo facit, *Sen.* **Pſuie mie v niégo.**

Hidzenie / v. **Brzydzenie.**

Hiácynt kwiát / v. **Márcowy kwiát.**

Hipokras / v. **Wino przyprawne 1.**

Hiſtorya / **Hiſtoryk** / **abo Iſtoryk iáko poſpolićie wymawiá Polak te ſłowá** / v. **Spráwa 2. Dźieiopis.**

Hołd / Stipendium, *Liu.* Pacem petentibus ſtipendium imponere. ¶ *Cicer.* Vectigal: & ſtipendiarium vectigal: *Penſitatio ſtipendij, I. C. ὁ δασμὸς, φόρος, ἡ ἀποφορὰ, ὑποτέλεια.*

Hołdownik co hołduie komu / Stipendiarius alicuius, *Cic.* Tributarius alicuius, *Iuſtinus.* Vectigalis homo, *Cic. ὁ δασμοφόρος. ὃς ἦ ὑποτελὴς, ἴος. ὁ ὑποκείμενος πόλει.*

Hołdowny / Stipendiarius: ſtipendiaria ciuitas, *Cæſar. Plinius.* Tributaria ciuitas Medorum, *Iuſt.* Vectigalis prouincia, ciuitas. *Cic.* Stipendiale fœdus: *Sidon. ὁ ὑποτελῶν ὤνος. φορολόγητος.*

Hołduię komu / Vectigal penſito, *Cic.* Stipendiarius alicuius ſum, *ex Cic. Cæſ. Plin. δασμοφορέω, δασμολογέομαι: ὑποτελέω: συντάξεις ἢ φόρους ὑποτελῶ. Aliud eſt* **Zhołdowáć.** v. **Podbijam pod moc.**

Hordá Tátárſka / *Cœtus, ciuitas, Reſpubl. Prouincia Tartarorum. ὁ δῆμος Σκυθῶν. Sunt autem non pauca ab inuicem non modò nomine (quod plerunque à ciuitate aliqua, vel prouincia aut loco petitum eſt) ſed etiam imperio ac gubernatione diſtincta, ſiquidem ſingula duces proprios habent. Delrius in Diſquiſ. Magic. Hordas Cingarorum voce barbara vocat. lege, ſi voles plurima de hac re apud Guagninum.*

Hordá / v. **Gromádá ludźi** / **Orßak.**

Hordowiá / **ićle.** Viburnum, *Virg. Matth. Vrſin.* Spiræon, *Plin. Matth. ἡ σπειραία.*

Hoſtya niépoświecona / *idem quod* **Opłátek** / *Vel, orbiculus inde exciſus. Hoſtia vulgò Eccleſiaſticis dicitur, ſignificatione noua: nam Latinis hoſtia aliud eſt,* vide **Ofiárá Pogáńſka.** *ἡ προσφορὰ, ἀναφορά. Orbiculus panis conſecrandi. τὸ ἀντίτυπον τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ. Baſil.*

Hoſtya poświecona / *Hoſtia ſacra. Similiter nouo ſenſu. nam apud Latinos id erat, quod in Veteri Lege pecus.* vide **Ofiárá 2.** *ἡ ἀναφορὰ ἡγιασμένη. Sacramentum altaris. ἡ σεβαστὴ εὐχαριστία. τὸ μυστήριον ἁγίας τραπέζης. Myſterium ſacræ menſæ. ὁ ἄρτος ἐκ οὐρανοῦ καταβάς: Ioan. 6. Panis qui de cælo deſcendit. τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. 1. Cor. 11. Corpus Domini,* **Ciáło Páńſkie** / *Sanctificum cruſtulum. Bud. Sacrata Ceres P. Sacra dona frugis.*

Hoynároſtká / v. **Rutá górna.**

Hoynie / **ſzczodrze** / **doſtátnie.** Ampliter facio ſumptum, *Cic. Plaut.* Ampliter acceptus, *Plaut.* Ampliſſimè dati militibus agri, *Cic.* Abundè promittere, *Lucr.* Genialiter agere feſtum, *Ouid.* Affatim iiſdem & homines veſcuntur, *Cic. ἀφθόνως. ἅδην, ἄδδην.* Cumulatè explere: Cumulatiſſimè gratiam referre, Accumulatiſſimè polliceri, *Cic. ἀθρόως, σωρηδόν. Dapſiliter amicos alit,* Naui. Rectè & dapſilè conuiuari, *Suet. Dapaticè acceptus, Feſtus. δαψιλῶς.* Eleganter acceptus eſt: Magnificè & ſplendidè ornare conuiuium. *μεγάλως, λαμπρῶς, ἐνδόξως.* Effuſè: largè effuſeque donare, *Cic. ἐκκεχυμένως.* Largiter auferre, *Horat.* Liberaliter viuere: lautè diuerſari, *Cic. πολυτελῶς.* Perliberaliter, *Cic. Largitèr, Afrani.* Paſcuè, *Apulei, de cœna.* Rectè viuere, *Senec. i. lautè.* Liberaliſſimè & accumulatiſſimè polliceri, *Cic. ἐκτενῶς.* Lepidè accipiemur, *Plaut.* Locupletiſſimè muneratus, *Spart.* Locupletiſſimè dotare, *Sext. Aurel. Vict.* Abundantiſſimè cœnam præbebat, *Suet.* Opiparè apparatum conuiuium, *Cic.* Opimè & opiparè inſtructa domus, *Plaut.* Munificè prædam largiri, *Liu. μεγαλοπρεπῶς. ἀμφοῖν χεροῖν, Plato.* Vtrâque manu. Soluto ſinu, *Sen. Buda. χυδήν.* Prolixè aliquem accipere: accipit nemo prolixius, *Ter.* Prolixè promittere: prolixè cumulatèque facere. Pleno modio verborum honorem, inuitationem &c. *Cic.* Benignè præbere, *Terent. Don. Plin.* Benigniſſimè communicare, *Cic. ἀφθόνως.* Ple-

nâ manu

na manu, *Cic. Sen.* *Pollucibiliter obſonare. Pollucè prodigum eſſe in aliquem.* Nitidiuſculè, *Plaut.* Szczodrobliwiè / *virtutis eſt*: hoyniè / *indifferens*.

Hoynoſć w czeſtowániu / Apparatus epularum, *Cicer.* ἡ πολυτέλεια. Magnificentia ſumptuum. δαψίλεια. *At* Szczodrobliwoſć w dawániu.

Hoyny w czeſtowániu / Dapſilis, (*è Græco non à dape*) *Plaut. Colu.* ὁ, ἡ δαψιλής, έος. Lauta cœna, *Teren. Plin. iun.* Magnifica & lauta cœna, *Cic.* Opulentum prandiũ *Plaut.* Sumptuoſa cœna, *Cic. Catul.* Sumptuoſa conuiuia, *Martial.* Prælautus, *Sueton.* Liberales epulæ, *Tacit.* *Pollucibilis cœna, Macrob. Adipalis cœna, Eraſ. Cognat. Iunius. Hermol. ex Cicer. vbi alij adipatũ legunt non adipale. Adipoſus, Hermol. Iun.* Cerealis cœna, *Plau. i. opima, lauta, Turneb. Cerda.* Dapatilis, *Varr. 6. l. 1.* Omnia dapatilia comiſſe, *pro comeſſe. ſic legit Scalig. pro omina adpatula. Largificus, Lucret. P.* Rectus apparatus, *Senec.* *Dapaticus, Feſt.* ὁ δαπανηρός, εὐδάπανος, πολυτελής, έος. Opiparus, *Plaut.* Opſonium opiparum, *&* Opiparis piſcatus, *Apul. per tertiam Beroald.* Opiperus *ſcribit Scalig.* Opiperatus, *Petron.* Dapalis cœna, *Titin. Varro.*

Hrobiá / vide Grob.

Hu / *Interiectio.* Euax, *Plaut. Euax, ait Varro, nihil ſignificat, ſed effutitium naturaliter eſt verbum.* Euoe, *Virgil. Ouid.* εὐοῖ. *non Euohe, ſed Euoe, imo Euæ ſine dialyſi cenſent ſcribendum, Cerda in 7. Æneid. vbi etiam voce bacchantium Eua, ad ſerpentem, & voce Heua ad ſerpentem ſeminam alluſum apud veteres obſeruat ex SS. patribus.* ἰοῦ· αἰβοῖ, *Ariſtophan.* Io, *Ouid.* ἰώ. *Græcis.*

Hu / ſowi głos. Tu, tu, *Plaut. in Menæch.* Egon' dedi? *Penici.* ℣ Tu, tu iſtic inquam. Vin afferri noctuam quæ *Tu Tu* vſq; dicat tibi? nam nos iam defeſſi ſumus. τὺ, τύ. *Apud Auſonium eſt verſus de* V. Cecropiis ignota ſonis ferale ſonans V.

Hucze / krzyczę. ἰυάζω. *Euoe inclamo.* εὐοῖ φθέγγομαι. *voce bacchantum ſono, Ouid.* Bacchor, *aris. Cicer. Terent.* ἰακχάω, ῶ. vide Wykrzykam. (*ignis.*

Huczy ogień / iáko w hucie. βρέμει, βρομέει τὸ πῦρ, fremit

Huczy ſowá / huka puhácz. Cucubat noctua, *Au. Philom.* Gemit bubo, *Senec. in Hercul. Fure. &c.* *Bubulo, A. Philom. bubulat bubo. Bubilat, legit A. Schott.* βύζω, βύαζω. Lugere, *aliquæ aues dicuntur, Sipont. Scaliger.*

Huf / huſiec pieſzych / vide Rotá żołnierzow pieſzych.

Hufcámi / vide Rotámi.

Huk / hukánie. *Clamor pugnantium, bacchantium. Fremitus, ſonitus, incendij, fluctuum maris.* ὁ βρόμος, τὸ βακχικὸν ἐπίφθεγμα.

Hukam / vide Hucze.

Hultay / tułay / tułacz / łóżny człek / ſubrówiec / łążeká. Vagus, *Cicer. Ouid.* Erro, *onis. m. Horat. Ouid.* Erroneus, *Vlpi.* Erraticus homo, *Gelli.* ὁ πλανήτης. *u.* δραπέτης. ὁ ἀλήτης, ἄοικος, *u.* Ignobilis, *Plaut.* Vapulabis ni hinc abis ignobilis, *i. ignotus ſine nomine, Lambin. Sine re, ſine ſede, ſine lare, ſine legibus. Errabundus, vagabundus, Bud.* Lixabundus, *Plaut. apud Sipont.*, qui famam tuam lixabundus & nomen fœdas, *i. viliſſima miniſteria obeundo, exiguæ mercedis cauſa, Sipont. quaſi à lixa vel potius lixor.* hultayſtwem ſię báwię. Nacca *vel* nacta, *Perſi. Caſaub. Lambin.* Homo de via, *ſic Catul.* Mulier de via. Puer è triuijs, *Tibull.* ὁ ἀδέσποτος, *ſine hero.* Circumcelliones, *Feſtus vocat, quòd circa cellas vagarentur.* Canalicolas *idem appellat quòd ad canales reſiderent, & Sipont.* Obſeſſor fori, *Plaut. qui toto die otioſus in foro ſedet.* ὁ ἀγοραῖος. vide Biegun.

Hultáyſtwo / vide Chałáſtrá.

Humerał kopłáńſki. τὸ ὠμοφόριον. *Codin. Humerale, Hildeberto. at Paul. I. C. inter militaria veſtimenta ponit.* Capital, *neut. Var. Linteum quo in ſacris vtebantur. Feſt. Bayſ.*

Humor czyy / *vt*, znam ia iego humor. *Polonicè* Smák *tr.* Stomachus, *tr. Cicer.* Palatum, *tr.* Gula, *tr. Mart.* ὁ νοῦς. vide Myſl / Wolá.

Hup / *Interiectio qua vtitur, qui foſſam aut aliquid ſimile tranſilijt feliciter, vnde prouerbium.* Nie mow hup aż przeſkoczyſz. *v. Tomo 3. hic aliquam exultantis vocem ponere licet.* Euax *vel* Euoe. *nam propriè reſpondentem non inuenio.* εὖγε.

Hurmem / Effusè fugere: effusè inuehentem ſe hoſtem: effuſiſſimis habenis inuadere hoſtem, *Liu.* Profusè tendentibus in caſtra, *Liu. pro ſyllaba anceps.* Cateruatim, *Virg.* Vndatim coëunte plebe. Effuſoriè digreſſi. Agminatim petunt piſces locum aliquem, *Ammian.* Agmine ingreſſi per mediam concionem, *Liu.* ἰλαδὸν, ὁμιλαδὸν, ὁμιληδὸν. vide Tłumem.

Huſarz / v. Kopiynik 1. vide *etiam* Żołnierz przedni.

Hutá ſkláná / *Officina vitriarij.* τὸ ὑελουργεῖον.

Hutarz / hutnik. Vitriarius, *Senec.* ὁ ὑελουργός, ῦ. ὑαλέψης, ὑαλοτέχνης, ῦ.

Huzicá / vide Guziec.

I.

I Vel i *Coniunctio. nam cur y ſcribendum ſit non video.* Et, *Cic.* Ægritudine & iracundia vacare. Et, *repetitum, Cicer.* Quorum pater & ſæpè aliâs & maximè cenſor ſaluti Reipub. fuit. Ac, *Cic.* Si illa lex eſt, ac non vox ſceleris: Frigore & fame & ſiti ac vigilijs. καὶ *ſimplex & repetitum.* Que, *ad finem dictionis additum. vt*: Rudis eſt neſcitque, *Plaut. Græcis* τε, *vt* ἀμαθής ἐστ' ἀγνοεῖ τε. *geminatur etiam,* ἀγαθός τε σοφός τε. *Vtraque particula,* que, &, *ſimul iungitur aliquando, Cic.* Aperteque & clara voce dicere. *Græcè* τε καὶ, *vt* ἀναφανδόν τε καὶ. Vel, *Cic.* Quod te tantùm amet, vt vel me audeat prouocare. Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam, *Virg.* Vel rex ſemper maximas mihi agebat, *Terent.* Itemque, *Cicer.* Solis defectiones itemque lunæ. Item, *Cic.* Quærunt ex me credo, ex hoc item Scæuola. Et autem, *Plaut.* Tres ſimitu res agendæ ſunt, & currendum & pugnandum, & autem iurgandum eſt in via. I ieſzcze ſię ſwárzyć. Atque, *Cicer.* In grauiſſimo atque acerbiſſimo Reipub. caſu. Quâ, *Plaut.* Rapiunt quâ ſacrum, quâ publicum *ſic & Cicer.* Quoque, *Quintil.* Perdidiſſet fidem quoque. Nec non, Nec non &, *Virg. Suet.* Nec non etiam, *Sueton.*

I co zá tym idźie / Et cætera, *Cicer.* Manus, pedes, crura, & cætera. Et cætera generis eiuſdem. Deinde quæ aſſolent, *pro, & cætera. Cicer. vbi citauit teſtamentum.* Is mihi heres eſto, *ſubdit* deinde quæ aſſolent. ❘ Et alia huius notæ, *Senec.* Alia eius generis, *Plin.* Reliqua eiuſmodi: & quæ ſequuntur. Paupertatem, ignominiam, ſimilia horum. Itemque cæteri, vel cætera, *Cic.* καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τὰ λοιπά. Multaque præterea, *Lucret.* Cæteraque alia. Et alia cætera, *Arnob.*

I ia błazen / i ia głupi wierzyć / &c. *Me ineptum & ſtupidum qui credidi: qui paſſus ſum mihi perſuaderi! Plautus dicit:*

dicit. Adeón' me fuiſſe fungum, vt qui illi crederem! *Idem.* Súmne ego homo minimi pretij, qui illi habuerim fidem? *Idem.* Sceleſtum me adeò, qui non circumſpexi centies! *Idem.* Súmne ego ſceleſtus, qui illum excepi! *Noſtri dicunt:* I ia niécnotá! *Plaut.* Quid mihi ſceleſto fuit tui auſcultatio! *φεῦ με ἀτάσθαλον τὸν ἀκούσαντά σε! φεῦ τί ἐποίησα ἀνόητος ἀκούσας, vel ἀκούων σε!* Damno me ſtultitiæ, *Lucret.*

I owßém / Quin etiam, *Cic.* Quin immò, *Plaut. Plin.* Quin potiùs, *Plaut. Terent.* Immò, *Cicer.* Cauſa non eſt bona? immò optima, *Terent.* Cum prima luce ibo; immò de nocte cenſeo. Immò enimuerò: immò verò, *Terent.* Immò etiam. *Cicer.* Atque adeò, *Cic.* Ducem illum, *&c.* intra mœnia atque adeò in Senatu videtis. *καὶ μήν, μᾶλλον δὲ, μᾶλλον μὲν οὖν. μὲν οὖν γε. μέν τοι. In his exemplis* I owßém / *eſt ferè aduerſatiua vel correctiua particula. aliquando autem vox Polonica ſimplicem affirmationem vel approbationem ſignificat, vt,* Bárzo dobrzé.

I pieniąßkabym zá to nié dał. *Ne nummum quidem impenderim. Ne teruncio quidem id æſtimo. Vilius id mihi eſt, quàm vt obolum ob id perdere velim. μηδὲ κερμάτιον τῶν ἀργυρίων. Tale eſt illud Plauti, licet non ad pretium, ſed ad tempus relatum:* Triduum vnum ſeruire nunquam te, quin liber ſis, ſinam. I trzech dni ćie nié bedę zá niéwolniká trzymał. vnum *vox, emphaſim habet.* vide Fráßká 1.

I po nodzebym ſie tám nié wroćił / *Ne ſi pedem quidem iſtic reliquiſſem, redire eodem vellem. μηδὲ τὸν πόδα ἐκεῖ καταλείψας, ἀναστρέψαιμι ἄν. Nihil mihi tanti eſt, vt ob id redire illuc in animum inducam. Nulla res tanta eſt, quæ me eò reuerti cogat, quæ me rurſus eò pelliciat. Nihil tanti æſtimo, cuius gratia redeundum eſſe mihi illò exiſtimem. Quouis commodo vel lucro propoſito, locum illum repetere nollem. Non eſt mihi tanti centum aureos lucrari, vt domum illam odioſam reuiſam. Eſt mihi tanti damnum quoduis pati, dummodo hominem illum inhumanum non videam, vel dummodo moleſtijs, quas iſtic ſenſi, caream. οὐδαμῶς ἐκεῖσε νοστεῖν βουλοίμην ἄν, κἂν πόδα λελοιπώς.*

I śmiałeś tám śiedźieć? *Téne iſtic ſedere auſum?* I śmiałżebym toba kłámáć? *Egóne vt aduerſum te mentiar, ſ. induci poſſum.* I takżé to ma być? *Haccine fieri? Haccine flagitia fieri?* I takżé mie to ſkánnié? *Méne ita ab illo tractari? ſ. feram?* I mámżé ia to mimo śie puśćić? *Méne hoc inultum pati?* I ná ćiéß to przyßło? *Tibine hæc contigiſſe &c. Sic loquuntur, Plaut. Terent. Cicer. Virgil. In quibus locutionibus ſubaudiendum eſt commodum aliquod vocabulum: vt par, æquum, credibile, verum eſt, oportet, credat, putet aliquis &c. Virgil.* Méne incepto deſiſtere victam? *ſ. æquum eſt. Græci ſimiliter loquuntur, Ariſtophan. τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾶν ὑμᾶς; Audere vero vos contradicere! Interrogationis notam hic plerique ponunt, ſed magis admiratio in quibuſdam apparet.*

I tákći dobrzé / *Ne ſic quidem malè eſt. Et id placet. Hoc quoque modo rectè, benè, probè factum eſt, fit, vel fiet. μηδὲ τοῦτο κακόν ἐστι. μηδὲ τοῦτο κακῶς ἔχει. καὶ τοῦτο ἀρέσκει.*

I tákći zginął / vmárł. *Et ille quidem ſic perijt. Atque adeò ita mortuum eſt. Et hic quidem finis eius fuit. Sic ſanè ille interijt. καὶ οὗτος μὲν ἀπώλετο.*

I tákći / rozmáićié. 1. Day mi pokoy i tákći źlé. *Satis malè mihi eſt, ne tu præterea ſis mihi moleſtus. Ne addas ægritudinem, vltrò ſatis malè animo eſt. Omitte me, nam abſque tua importunitate ſatis ægrè mihi eſt. καὶ ἄνευ σοῦ ἐπαχθής ... κακοπαθῶ.* 2. Nié piy / i tákeś iuż ſobie podpił. *Abſtine potu, ſiquidem iam ſatis probè appotus es. καὶ νῦν ἡμιμέθυσος εἶ.* 3. Zámkni i tákći nié wiéle ćiepłá. *Claude ianuam, nam & ſic parùm calemus: nam ne nunc quidem nimiùm calemus. Vſurpatur & Ironicè.* I tákći dobry że go chwaliß / *vel* Chwal go i tákći pilny / *Laudato hunc ſanè, diligens videlicet admodum eſt. Abſque Ironia.* Nié chwal go i tákći niédbały. *Ne laudibus tuis reddas deſidiorem, ſatis per ſe deſidioſus eſt. Tantopere illum laudas, ac ſi laudatiſſimus & non ſegniſſimus eſſet. Laudibus tuis illum ſegnem efficis, quaſi non vltrò ipſe ſit ſegniſſimus. παῦε τοῦ ἐπαινεῖν, ἄλλως αὐτόματος ῥᾴθυμός ἐστι.*

I tám i ſám / vide Tám i ſám.

I to. Et quidem, *Cicer.* Poſt ſolſtitium canicula exoritur, & quidem aliquot diebus. *καὶ τοῦτο, καὶ ταῦτα.* Et id, & ipſum: idque, atque id: atque hoc, *Cicer.* *τοῦτό τε.*

I to biedá / vide Co zá niéßczęśćie.

I to foremna / śmießna. Vt iſtuc eſt lepidum! Scitum eſt iſtuc. Facetias feciſti, *Plaut.* *εὐτράπελον, γελοιότατον τοῦτό γ' ἐστι. ἀστείως λεχθὲν ἢ πραχθέν.*

I to i owo. *Et hoc & illud. καὶ τοῦτο, καὶ ἐκεῖνο.* Aliam rem ex alia cœpi cogitare, *Teren.* *Aliter,* Mowił to i owo / *i.* Kádá co / co mu śie tráfiło. *Item.* I to i owo tám naydźieß / *i.* wßyſtko / ábo wiéle rzéczy rozmáitych.

I to ſpráwá / rozum / rząd! *Ironicè.* Iſtuc eſt ſapere. Iſtuc eſt bene agere! Hos vide vt ſapiunt! En prudentiam. Hinc tu exempla prudentiæ cape. Ab his tu diſcas.

I tylká nié dam / nié dał / *&c.* Iſtoc vilius, *Terent. i. nihil minùs. Negatio eſt δεικτική, inquit Donat. oſtendentis floccum, cum ἐπιρρίψει. non dabo quicquam οὐδ' ὅσον.* vide Bynamniey / Nic 1.

Ia / Ego, *Cicer. Terent.* *ἐγώ.* Me, *Parelcon apud Plaut.* Me ſcire id velim. Certum eſt hinc me exulatum ire. vt vereor me iſtoc ornatu incedere. Nos, *pro* ego, *Cicer. Item prima perſona de ſe loquens, ſe nominat in tertia perſona, Plaut. in Rudente.* Minimè iſtuc faciet noſter Dæmones, *i. ego. nam Dæmones loquitur.* Egóne vt quod ad me allatum eſſe alienum ſciam, celem! minimè iſtuc faciet noſter Dæmones.

Ia ſam / Egomet, *Cicer. Terent.* *ἔγωγε, ἐγώ τοι.*

Ia ták rozumiem / Mea ſic eſt ratio & ſic animum induco meum, *Terent.* In hac ſum ſententia. Ego ſic exiſtimo. Hoc primum ſentio, *Cicer.* *ταύτην τὴν γνώμην ἔχω. οὕτω τὴν γνώμην ἔχω.*

Iábłecznik / Vinum è pomis factitium, *Plin. ficticium legit Gelen. ὁ οἶνος μηλίτης. Siceram vocat Iunius, ſed de hac voce, lege* Trunek pijány.

Iábłek przékupień / Pomarius, *Gruter. ex Vet. Inſcript. ὁ ὀπωρώνης, κ. ἐπωρώνιον, ἰων@.*

Iábłko / Malum, *neutr. Virgil. Colu. Plin.* Pomum, *Quint. Virgil. Ouid. Pomum multis fructibus arborum commune eſt vocabulum.* vide Owoc drzéwny. *τὸ μῆλον.*

Iábłko léśne / Arbutum, *Lucret.* Arbuta Pœniceo fieri matura colore. *Lamb. & Giſan. interpretantur, poma rubra ſiluarum eadem quæ vnedones à Plinio vocantur.* vide Niéſplik 2. *τὰ μῆλα ἄγρια.*

Iábłko ſłodkie / Malum muſteum, *Plin.* Melimelum, *Horat. Plin.* *τὸ μελίμηλον.*

Iábłká rychło więdnące / Pannucea *vel* pannucia *mala,* quæ citò in rugas marceſcunt, *Plinius. Turneb. Dalecam.* *τὰ ῥυσαλέα μῆλα.*

Iábłká windyczki / vide Winniczki.

Iábłká Afryckie / Tuberes, *maſc. a tuber, ris. m. Colu. Plin.*

Plin. Martial. Pallad. Sueton. mala ſunt peregrina in Italia & rara, candida & rubra, & prima matureſcunt. Arbor ipſa dicitur etiam Tuber, *ris. fe.*

Iabłká śrzodek ábo komorká w ktorey iadrká. Volua, *Scribon. Iuni. ἡ καρδία, μήτρα. Iunio. Campanile, Iunio. barb.*

Iabłkowity / Scutulatus equus, *Iſidor.* Scutulatus color in equo, *Pallad. Thyleſ. vulgò rotatus, pomulatus, Thyleſ. ſed non Latinè. ὁ, ἡ μηλοειδής. malo ſimilis. μήλωψ, οπος.* Melites, *a. Plini. gemma colore malum referens. ὁ μηλίτης.*

Iabłoń / Malus, *fe. Plin. ἡ μηλέα.* Pomus, *fe. Plinius. Tibul. ἡ μηλίς, ίδος.*

Iábłonki źiele / vide **Szparag.**

Iabłonowy / Malinus, *Colu.* Malinum lignum, *ὁ μήλινος potest dici, licet ea vox colorem mali proprie ſignificet.* Pomarius, *Cato.* Seminarium pomarium. **Iabłonny płonnik.**

Iáchánie / Profectio, *Cicer. ἡ πορεία. ὁδεία.* v. **Iázdá.**

Iácynt kámień / Hyacinthus, *Plin. gemma purpurea roſeo & violaceo fulgore diluta. ὁ ὑάκινθος. hyacinthi floris colorem habens.*

Iácy / vide **Tylko.**

Iad / Venenum, *Cicer.* Serpens imprimit venenum alicui. Tabes mortifera, *Ouid.* Sagitta tincta tabe mortifera. Tabes veneni, *Idem.* Virus, *Cicer. Virgil. neutr. triptoton, primo, quarto & quinto caſu. Lucret. tamen habet viri in 2. caſu, & viro in ſexto. τὸ ἀκόνιτον, τὸ κώνειον, τοξικὸν Dioſcorid. quia ſagittæ eo imbuuntur.* vide **Trucizná.**

Iadac / vide **Idac.**

Iádacy / *ὁ ἐποχος. qui vehitur curru vel equo.* Eques vel vector, *Cicer.*

Iadáiacy co rad / ábo czeſto. *ὁ ἐδεστής. ου. ſubſtantiuum. Comeſtor non habet auctorem ſicut nec* **Iadacz /** *Polonis eſt vſitatum pro eo qui libenter aliquid eſitat.*

Iadam / czeſto iem. Eſito, *Cato.* Lotium conſeruato eius qui braſſicam eſitauerit, *i. ſæpè ederit. σιτίζομαι; συχνὰ φάγω.* Manſito, *à mando, Plautus.*

Iadam co ábo nic / i. rad iem / zwykłem iadác. Eſito, *Gelli.* Pythagoram non eſitauiſſe ex animalibus. *περιφέρομαι ἰχθύας; εἴωθα φάγειν.* In pabulo ſunt ſuibus ſerpentes, *Plin. κατατρώγουσι τοὺς ὄφεις.* vide **Rad co czynię.**

Iadę gdźie / Proficiſcor aliquò, *Plaut. Terent.* Proficiſcor ad domum, ad Catonem, in exilium. Contendo curſum aliquò. Contendo curſum in Ægyptum. Contendo petere Dyrrhachium. Peto Athenas, *Cicer.* Pergo per mare: in Macedoniam, *Cicer.* Pertendo: Romam pertenderunt, *Liu.* Eo, *Cicer.* Iſti & rediſti. *de Antonio, qui non pedibus ibat.* Agere iter, *Plin.* Facio iter, *Cicer.* Facio profectionem, *Cæſ. Caue dicas, Facio viam, quia hoc aliud ſignificat, ſ.* **otwarzam ſobie drogę do kąd / czynię ſobie ábo komu drogę.** *ὁδεύω, ὁδοποιῶ, ὁδὸν ποιῶ. ὁδοιπορέω, πορεύομαι, κελευθείω, χωρέω, ῶ.* vide **Idę.**

Iadę ná koniu / Vehor in equo, *Cicer.* Vehor equo, *Feſt.* Inuehor equo, *Virgil. Liu.* Equito, *Cicer.* Equitor, *apud Plin. Paßiuum ab equito Actiuo. vide infra.* Ingredi iter equo, *Cicer.* Fertur equis auriga, *Virg. ἱππεύω, ἱππάζομαι, ἐποχέομαι ἵππῳ. καβαλλικεύω. Balſamon. Lexic. Cyrill.* Inequito alicui, *Macrob. tranſtulit aliò. Equitat equus, i. ſeſſorem fert, Lucil. Gelli. Macrob. priſcè.*

Iadę ná woźie / wozem. Inuehor curru, *Cicer.* Iter facio vehiculis, *Plin. iun.* Vehi curru quadrigarum, *Cic.* Vehi in curru, *Ouid.* Vehi vehiculo, *Patercul.* Vehi in eſſedo, *Cic.* Ingredior curru, *Ouid. διφρεύω, ὀχέομαι.*

Iádę po wodźie w nawie / łodźi / wiozę śię Eo nauigio. Proficiſcor naui: inuehor flumine, *Cicer.* Venio nauibus, *Liu.* Deferor naui ad littus, *Plin.* Nauiculor in ſtagno, *Mart.* Nauigo: nauigo claſſe: nauigo nauibus, *Cicer.* Remigo Romam, *Liu.* Remigo Antium, *Plinius. Per freta feror, Ouid. Fertur claßis gurgite, Virg.* Curſum teneo vento ſecundiſſimo, *Cicer.* Peto vento vrbem, *Virgil.* Vela facio, do, *Cicer.* Velifico, *Plin. Propert.* Velificor, *Cicer. tranſtulit aliò.* Metior, *tr. Lucil. apud Noni.* Vir mare metitur magnum, *i. tranſmeat, Noni. Poloni quid ſimile habent.* vide **Przémierzam 2.** *ναυστολέω, ναυτίλλομαι, πλέω, ὑπερπεράω, ῶ.* Ratis in immenſo mari vehitur, *Cicer.* Vehor naui, *Lucr.* Nauigo in portu, *Teren. tr.* Nauigo in vndis, *Ouid.* Innare fluuios, *Virg. ἐπινήχομαι, ἐπικυμαίνω. Velis volare, Lucret.*

Iadę ſpołem / Còëquito, *Liu. συνιππεύω τῷ.*

Iadę / wiozę śię przy brzégu / *παραπλέω: παραλέγομαι τὴν ἀκτήν.* Littus lego, *Liu. Virg.*

Iadę / ieżdżę ná kiem / Equitantur cameli in prælio, *Plin.* Inequito Philoſophiæ, *Macrob. ἐνιππεύω, ἐνιππάζομαι τῷ.*

Iadę ná kogo / tr. biię / tr. Inuehor in aliquem aſperè, acerbè, grauiter, vehementer: Contrà aliquem venio, *Cic.* Oppugno aliquem, *Plaut. Cic.* Oppugno aliquem clàm, palam, *Cic. ἀντιμάχομαι τῷ: διαμάχομαι τῷ. & πρὸς τόν.* Infeſtus ſum in aliquem, vel alicui: infeſtus feror in omnes: infeſtis ſignis inferri in hoſtē, *Cic.*

Iadowitość / Acrimonia origani, *Plin. ἡ δριμύτης.* Virus æruginis, *Plin. ὁ ἰὸς. χαλκοῦ.* Acerbitatis virus euomere, *Cic. ἡ πικρότης.* Rabies canis, ferarum, *Virgil. Plin. Hor. ἡ λύσσα. Item v.* **Gniew 1.**

Iadowity / v. **Gniewliwy.** *Item* **Szczypiacy w ięzyk /** *Item* **Kąſáiacy.**

Iadowity / iádem napuſzczony / iad máiacy / Venenatus morſus, *Plin.* Venenoſa vipera, *Cic.* Virulentus ſerpens, *Gell.* Potens animal lethi, genitūq; nocere, *Lucan.* Viroſus, *Seru. ex Virg. nam viroſum caſtoreum alij explicant mali odoris. l* Vitioſus, *Apul. idem Colnio Beroaldo. Veneniſer. Ouid. ὁ, ἡ σκορπιώδης, Venenatus vt ſcorpio. ὁ, ἡ ἰώδης, εος. βρομώδης. ὁ ἰοβόλος.* Medicatus boletus, *Suet.* Medicatum telum, *Sili. ὁ, ἡ φαρμακώδης, εος.*

Iadro / iadrko orzéchowe &c. Nucleus nucis, *Plin. ὁ πυρήν, ῆνος.* Corpus nucis, *Plin. aliquoties vocat. Item ὁ στρόβιλος. & ἡ ὀσπακις. Nucis pineæ nucleus.*

Iadro v zwierząt / Teſtis, *m. Plin.* Dictus ſic quod ſit *τῆς ἀρρενότητος. μάρτυς. i.* Virilitatis teſtis. Teſticulus, *Ad Her. ὁ ὄρχις. τὸ ὀρχείδιον, ὀρχίδιον. (Vnde* Enorchis, *f. Plin. gemma, quæ diuiſa, teſtium figuram repræſentat. ἡ ἔνορχις, ιος.)* Pares, *m. plur. Plin. Scalig. οἱ δίδυμοι. Vnde legitur in Græcorum Poetarum iocis* Didymum tibicinem ſuſpenſum ex nomine. *ὁ ἀχρὶ tr. μέζεα μηδεα generalibus vocabulis. κύαμοι per ſimilitudinem.* Polimenta *ſunt ea, quæ verecundiùs* Proles *dicimus, Arnob. Circumiecta prolibus membranulæ, Idem. Colei. Cicer. Mart.* Lanuuini, Cliternini *à Græco κλιτορίζειν, Cic. lib. 9. Epiſt. ad Pætum.* Vaſa, *Plant. At οἱ κρεμαστῆρες.* Cremaſteres, nerui teſticulorum ex quibus hi pendent, *Columel.*

Iadrko iabłek / gruſzek. *τὸ σπέρμα.* Semina plantarum, *Virg. Colu.* Nucleus pomi, *Plin. ὁ πυρήν.*

Jadrko winney iágody / peſtká/ Vinaceus, *Varro. Colu.* Vinacea, *fe. Colu. Plin.* Vinacium *vel* vinaceum, *Cat. Colu.* Vinacea quæ acinis celantur, *Colu.* Lignum acini, *Plin.* Nucleus acini, *Plin. Colu.* Vua vno minimo nucleo, *Plin.* ὁ πυρήν. Semina vinacea, *Pallad. Iunio.* τὸ γίγαρτον. Granum vuæ, *Pallad.* Vt vuæ ſine granis naſcantur, *Colu.* Vt vuæ ſine vinaceis naſcantur.

Jadrek owocowych ſkórká / Tunica nuclei, *Plin.* τὸ θυλάκιον, ὁ θυλακίσκος. Folliculus, *Colu.*

Jadrek komorká. v. **Jábłká śrzodek.**

Jadrzyſty/ iadr pełny/abo iadr wielkich/ Acinoſus, *Plin.* Vua acinoſa. Nucleatus, *Scribon. Larg.* ὁ, ἡ πυρηνώδης, ῥαγώδης, γιγαρτώδης.

Jágłány/ Miliarius, *Plin.* Miliaria herba, *Varr.* Miliaria auis, ὁ κεγχρεαῖος. Miliacia puls. *Feſto.*

Jágłáſty kámień/ Cenchrites, *a. m. Plin. gemma granis velut milij ſparſa.* ὁ κεγχρίτης, ου.

Jagły/ τὰ κεγχρίδια *Milij grana. Vrſin.*

Jagły wárzone/ iágłána káßé wárzona. ἡ κεγχρίνη, τὸ ἐκ κέγχρου ἕψημα. *puls e milio.*

Jágnie/ iágniątko/ Agnellus, *Plaut.* Agnus ſubrumus, *Varr.* Agnus tener, *Virgil.* Agnus lactens, *Ouid.* Nouella agna, *Ouid.* τὸ μοσχίον. Auilla, *Feſto. Ouis aut agnus recentis partus, quaſi ouilla. Sipont.*

Jagod winnych śmieci/ wytłoczyny/ v. **Wytłoczyny.**

Jágodá małych płonek/ winá/ bzu / káliny/ *&c.* Acinum rugoſum, corrugatum, *Colu. Varro. Noni.* Acinus vinaceus, *Cic. quod dictum Turneb. ait eo modo, quo gallus gallinaceus, nam primum ſufficiebat.* Deacinata dolia, *Cato. i. ab acinis libera, purgata.* Corymbus, hic. *Plin. Virg.* Vua, *Cic. Virgil. Colu. Plin.* Vnam vitem habuiſſe pluſquam duo millia vuarum *ſcribit Colu.* ἡ σταφυλή. ἡ ῥάξ, ῥαγός. τὸ βοτρύδιον. ὁ κόκκος *granum.* Acinus eſt *granum vuæ. Sipont. Sed Pallad. ſuprà aliter vſurpat granum.*

Jágodá winna/ ſpora. Bumaſtos vua, *Colu. Virg. Plin.* Bumamma vua, *Varr.* Bumammia vua, *Macrob.* βούμαστος. βοῦ *in compoſitis auget. & magnum ſonat.* & μαστὸς, *mamma eſt.*

Jágodá drzew/oliwy/ iáłowcu/bobku/*&c.* Bacca, *Cic. Baca ſcribit Lamb. Lexic.* τὸ ἀκρόδρυον. Baccæ rarius per ramos diſperguntur: acini denſius ſtipantur.

Jágodá ná twarzy/ Mala, *Lucr. Cic. Virg.* Genæ, *Plin. Cic.* τὸ μῆλον. *à mali colore vel rotunditate, in ea ſedes pudoris. Gorr.* ὁ γνάθος, ἡ παρειά. *Hippoc.* κύκλος προσώπου.

Jágodá liſtna/ ięzyczkowe ziele / Hypogloſſa, *Plin. lib. 27. c. 11. quia in foliis maioribus, alia parua inſtar linguarum ſubeſt. Eadem* Laurus, taxa, *Plin. Rob. Conſtantin.* τὸ ὑπόγλωσσον. [*Bis lingua, Bonifacia. Officin.*

Jágodá bábia ziele/ Hippogloſſum, ἱππόγλωσσον *Laurus Alexandrina,* & Idea. Hippoglottion. Daphnitis. Carpophyllon. Hypelate. Chamædaphne ſilueſtris, *Plin.*

Jágodá czerwona/ v. **Poziemki.**

Jágodá winna leśna / Taminia vua, *Plin. Feſto. Aſtaphis ſeu* Staphis agria, *Plin.* Amineæ vites, *Virg.* Ammineæ & Tamineæ *aliqui legunt, auſteras explicat* Cerda. *tam miras quam minium Feſt. alij vinum amineum candidum vocant quaſi ſine minio. Cerda.* ἡ σταφύλη ἀγρία, αὐστηρός, ἀμιναῖα.

Jagodká/ Baccula, *Plin. Arnob.* τὸ ῥάγιον.

Jagodny do iagod/ ὁ ῥαγικός. [*Acinalis. H. Steph. qui ad acinos pertinet.* Acinarius *apud Varro. ab acino dicitur.*

Jágodorodny/ Vuifer, *Stat. Sil.* ὁ σταφυλοφόρος. Baccifer, *Plin. Ouid.* [ὁ ἀκροδρυοφόρος.]

Jagodziſty/ rzebiſty / pełny iagod / ὁ, ἡ ῥαγώγης. Acinoſus, *Plin.* Vua acinoſa.

Jáie/ Ouum, *Cic. Plin.* Fetus gallinæ, *Colu.* τὸ ᾠόν, ου. ᾠάριον, & ᾤιον, & ᾤεον. *diminut.* iayko. *Ouum monſtroſum duplici putamine, albugine in vtroque fuſa ex Albert. refert Cælius, R. qui etiam in ouo pulchre quatuor elementa conſiderat, in putamine terram, in albugine aquam, in ſpirituoſa materia aërem, in vitello ignem. Oua rotunda marem, oblonga feminam producunt Cæl. R. ex Ariſtot. Aliter alij ſentiunt. De ouis maximis Struthionum,* vide **Struś cudzoziemſki.**

Jáie / miárká Aptekárſka / τὸ ᾠόν. *Athenæo & Heſych. menſura ouo ſimilis duos cyathos capiens, & ſex oua ſextarium conſtituunt. Villalp.*

Jáie czcze / Ouum hypenemium, *Plin.* τὸ ὑπηνέμιον. Ouum irritum, ouum Zephyrium, quod Zephyro ſtante generatur, *Plin.* τὸ ζεφύριον ᾠόν. *Subuentaneum ouum. Cæl. Rho. quod femina ſine mare parit, quaſi ex vento conceptum. Talia autem ſunt ſterilia, humida magis, & minora cæteris, ſaporiſq́; iniucundi. Plin. & fluitant in aqua, Cæli. Rho. Aliqui hæc vrina vocant, quos reprehendit Iunius.* v. **Jáie záległe.**

Jáie miękkiey ſkorupy / τὸ μαλακόδερμον ᾠόν. *Ouum malacodermum, Cælio Rhod.*

Jáie miękko wárzone/ Ouum molle, *Celſ.* τὸ ᾠὸν ἁπαλόν. Ouũ Hapalum, *Apitio Turneb. Cæl. Rhod. Ouum tremulum, Gorr. Cæl. Rhod. Hermol* τὸ τρομητόν. *Æginet.*

Jáie nie bárzo świeże/nie od kokoßy. Ouum requietum, *Colu.* τὸ ᾠὸν παλαίγονον.

Jáie/ abo iayca ná wode pußczáne/ z włoſkiego Pertuſy zowia / Perdota *barbare Latine* Oua hapala, *Scribon. Larg. Apitius.* τὰ ἁπαλά. *Gabriel Humelburg. Hinc Hapalaria vaſa. Auſoni. his ouis parandis. Turn.* Χυτὰ ᾠά. *Effuſa oua.* **Jáie rzadkie/** Ouum ſorbile, *Celſ. Gor.* τὸ ᾠὸν ῥοφητόν, ᾠὸν ῥοπτόν.

Jáie záległe/ zapárſtek/ Ouum vrinum fit incubatione derelicta; Ouum cynoſurum; Fetus oui corruptus, *Plin.* τὸ ᾠὸν οὔριον, κυνόσουρον, οὔριον. *quaſi excremento vrinæ plenum, Sipontin. Cælius. Rhod.* Pulleſcens ouum, *Colu.* Animatum ouum, *Colu. Plin. Oppoſitum eſt:* Silens ouum, **niezáległe/** *Sic Colu.* Poſt vnum & vigeſimum diem ſilentia oua carent animalibus. Schiſta oua, *Plin. quæ lutea fiunt triduo incubata.*

Jáiecznicá/ Oua fricta *vel* frixa ex oleo, *Plin. nobis autem è butyro.* Farina ouis ſubacta, *Plin.* τὰ ᾠὰ ταγηνιστά. *Vicina ſunt ijs quæ Galeno* πνικτὰ *dicuntur, quaſi præfocata. Cælio Rhod. Huc refer Ogalum ferculum ex ouis & lacte, Cæli. Rhod* τὸ ᾤγαλον. *quaſi* ᾠὸν καὶ γάλα.

Jak/ dziwuiąc ſie/ Vt pudet victos: quàm cupiunt laudari! *Cic.* Vt falſus animi eſt! *Terent.* Quomodo mortem filij tulit! *Cic.* Vt iuuat videre! *Hor.* ὅπως, ὡς, πῶς!

Jákbárzo / Quantoperè, *Cicero.* Quàm, *Idem.* Videte quàm confidat. ἐφ᾽ ὅσον: ὡς ὅπωσγε.

Jak biie tak biie/ *& geminatim.* **Jak biie tak biie / iák biie tak biie /** *Aggreſſus eum fuſte tundebat, mactabat, & propè enecabat. Vbi fugiens collapſus ille in terram eſt; iſte arrepto fuſte illum ferire etiam atque etiam perrexit. Vbi illum aggreſſus eſt cædere, non ante deſiit quàm iram omnem euomuit, quàm libidinem animi ſui expleuit. Vt illum cædere cœpit, cædit vſque & vſque. Sic* **Ják bieży tak bieży/** *Vt ſe in pedes coniecit, properat, accelerat, volat. Item.* **Jak chodzi tak chodzi/** *Poſtquam cœpit ambulare, ambulat vſque, hactenus non deſtitit. Item.* **Jak**

mowi ták mowi/ *Exorſus ante horam ſermonem, loquitur vſq; , continuat hucuſq;.* Item. **Iák dobrze ták dobrze**/ *Bona bonis cumulantur. Alia ex alijs bona ſequuntur. Res vt bene cœpta eſt, pergit benè; eodem modo bene continuatur.* Item. **Iák złe ták złe**/ *Vt ille dolor, morbus me inuaſit, nullum ab eo tempus liberum habeo. vſq; & vſq; ægrè mihi eſt, in dies ſemper deteriùs habeo. Malis mala ſuccedunt, cumulantur. Sic;* **Iák czéka ták czéka/ léży/ śiedźi**/ *Exſpectat, iacet, ſedet vſq; exſpectandi finem non facit &c. Similem ſignificationem habet vox* (**vſtáwicznie**) *ſed energiam harum locutionum non exprimit. Eiuſmodi locutiones nec apud Græcos, nec apud Latinos obſeruaui, poſſunt tamen ſimilibus modis efferri.* ἀρξάμενος πρὸ τῆς ὥρας λέγειν μέχρι τοῦ νῦν λέγει. ὡς συνέβη τ' ἀγαθὰ συνεχῆ εἰσίν. *vt obtigerunt bona continuant. Tale illud in ſacris libris ex Hebræo fonte* ὑπομένων ὑπέμεινα. *Exſpectans exſpectaui,* i. *diu multumq; vel ſtudioſè exſpectaui.* **Iák czékam ták czékam.**

Iákby/ iákoby/ Tanquam neſciamus, *Cic.* Quaſi tu dicas, *Plaut.* Quaſi verò paulùm interſit, *Terent.* Veluti virtute paratum, *Hor.* Ceu, ceu verò, *Plin.* Inſtar deorum Principes, *Tacit.* Ad inſtar ſaxi globoſi volubilis, *Ad Heren.* Quaſi ſi ex ſe nata eſſet, *Plaut.* Quaſi adumbratim videntur, *Lucret.* Fuit olim quaſi ego ſum ſenex & ei filiæ quaſi nunc meæ, *Plaut.* ὡς: ὥσπερ; ὡσεὶ, καθάπερ, ὥσπερ ἂν εἰ. Perinde ac ſi. Perinde quaſi, *Cic.* Vt ſi feram captam duceret, *Æmil. Prob.* ὡς ἔοικε. v. **Rownié ták.**

Iákby go wymálował. v. **Piękny/ Grzéczny.**

Iákby go zimną wodą oblał/ iákby go oparzył. v. **Przélęknąć śię.** *Simile eſt illud Virgilij.* Retroq; pedem cum voce repreſſit. Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens, trepiduſque repente refugit. *& Iuuenal.* Palleat vt nudis preſſit qui calcibus anguem. ὡς ὅτε τίς δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη. *Homer. Dicunt etiam Latini: aſpergere · affundere alicui frigidam.*

Iákby mi kto rzékł/ *Crederes mihi diuinitùs ſuggeſtum. Crederes me cælitùs monitum. Veluti præſagitione quadam diuinitùs mihi iniecta. Viſus mihi ſum à quopiam moneri. Deus vel Angelus hanc mihi mentem videtur inieciſſe vt &c.* ἔδοξεν ἀκούειν τινὸς λέγοντος. *Simile eſt illud,* **Czuło to me ſérce.**

Iákby mu o głowę ßło/ Tanquam ſi famæ diſcrimen agatur aut animæ, *Iuuen.* Vt Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram, *Idem.* Mæſtum eſſe vt quaſi dies ſi dicta ſit, *Plaut.* ὡς δίκην εἰπών: ὥσπερ καταδικάζεσθαι κινδυνεύων. v. **Boiáźliwy** / & **O głowę.**

Iákby mi o żelaznym wilku báiał / iákbym ná Niemiéckim kazániu śiedźiał/ v. **Nie rozumiéć.**

Iákbym śię znowu vrodźił / Duſzá w mię wſtąpiłá/ *idem* **Przyſzedłem k ſobie / ábo vwéſéliłem śię.** Dij immortales! iterum natus ſum ſi vera autumas, *Plaut.* i. *dicis. Nonio interprete.* Iam defæcato ſum animo, *Plaut.* Reſpiraſſe homines videbantur, *Cic.* Cum ex illorum metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet: *Idem.* Recreatus è magno timore eſt, *Idem Cic.* Recipio animum ex pauore, *Liu.* δοκεῖ μοι παλιγγενὴς εἶναι· ὡς παλιγγενεσίας ἔλαχεν. Non ſecus eſt quam ſi ab Acherunte veniam, *Plau.*

Iákby z Bogiem trzéći dźień gádał / v. **Beſſtnié śię.**

Iákby tám chwytáł/ Cztowiéká tám iákby chwytał/ Okropno / ſtráſzno tám *Maximus terror, horror perfundit, occupat domum illam ingreſſos. Maximus timor te in illo antro inuadet, capilli erigentur, ſanguis obrigeſcet, lingua ſtupebit, corpus perhorreſcet: & vndiq; ab vmbris circumuolitantibus te cinctum arbitrabere. Putes te circumueniri & prehendi ab aliquo, tantùm tenebræ & ſolitudo illius loci terrorem incutit. Antrum illud ingreſſus repente ſine vultu, ſine colore, ſine voce, ſine mente perculſus, ſtupens hærebis.* φρικτὸν ἐκεῖσε εἰσελθεῖν. **Strách tám wniść.** *Sic.* **Iák rozbierał śpiéwá.** *Tam iucundus eſt cantus luſciniarum, vt audientes liqueſcere & fluere ſuauitate, voluptate, ſoleant, vel faciat: vt audientium animus, mens, voluptate liqueſcat, diffluat. Luſciniarum cantu plurimum capiuntur & deliniuntur homines. Maxima voluptate & dulcedine ſenſus audientium luſcinias canentes perfunduntur. Plautus dicit:* Differor lætitia, amore. ἥδομαι ἀκοῦσαι. **Miło ſłucháć.** *Sic:* **Iák drápał po ſércu.** *Dum ipſum canentem, puerum increpantem, ſeſe iactatem audio; perinde afficior, atque cùm feruens olla frigida aqua conſpergitur. Ipſo loquente cor dolet · faſtidium, horror, nauſea inuadit. bilem vomere neceſſe eſt. Serra ſtridentis acerbum horrorem & ſtrepitum; anſeres obſtrepentes; ſuum grunnitum quàm ipſum canentem audire præſtet. Ita moleſtus, importunus, inſuauis eſt cantor, lector; vt rudentem aſinum audire malis.* ἀχάριστον φωνὴν ἔχει: κακόηχός ἐστιν ᾄδων: λυπηρόν ἐστιν ἀκοῦσαι αὐτοῦ ψάλλοντος. **Przykro go ſłuchać śpiéwáiącego.** ἠχεῖ ὡς πρίων; ὡς πριόνων τριγμὸς κατηχεῖ.

Iák dawno? Quàm dudum venit? Quàm pridem mortuus parens? *Terent.* Quam pridem hoc retuliſti? *Cic.* ὡς πάλαι πάρει; ποσταῖος πάρει; ὅσον χρόνον ἦλθες: ποσοῦ χρόνου ἦλθες;

Iák drogo/ vide **Zá co?**

Iáko dudy chłop/ v. **Powolny / & Cżáſtoch.**

Iák kokoſz ná iaycách śiedźi/ v. **Siedźiéć nad czym.**

Iák ma być wymowny / mądry. &c. *Eloquentiſſimus quàm qui maximè. Idea eloquentiæ. Alter Demoſthenes. Dicas, putes, voces Tullium. Omnibus numeris abſoluta eſt in illo eloquentia Nihil eſt quod ad perfectam eloquentiam deſideres. Maior, perfectior eloquentia ne fingi quidem, nedum inueniri poteſt · Dici vix poteſt, quàm ſit eloquens. Græci dicunt,* ὡς οἷόν τε: ὡς δυνατὸν βέλτιστος, *quod ſonat* **iák może być.** *quomodo & nos loquimur.* vide **Day go Bogu. Doſkonáły / Bárzo dobrze / Wyborny.**

Iák máło! Quantillum argenti! *Plaut.* Quantulum id eſt! *Cicer.* θαυμαστὸν ἡλίκον! ὀλίγον ἐστίν!

Iák máło ich/ ták rzatki! Quotus quiſque eſt! *Cic. Curt.* Quotus enim quiſque Philoſophorum inuenitur! *Cicer.* πόσος τις. ὡς ὀλίγοι! *quàm pauci!*

Iák máły / mały. Quantulus nobis videtur ſol, *Cicero.* θαυμαστὸν ὡς μικρός: ἡλίκος: ὀλίγος, ὅσος ἐστίν.

Iák miarz/ v. **Prawié.**

Iák może być/ Vt poteſt, *Cic* Dignitatē, vt poteſt, in tanta hominum perfidia, retinebimus. ὡς δυνατὸν, ὡς οἷόν τε.

Iák ná miód/ v. **Ochotnié.**

Iák ná ogień biegli/ Tanquam ad aliquod incendium reſtinguendum, *vt Cicer. loquitur.* ὥσπερ πρὸς τὸ σβεννύναι ἐμπυρισμόν. Currit agens mannos ad villam præcipitanter, auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans, *Lucret.* vide **Prędko/ Burmem.**

Iák nadłużey / ὡς ὅτι πλεῖστον: ὡς οἷόν τε χρονιώτατα. Quam diutiſſimè, *Cicer.*

Iák nakrocey / Quàm breuiſſimè potero: quàm quidem breuiter poſſum perſtringam, *Cicer.* ὅτι ἐν βραχυτάτῳ.

Iák nalépiey/ ὅπῃ ἂν ἄριστα δύνωμαι. Quàm optimè potero.

Iák napocześniey/ Vt honorificentiſſimis verbis potero conſequi: Honorificentiùs à me fieri non potuit, *Cic.* ὡς ἐνδοξότατα ἐξέσται. *Quam honorificentiſſimè licebit.*

Iák naprecey/ iák narychley, Quàm celerrimè potero, *Cicer.* Quantum poteſt comprehendi iube, *Ter. Plaut.* Celerrimè, *Donat.* ὅτι τάχος; ὅτι τάχιστα. Primo quoque tempore iudicare de &c. quàm primùm venias, *Cic.* ὡς τάχιστα, ὡς τάχιστα δυνατόν; ὡς τάχος; ὡς ἔνι τάχιστα: ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχε. *i. quantùm quiſq; pedum roboris habuit.* ὡς τάχους εἶχε: ὅσον τάχους εἶχε; ὅσον τάχιστα: ὅπως τάχιστα: ὅσον τάχος.

Iák nawięcey/ Quàm maximè potero, *Cic.* Quantùm plurimum habeat aquæ, *Colum.* Quantùm maximum potuit, dedit. *Plin. iun.* ὅσον πλεῖστον. ὅτι πλεῖστον: ἢ μάλιστα; ὡς οἷόν τε μάλιστα. ὡς δυνατὸν πλεῖστον. Quamuis, *Cicer.* Quaſi verò mihi difficile ſit, quamuis multos nominatim proferre, *vtitur aliquoties Cicer. particula quamuis, pro quantumuis. Et Plaut.* Multa ego poſſum docta dicta, & quamuis facunde loqui. Iák nawymowniey/ bárzo wymownie.

Iák ná pewna/ *Spe plenus, vt ſolent qui nihil dubitant. vtpote qui nihil aduerſum euenturum cogitaret. Hoc ille iam ſpe deuorauerat. Nihil periculi veritus ſuſpicatus. Ceu ſi ex oraculo id haberet.* ὡς τοῦ χρησμοῦ πεπεισμένος.

Iák ná pokuſę/ *Dicas periclitandi animi mei, conſtantiæ, patientia meæ cauſa id ab illo dictum, factum, allatum. Putes tentandi mei ſtudio id eum feciſſe. Fecit proinde atque ſi explorare vellet, quomodo ſim affectus, quid ſentiam. Nihil opportunius fieri, nihil aptius excogitari potuit, ad incitandum quempiam ad intemperantiam. Ad inſidias temperantiæ, caſtitati eius faciendas, ſtruendas, id factum dixiſſes. Dixit, fecit, veluti ſi me ad ſcelus pellicere ſtatuiſſet.* πειράζων με vel ὡς πειράζων με ἐποίησε. *Sic* Iák ná złość/ *Non ſecùs acſi mihi ægre facere conſultò decreuiſſet. Sic* Iák ná wybor/ & vide Wyborny.

Iák ná pięć raz/ *Occalluit ad verbera. Plagis non fit melior. Statuam verberes.* ἐντετύλωται. odrętwiał/ vide Drętwieie.

Iák ná ſzydłách/ vide Teſkliwie/ Nieſpokoynie.

Iák ná vrząd/ *Idem* Iák vmyślnie/ vide Vmyślnie/ & *præcedentia eiuſmodi formæ.*

Iák ná wybor/ vide Wyborny/ & Iák ná pokuſę.

Iák ná złość/ vide Iák ná pokuſę.

Iák nie on/ iák inſzy. *Quanta mutatio!* Quantùm mutatus ab illo! *Virg.* Non cognoſcas eundem eſſe, *Teren.* Alium eſſe exiſtimes. Amiſimus omnem non modò ſuccum & ſanguinem ſed colorem etiam & ſpeciem priſtinam, *Cicer.* Prô dij immortales, paucis verbis quam alium feciſti! alius ad te veneram. Non eam eſſe, taxo, dices, *Plaut.* ὥσπερ ἄλλος τις. ἄλλον τινα νομίζεις, λέξεις.

Iák nie ſwoy chodzę/ Iák w odmiecie chodzę. *Præ mœrore non ſum apud me: Vix animi vel mentis ſum compos, ex Terent. A morbo nec animo nec lingua, nec pedibus ſatiſdum compos ſum, ex Saluſt. Adeò mœror, morbus me debilitauit, confecit, vt inſiſtere pedibus ægrè poſſim. Vis morbi penè omnem ſenſuum mihi vſum ademit. Animo ægrè eſt mihi. Animo malè eſt, ex Plaut. Magno animi motu perturbatus ſum. Vix animi mei ſum. Vix ſum compos mentis. Caligo mœroris craſſa offuſa eſt animo. Suſpenſo & ſolicito ſum animo. Multæ & graues in animo meo verſantur cogitationes, quæ me ad alia attendere non ſinunt. Confectus, debilitatus ſum ægritudinis magnitudine. Dolore, ægritudine, ita opprimor, vt vix apud me ſim. Ægrè reſiſto dolori, ex Cicer. pleraq.* δυσθύμως διάκειμαι: κακόνως εἰμί. δύσθυμός εἰμι. ἀλύω. ἀθυμῶ. κακοπαθῶς ἔχω. *Vicin.* Fraſunie ſie.

Iák ogniá ſię boi/ ſtrzeże/ chroni. *Latini dicunt:* Cane peius & angue, *Horat. Plaut. Græci* φυλάττεσθαι μᾶλλον ἢ τὰς ἔχεις. *Theophraſt.* Vitat oliuum cautiùs ſanguine viperino, *Horat.*

Iák przymuſnął/ Appoſitè, *Plaut. Cicer.* ἁρμοζόντως. *Quaſi cum re natum, vel vt Quint.* Quaſi ex re natum, *Terent.* E re nata fieri melius haud potuit, quàm factum eſt iam, *ſ. caſu.*

Iák po brzytwach/ vide Bojáźliwie/ Oſtrożnie.

Iák rozmaicie? iák rozlicznie? ποσαχῶς; *quot modis?* ποσαπλῶς; *quam multiplex?* ὁσαχῶς; *quot modis, & quotquot modis.* iák rozmáiciekolwiek.

Iák rożliczny? iák rozmáity? ὁποσαπλάσιος, ποσαπλάσιος. *Quotuplex? quot generum, formarum?*

Iák vćiął/ Præciſe, *Cic. Gelli. quanquam apud Cic. ſonat.* Zgoła po proſtu odmowić. *Præciſe negare, alibi aliud.* ἀποτόμως. *Reciſè, Calliſtrat. I. C.*

Iák wiele? (*de numero*) Quot prandia? quot cœnæ? *Plaut. Terent.* Neſcio quotenorum iugerum, *Cicero.* Quot homines tot ſententiæ, *Terent. Cic.* Quantum, *Terent.* Conuenit numerus quantum debui. *de pecunia loquitur.* Quantum militum, *Tacit.* Quanti *pro* quot *Veget.* Vt integris ſuis quantos poſſunt hoſtes interimant, *Ammian.* Quantos autem milites, ſiue pedites, ſiue equites, *ſic ſæpe loquuntur* I. C. In tantos (*ſeruos*) quot inueniuntur, *Propert.* Curarũ peperit millia quanta tibi, *Plaut.* Sexcenta tanta reddam, *de nummis loquitur, apud Ambroſium, Hierony. Bernar. ſæpe leges, ſed minùs proprium & minùs elegans eſt. pro* Quot, *vel quanto numero; quantus eorum numerus eſt.* Quid, *pro Quantum, Plaut.* Tum captiuorum quid ducunt ſecum? *Idem.* Quid illic eſt hominum ſecundùm littus, *Terent.* Quid illic hominum litigant. *Et Polonicè* Co ludźi: *i.* iák wiele/ *ſuprà* Co ich. τοσοῦτοι *Græcis.* Tot & Tanti, πόσοι πόσαι.

Iák wiele/ (*de quantitate* Ile) Quantum, *Ter.* Date ei bibere, quantum imperaui. ὅσον ἤλικον. Quàm plurimam braſſicam ederit; tam citiſſimum ſanus erit, *Cato.* Iák nawięcey kapuſty źje/ ták narychley ozdrowieie. *Plura in* Ile 1.

Iák wielka to rzecz! Quanti id eſt! *Plaut. Teren.* πῶς μέγα! ὡς μέγα!

Iák wielki/ vide Ili.

Iák w piekło wrzućił/ Itidem vt Acherunte hic ratio accepti ſcribitur, intrò accipimus, quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras, *Plaut. Simile illud eiuſdem:* Effunde hoc citò in barathrum, *i. ebibe.* ὥσπερ εἰς βάραθρον, *Plutarch. ſ.* ἐμβαλεῖν.

Iák wyrznął/ vide Grzecznie.

Iák z bicza mowi/ vide Wymowny.

Iák z płatká wywinął/ iák z rabká. *Veſtem, ſupellectilem mundam & benè compoſitam habet. Emunctæ naris homo. Omnia eius nitida, culta, concinna, benè concinnata, terſa, polita.* εὔκοσμός ἐστι: πάντα αὐτοῦ καθαρῶς, λαμπρῶς ἔχει.

Iák z reieſtru/ z tábulatury chodźi/ czyni. *Homo palæſtra inſtitutus: homo è palæſtra. Decori per quàm ſtudioſus. Omnia accuratè, decenter, exactè, ad amuſim agit: In omnibus actionibus concinnus & elegans eſt.* ὁ δεξιός, ἁρμόδιος, τῆς εὐπρεπείας σπουδαῖος. vide Z reieſtru.

Iáki? iákowy? Qualis? *Cic.* Cuiuſmodi? *Plaut.* Qui erit rumor populi? *Terent.* ποῖος; ὁποῖος; vide Co zacz. *Qual'* pro *Qualis priſcè Plaut. Qual eſt qui donum dedit? al. Quali' ſt. al. Quale eſt? al. Qual. eſt. al. Cul eſt? vel Culeſt?*

Noni. (*per ἀποκοπήν, vt facul, ſimul &c.*) *pro quale vel qualis eſt. Nonius, Meurſius.*

Jáki / iákowy / (béz pytánia) *Eadem particula huic quæ ſuperiori ſeruiunt interrogatione detracta.* Qui vir ſit neſcis, *Terent. Cicer.* Vt, *pro* qualis, *Plaut.* Nouiſſe vos iam credo vt ſit pater meus, *Idem.* Vt me voles eſſe, ita ero. Quod genus paſtores ſint habendi, & quot, *Var.* Cuius notæ, *ſic Colu. loquitur.* Cuiuſmodi, *Cic.* Vt tute es ita cenſes omnes eſſe, *Cicer.* Cuius generis, *Cicer.* Conſtantes eligendi amici, cuius generis magna penuria eſt. ποῖος, ὁποῖος. οἷος.

Jákiś / niéiáki. Cuiuſdam modi, *Cicer.* Quidam, *Idem.* Excellentis cuiuſdam ingenij eſt. Neſcio quis, *Cic.* Timonem Athenis neſcio quem accepimus. ὁποιός, ὁποιόν τι. *Certa qualitate affectum, Cic. dicit.* Qualitate aliqua præditus.

Jáki táki / iákikolwiek. Cuicuimodi, Cuiuſque modi. Qualiſlibet. Cuiuſmodicunque, *Cicer.* Cuiuſcunque modi, *Saluſt.* Quicunq; *Cicer. Plin.* Cuiuſcunq; notæ caſeus, *Colu.* Qualiſcunque, *Cic. Ouid.* Qualiſqualis *Triphon. I. C.* ὁσάπερ, ὁσάποτε, ὁποιοσδή, ὁποιοσδήποτε, ὁποιοσοῦν, ὁποιοστισοῦν. Vt vt homo eſt, *Plaut.*

Jáki táki / *aliter,* **iáki táki pádnie.** Quemquem viſeo offenderant ad terram accidebant, *Plaut.* Vt quiſque acciderat, eum necabam illicò, *Idem.* ὅπως ἄν : ὥσπερ. *Quotquot procurrebant, cadebant ſinguli. Vt quiſq; prodibat, concidebat illicò. Cumq; veneno hauſto foras progreſſi ſtant, repente alius poſt alium ad ſolum ruit. Quàm celerrimè quiſq; proſiliebat, tam citiſſimè cadebat. Nectit ſic has particulas Cato & Saluſt.* vide **Jedén zá drugiem.**

Jakmiarz / vide **Prawié.**

Jáko? (pytáiąc) Quomodo? Quomodonam, *Cic.* τίνι τρόπῳ; Quonam modo, Quonam tandem modo? *Cic.* πῶς δή; πῶς δὴ τοῦτο, πῶς; πῶς γάρ; πῇ; ὅπως; Qui conuenit? Qui poterit eſſe ſapientia? Qui fieri poteſt? *Cicero.*

Jáko / (**béz pytánia**) Quomodo, *Cicer.* Me conſulem feciſtis, quomodo pauci facti ſunt. Quonam modo, *Cic.* Qua ratione, *Virg.* Sicut, *Cicer.* Me ſicut alterum parentem obſeruat & diligit, *Idem.* Si me, ſicut ſoles, amas, *Idem.* Sicut ſapiens Poëta dixit. Vt, Quaſi, Tanquam, *poſt* Sic, *Cicer.* Quod *pro* Sicut, *Cic.* Si vlla vnquam apud te mea commendatio valuit, quod ſcio multas valuiſſe plurimùm, hæc vt valeat rogo. Vt *Admirantis, Plaut.* Vt te conſpicio lubens, *Virg.* Vt te accipio agnoſcoque lubens? **O iákom ći rad / Tom ći rad.** Sicuti, *Lucret.* Quo pacto deceat vti maioribus diſce, *Horat.* Qui, *Plaut.* Pol ſi animus eſt æquus tibi, ſatis habes quì benè vitam colas, *Teren.* Spero me habere quì hunc meo excruciem modo. Qualiter, *Mart. Plin.* *Qualis pro qualiter, Virg. Ouid. P.* καθά, καθάπερ, ὥσπερ. ᾗ. ὡς. ᾗπερ, οἷονεί, πῶς, ὅπως, ὅπῃ, ὁμοίως.

Jáko (**z gniewem**) **Jáko torzé / zdrayco.** Quid? malum! *Plaut. Sos.* Cur non introeo in noſtrã domum? *Mercur.* Quid? domum voſtram? *Idem in Amphitr.* Autem, *Ter.* Inimicos ψ. Eia autem inimicos, *Idem. in Eunuch. Thraſ.* Ego non tangam meam? *CHrem.* Tuam autem furcifer? **Jáko? twoiey?** Pergin' malè loqui hero, homo impuriſſime? *Terent.* Ain' tandem carcer? Ain' verò verbero? *Plau. Aliquando* Aio *particula reſpondentis eſt apud Comicos.* Aio enimuero: Meam enimuero. Nego enimuero, *vt apud nos particula.* **Táko.** *reſpondentis ad* **Jáko.**

Jáko / (*expreſſo vel ſubaudito* **Ták**) Quemadmodum ſpero. Velut heſterno die. Vt temporibus illis, vt in tantis malis. Vt par eſt, vt poteſt, *Cic.* Vti ceruus fugias, *Hor.* Vt illud, ſic hoc. Prout res poſtulat, *Cicero.* Sic vt quamuis, *Ter.* Si tam obſcurus eſſet, quàm eſt audax. Sicut Poëtæ ſolent, *Cic.* Atque, *Terent.* Miſer æquè atque ego, *Cicero.* Similiter atque ipſe eram commotus, *Plaut.* Pariter hoc atque alias res ſoles. Iuxta atque, *Liu.* Inermes iuxta atque armatos. Talis atque, *Terent.* Talis ac. Similis, ſimiles ſunt vt ſi qui: ſimilis atque, *Cic.* Velut arbor creſcit, *Horat.* ὡσπερεί, ὡσανεί, ὅπως, ὥσπερ, καθάπερ. Quaſi, ſic, *Lucret.* Ex audito arguo: De audito nuntio, *Plaut. al.* ex auditu. *Sic Lucret.* Petuntq; res, ex auditis potius quàm ſenſibus ipſis. Atque, *Cic.* Me colit æque atq; ipſum. Æquè, *Plaut.* Nebula haud eſt mollis atque cutis huius eſt. (*abſolute abſque Æquè vel Ita*) *Idem.* Quem amicum ratus ſum mihi atque ipſius mihi ſum. Atque, *Paul. I. C.* Placet conditionem ineſſe ſtipulationi atq; ſi hoc expreſſum fuiſſet. Quàm *pro æque quam, Plaut.* Rem heri tuetur diligenter quàm ſi ipſe adſit, *pro æquè quàm.*

Jáko / (*poſt* **dawno** / *vt* **Dawno iáko przyſzedł.**) Cùm *Plau.* Diu eſt cùm dentes exciderunt. *Idem.* Iam dudum factum eſt cum, *Cic.* Biennium præterijt cùm *&c.* Poſtquam, *Plaut.* Biennium factum eſt, poſtquam abij domo. ἐπεί, ἐπειδή, ὅτε. Vt, *Cic.* Annus eſt, vt repulſam tulit. Quod, *Plaut.* Diu eſt quòd miſeram accerſitum. ὡς. Tertius dies eſt, quòd audiui, *Plin. iun.* Ex quo, *Liui.* Duodequadrageſimo anno ex quo regnare cœperat.

Jáko *aliter. vt* **tydzień / rok / iáko vmárł.** v. **Rok temu.**

Jáko bydlę / iáko béſtya / po béſtyalſku. Pecorum modo, *Tacit.* More feræ, *Horat. Virg.* In pecorum modum, *Liu.* More beſtiarum, *Cic.* ἐν τρόπῳ βοσκημάτων: εἰς βοσκήματος τρόπον: τρόπον βοσκήματος, *ſubaudi* κατά. *Inſtar pecudu.* v. **Po béſtyálſku.**

Jákoby. v. **Rzkomo / Jakby.**

Jákoby dzieśiec / iákoby milá. v. **Béz málá. & Koło tégo czáſu. Koło tyla.**

Jákoby rzekł / Quaſi dicas, quaſi tu dicas, *Plaut.* Quaſi tu dicas, me te velle argento circumducere, *Idem.* **Jákoby rzekł / Chceſz mie pieniedzy pozbáwić.** Id mihi viſus eſt dicere, abi citò & ſuſpende te, *Terent.* ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι. ὡς ἂν εἰ λέγοις.

Jákoć imie? iáko ćie zowia? Piotr. Qui vocare? *Plaut. Terent. Quo te nomine vocem, appellem? Petri. Quod tibi nomen eſt? Petrus, Petri, Petro. Quem te dixére parentes? Petrum. Quo nomine diceris? Quod nomen ſtatim ab ortu geris? Quem nomine reddis?* Quid nomen eſt illi? Nomen tuum mihi memora. Nomen loquere matris. Id nomen eſt mihi. Nomen eſt mi Menæchmus. Leſtonico eſt (illi) nomen. Nomen vrbi inditum eſt Epidamno. Huic Lyco nomen eſt. Micotrogus nomine ex vero vocor. Mulier quæ nomine eſt Phroneſium. Ita nomen (meum) cluet. Quis vocare? *Plau.* Dic nomen, *Ter.* τί τὸ ὄνομά σοι; τί σοι ὄνομα; τί σ' εἴπω; Ede nomen tuum, *Quint.* *Quod nomen ad ſacrum fontem impoſitum eſt?* v. **Zowia mie. Imie mu.**

Jáko chceſz / iákoć ſie zda. Tuo arbitratu, *Plaut.* ὡς δοκεῖ σοι; κατὰ τὸ δοκοῦν σοι.

Jáko człowiek mądry / báczny / &c. Non dubito quin pro tua ſingulari prudentia perſpicias. Quorum vobis habenda eſt pro veſtra ſapientia ratio, *Cic.* Pro ſano loqueris, *Plaut.* Pro inſano eſt reprehendendus, *Varro.* Neque pro amico neque pro Philoſopho facturi, *Apulei.*

ri. *Apulei.* Mulctæ vt in homine Romano literæ, *Ciceri* Quippe. *Idem.* Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito. Vtpote, *Cic.* Lucius frater eius, vtpote qui ter egregiè depugnauit, familiam ducit. *Idem.* Ea nos, vtpote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcebamus. Jáko to ia/ ktory ſobie nic lekce nie waże. ἅτε, ἅτε δή: ἅτε γάρ: ὅσον, οἷα, οἷον.

Jáko do ſnopá. v. Do ſnopá.

Jáko kędy/ Pro re ac loco, *Salu.* Ad rationem loci, *Plin. iun.* κατὰ τόπον.

Jáko kiedy/ Ad rationem temporis, *Plin. iun.* Pro ratione temporis: *vt Cicero, Pro ratione pecuniæ.* Prout tempus patiebatur, *Liu.* Vt ratio temporis poſtulabit, *Cic.* πρὸς καιρόν: κατὰ τὸν χρόνον. *Eſt vbi id placeat, eſt vbi diſpliceat. Eſt quando ſic fieri deceat, eſt quando minimè.* ἔστιν ὅτε: ἐσθ' ὅτε.

Jákokolwiek/ iákoſzkolwiek/ Qualitercunq; ſatum, *Colu.* Quomodocunque, *Cic.* Quoquo pacto, *Teren.* Quoquo modo, *Plaut. Cic.* Quomodo potuiſſem te conueniſſem, ſi &c. *Cic.* i. quoquo modo. Vtcunque collibitum eſt, *Plau.* Vtcunque ceciderit, *Liu.* Vt vt hæc facta ſunt, *Teren.* Qualiterqualiter retractat, *Vlpian.* Quicquid id eſt, *Lucret. Virg.* ὅπῃ ἄν: ὅπῃ ἄν: ὅπῃ ποτέ: ὁπηδήποτε: ὁπωσδήποτε: ὁπωσοῦν: ὁπωστιοῦν, ὁποιδήποτε.

Jáko kto/ *ſubaudi,* rad ábo nie rad widźi/ ſtyßy/ &c. Jáko komu. *ſ.* miło/ lubo/ nie lubo. πρὸς τὸ ἑκάστῳ ἀρεστὸν ἑκάστῳ: πρὸς τὸ ἀρεστὸν ἐνὶ ἑκάστῳ: ὥσπερ τις φιλεῖ. Prout cuique libido eſt, *Hor.* Pro ſe quiſque diffugiunt, *Liu.* *Vt cuiq; collibitum eſt. Vt ſunt homines. Vt ſunt varia hominum iudicia, placita, ſenſus, guſtus. Pro cuiuſq; ſtomacho vel palato. Vt in quoq; cupiditatis erit plurimum. Vt quiq; affectus erit, ita laudabit vel vituperauit. Erit qui probet, erit qui improbet. Non cuiuis placebit. Non omnibus eadem dulcia & amara. alij probabunt, improvabunt alij.*

Jáko kto może/ v. Wedlug przémożenia.

Jáko ktory/ v. Jáko kto.

Jáko ludźie czyni/ piy/ chodźi/ potoż. *Verba ſonant, More hominum: ſed ſenſus poſtulat reddi:* Vt par eſt, vt decet, aptè, appoſitè. ὡς πρέπει ἐστί. καλὰ τὸ πρέπον ἐστί: εὐπρεπῶς.

Jáko obacze/ In re præſenti conſulere licebit, *Plau.* Pro re ac loco, *Saluſt.* Ex re præſenti conſulere, *Tacit.* Pro re nata. Opportunitatem loci ſequar, *Cic.* E re nata, *Ter.* Ex re & ex tempore conſtituere aliquid, *Cicer.* Ex euentu rerum. Ex [illegible] conſulere, *Tacit.* Pro re & tempore conſilium capiam, *Caſ.* κατὰ καιρόν. Prout tempus patietur, *Liu.* Ex tempore conſulam, *Cic.*

Jáko oko w głowie czego pilnowáć/ Ferre aliquem in oculis, *Cic.* In oculis geſtare aut ferre aliquem, *Terent.* *Oculis tuis id carius habe. Catul. dicit:* Ni te plus oculis meis amarem. ὡς ὀφθαλμοῦ περιφυλάττειν. *Plutarch.* μᾶλλον ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρᾶν. μᾶλλον τῶν ὀφθαλμῶν ἴσα φιλεῖν.

Jáko ono zowia/ *vel* Jákoż ono zowia: Illud, illud, *ex Plaut.* v. Onácze.

Jáko poſpolićie mowia/ Jáko ono mowia. Veteri prouerbio, *Cic.* Pares cum paribus veteri prouerbio facilè congregantur. Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet. In prouerbium ceſſit: ſapientiam vino obumbrari. Quod eſt Græcis in prouerbio. Sed vt in prouerbio eſt. Id quod iam tritum eſt vetuſtate prouerbium. Vulgò enim dicitur: iucundi acti labores. Venit in conſuetudinem prouerbij. In communi prouerbio verſatur, *Cic.* ὡς ἔχει λόγος. τὸ λεγόμενον, *vt dici ſolet.* ὥσπερ φησὶν ἡ παροιμία: ὥσπερ ἡ παροιμία. κατὰ τὴν παροιμίαν. *vt eſt in prouerbio.*

Jáko rozumiem/ iáko mniemam/ mem zdániem. Meo iudicio. Vt mea fert opinio. Vt mea eſt opinio. Vt ego quidem ſentio. Vt mihi videtur. In ea ſum opinione. Eam opinionem habeo. In eam venio opinionem. In hunc ſenſum allicior. Loquor vt opinor. Mea ſententia, *Cic.* Meo quidem animo, *Plaut.* Meo quidem animo aliquantò facias rectius. *aliqui legunt* E meo quidem animo. *Item.* Nulla eſt voluptas maior, meo animo, quàm &c. Ex mea ſententia, *Plaut.* κατ' ἐμὴν γνώμην. *Vt mea eſt ſententia, Cic.*

Jáko śie godźi/ Pro dignitate conficere negotium: Vt par eſt: Satis dignè. Nunquam ſatis dignè laudari poterit philoſophia, *Cic.* Qui timet mortem nihil pro viuo faciet, *Senec.* ὡς πρέπει. κατὰ τὸ πρέπον. πρὸς ἀξίωμα.

Jáko śie maß? *vel* máćie. Co dźiałaß? Gdźie/ ábo zkąd idźieß? *& ſimiles in congreſſu formulas Latini ſic efferunt.* Vt vales? Valen', valuiſti? ℞. Valeo, & valui rectius. Quid agit tua vxor, vt valet? ℞. Viuit. Rogitant me vt valeam, quid agam, quid rerum geram? Vt vales? ℞. Exemplum adeſt. Quid tu: agis vt velis? ℞. Sic ſum vt vides, *Plaut. & noſtri dicunt:* Jáko widźiß. Quomodo vales? ℞. Quomodo miſer, quomodo famelicus, *Plaut. Sic & noſtri reſpondent:* Jáko to chudźiná/ vbogi/ &c. Quid agis? ℞. Quod famelicus, *Plaut.* Vnde agis *vel* vnde is? ℞. Vnde miſer & infortunatus. *ſubdit prior,* ibidem ego ſum vbi decet eſſe miſerum & infortunatum, *Plaut. Sic & nos:* Z iáć nie lépiey/ &c. Vnde is? Reſp. vnde ebrius, *Plaut.* Quid agis? Reſp. Hominem optimum aſpicio *vel* teneo, *addit prior.* Amicè facis cum laudas, *Plaut.* Satin' ſaluè? inquit. Vt ſe res habent in Samnio? *Liu. In talibus locutionibus, Saluè Aduerbium, i. rectè, commodè, legunt & interpretantur Donat. Lambin. Elias Vinetus, Briſſon. & plerique omnes recentiores.* Satiſne ſaluè? *Plaut. Terent.* Rogitanſque ſatin' ſalua eſſent omnia? *Liu.* Puer vbi ſit, & quàm ſaluè agat, interrogat. Quàm ſaluè agis? *Apul.* Inquiro quid agas, vbi & cum quibus moreris. quid agis & quid? commodè vales? *Plin. iun.* Saluene amabo? *Plaut.* Quàm ſaluè agit Demeas noſter, *Apul.* Rectene omnia? *Plin. iun. Quint.* Ecquid omnia in tua domo rectè? in mea noui nihil, *Plin. iun.* Satin' ex ſententia? *ſ. agis, viuis, vel ſunt omnia. Antiquorum formula apud Briſſon.* Quid agit meus Æſonides? *Ouid.* Quid vos? quo pacto hic? Satiſne rectè? *Teren.* Recten' atque vt vis vales? Vt vales? Reſp. Pol ego haud à pecunia perbene, *Plaut. vt noſtri:* Dobrzeć ia/ ále káletá moiá nie bárzo. Salue. Reſp. Ego ſalua ſim quæ ſiti ſicca ſum? *Plaut. anus vinoſa dicit:* πῶς ἔχεις; καλῶς. *Quomodo habes? rectè.* πῶς ὑγιαίνεις; *quomodo vales?* εἰ ὑγιαίνει ὁ πατήρ σου; *valétne pater tuus?* εἰ εἰρήνη σοι; *Rectène circa te omnia? 4 Regum. quamuis propriè ſit. Eſtne tibi pax?*

Jáko śie trafi/ iáko śie vda/ iák pádnie/ iák koſtká pádnie. Quod ſors feret, feremus æquo animo, *Terent.* Vtcunque aderunt res, *Cic.* ὅπῃ ἂν τύχοι: ὡς ἂν τύχοι. Prout res ac tempus ſe dabit, *Liu.* Vt res dant ſeſe, ita &c. *Terent.* Vt ſe dederint initia, *Cic.* ὃν τρόπον ἂν τύχῃ: τυχόντων: ἐκ τοῦ παρατυχόντος. Fortuitò, *Cicero.* i. *anceps.* Pro re. *Lucret. Cic.*

Jáko ßalonego ſtrofowáć/ Pro inſano reprehendendus eſt, *Plaut.* ὡς ἄφρων ἐπιπληκτέον.

Jáko táko/ A toli/ *Vt vt, Vtcunq;, quomodocunq;.* ὅπως ἄν.

Vt fieri poteſt. ὡς οἷόν τε. *Sic ſatis. Non optimè, non peſſimè.* οὐ βέλτιστα, οὐ κάκιστα. *Poteſt ferri, tolerari.* ἀνεκτῶς.

Jáko to bywa. Vt fit: vt eſt conſuetudo: vt in tali tempore: vt ſolet, *Cicero.* Vt ſunt humana, *Ter.* Vt ſæpè venit, *Colu.* Quid cæterùm? quod eo aſſolet, *Plaut.* ὡς φιλεῖ γίνεσθαι, *&* ὡς φιλεῖ, οἷα ἐν πολέμῳ φιλεῖ. ὥσπερ φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοιούτοις.

Jáko to on / iáko to iemu. Quâ impudentiâ eſt, *Cic.* κατὰ τὴν ἀνθρώπου ἀναισχυντίαν. *Sic reddetur & illa locutio.* Si tuos digitos noui, *Cic. Attico.* Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certe habes ſubductum. **To ty / iáko to dobry ráchmiſtrz / dobrześ poráchował.** *Idem Cic. pro Sexto Roſc.* Sed ſi ego hos bene noui. *Sequitur longa periphraſis cuius ſenſus eſt, vos punient inſigniter.* Ale ći iáko dobrzy Sediiowie was dobrzé ſkarżą. *vel,* ále ći ſie ich ia znam / abo iáko ia ich dobrzé znam *&c. poſſes reddere &* ieśli ia ich znam. Quippe, *Colu.* Capparis cultu leuiſſimo contenta eſt, quippe quæ etiam in deſertis agris conualeſcit. iáko w ktore. Sol Democrito magnus videtur quippe homini erudito, *Cicer. ſuprà* Jáko człowieku.

Jáko to teraz czaſy / Pro malis temporum. Pro horum temporum perturbatione. Vt temporibus illis. Poſtea Cliſthenem, vt temporibus illis, valuiſſe dicendo. Quæ ſi manebunt, vt nunc eſt, manſura videntur. Vt in hac licentia temporum. Vt nunc fit, *Cic.* Vt in tali tempore, *Liu.* Vt nunc ſunt mores, *Terent.* ὡς τὰ νῦν: ὡς ἐν τῷ νῦν.

Jáko żywo / *vel* záwſze ták było. Poſt hominum memoriam: poſt homines natos: poſt genus humanum natum, pauci reperti ſunt. In omni *vel* omni memoria fuit vſitatum. Noſtra vel patrum, vel maiorum memoria non ſecus fuit. Ex omni memoria ætatum nemo aliter dicet. Nemo ſuperiore memoria ſecus ſenſit. Ad hanc vſque memoriam. Vſque ad noſtram memoriam, *ex Cicer.* ἐφ' ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐφικνεῖται. ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη. *Ioan. 9. A ſeculo non eſt auditum.*

Jákom dobry / (żołnierz) że ćie ná ſztuki rozśiekam / ieśli nie oddaſz. At ita me machæra & clypeus bene iuuent pugnantem in acie, niſi mihi redditur, iam ego te faciam vt hic formicæ fruſtillatim differant. *(Plauti Miles. cui Leno reſpondet)* At ita me peſten, ſpeculum, calamiſtrum, linteum bene amaſſint; vt ego tua magnifica verba, non pluris facio, quam, *&c.* crepitum polentarium. *Idem in Bacchidibus.* Neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat *(credat)* ni illum exanimé faxo, *&c. Paraſitus verò in Captiuis ſic ait:* Ita me amabit ſancta Saturitas, itaque ſuo ſemper me decoret cognomine, vt ego vidi. *Ad hoc exemplum dices:* Ita me amet probitas: ita ſalua ſit mihi nobilitas. **Jákom cnotliwy.** Non hercle is ſim qui ſum, ni hanc iniuriam meq; vltus pulchre fuero, *Plaut.* Nie bede tym / *&c. Sic apud Homerum Vlyſſes.* Non amplius Telemachi pater vocer, niſi te arreptum primum ſpoliauero, deinde *&c.* Niech nie bede tym czymem ieſt / ieśli ćie. εἰ ἀληθῶς στρατιώτης εἰμί. *ſi verè ſum miles.* οὕτως νικήσαιμ' ἔγωγε, ὡς ὑμᾶς. *&c. Ariſtoph. Ita ego ſim victor vt vos, &c.* vide Jákoś dobry.

Jákom żyw / iáko pámiętam. In vita mea nunquam. Mea *vel* noſtra memoria. Vt mea memoria eſt, *Cicer.* ἐκ τοῦ ζῆν με: ὡς μεμνῆσθαί με δύνασθαι.

Jákoś / niejáko. Quodammodo: quaſi quodammodo colligere, *ſ. vocem, Cicer.* πῶς: τρόπον τινά. ἔστιν ὥς, ἔστιν ὃν τρόπον. iákoś mu dziwno / *ita affectus videtur, vt ij qui mirantur.* θαυμάζων πῶς εἶναι δοκεῖ.

Jákoś dobry / iákoś cnotliwy / iákoś łáſkaw / iákoś mi rad. Πρὸς τὸ εὐγενές σου. Per tuam nobilitatem: per veſtram familiam: per tuas ſtatuas, *Cicer.* Per te, per qui te talem genuere parentes. Per patris hoſpitium & menſas quas aduena adiſti. Per ego has lacrymas, *Virgil.* **Jákoś łutośćiwy.** Per tuum te ingenium obſecro, *Plaut.* Per nomen propinquitatis, per coniugem & liberos obſecrauit. Si vllam in amicitia mea ſpem habes, hoc mihi da atque largire. Si me amás confice, *Cicer.* Si bene quid de te merui, *Virgil.* Si te vis perhiberi probum, *ex Terent.* Ita te amet vel amabit veneranda Honeſtas, *exemplo Plauti. Si quid generoſi in te animi eſt. Si quis in me amor, hic monſtra. Si gratus ſum tibi hoſpes, impetrem id à te per gratiam.* Per ego te fili quæcunque iura liberos iungunt parentibus precor quæſoque, *Liu.* Age ſi benignus, ſubueni. *Plaut.* εἰ ἐλευθερίως μοι βοηθεῖν ἔχεις. εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου. *Si inueni gratiam coram te, Geneſ. 33.* Per ſi quis Amatæ tangit honos animum, *Virgil. i. ſi quid eius cauſa facere vis Turneb.* **Jákoś łáſkaw.** Πρὸς τὴν εὐγένειάν σου. **Jákoś cnotliwy.**

Jákość / przypadek iáki rzeczy ktorykolwiek / od ktorego ia táka ábo owáka zowiemy / biała / czarna / gorzka / lekka / oſtra / ſłaba / ćieſzka / predka / *&c.* Jákość ſłowo ieſt właſne ácz nie vrárte. *Latini ſimiliter formarunt à voce* qualis, qualitas, *& Græci à voce* ποῖος, ἡ ποιότης. *Cicero.* Qualitates ποιότητας *Græci vocant,* quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum ſed Philoſophorum. Qualitas eſt ſecundum quam quales dicimur, *Quintil.* Materia carens qualitate, *Cicer.* Materya bez iakośći: nijáka / ni biała / ni czarna / *&c. Reddi poteſt & aliter,* v. Właſność 1. Spoſobność / Przymiot 1. Poſtánowienie 2.

Jákuba S. kwiát / vide Przymiotowe źiele.

Jałmużná / Stips, *Ouid.* Focilat miſerum parua ſtipe, munerat, *legit Scalig. & alij. Eleemoſyna, Sipont.* ἡ ἐλεημοσύνη, ἡ λογία, ὁ ἔλεος, ἡ συλλογή, χάρις. Sportulam *etiam vocat Rader. ex Mart. qua tenuioribus à ditioribus dabatur.* Collectam, *Idem Rader. & Microlog. Innocen. III. & Durant. appellant. Etiam* Collatitia *vel* collectitia pecunia *Latinè dicitur.* Stipem collatitiam, *Ammianus vocat.*

Jáłowa krowá / vide Krowá iáłowa.

Jáłowicá / Iuuenca, *Varr. Virgil.* Iunix, *fe. icis. Plaut. in Perſ.* Bucula, *Cicer. Virgil.* τὸ βοίδιον, βοιδάριον, πορτάκιον: ἡ δαμάλη, δαμαλίς. vide Młodká.

Jáłowiec / Iuniperus, *Virgil. Plin.* ἡ ἄρκευθος, ἡ ἀρκευθίς, ἡ ἀκανθίς. *Arbor & fructus eodem nomine, Gorr. Iuniperus eſt cedro minori ſimilis, & cupreſſo, quin cupreſſus ſilueſtris vocatur à Catacuzeno.* ἡ κυπάρισσος ἀγρία καὶ μυρσινοειδής. *vide Matthiol.*

Jáłowcowy. ὁ ἀρκεύθινος. *qui ex Iunipero eſt, &* ἀρκεύθινος. *adiect. Arceuthina ligna, 2. Paralip. 2.*

Jáłowy / vide Niepłodny.

Jáłowy śmiech / zmyślony. *Riſus fictus, aut, vt in Prouerbio eſt· Sardonius riſus.* ὁ σαρδάνιος γέλως.

Jámá gadźiny / rakow / krolikow / liſow. Cuniculus, *ab animali eiuſdem nominis dictus Varroni, Feſto, transfertur ad bellica.* Cauum *(terræ) Virgil.* Caua faciunt mures, *Cato.* Cauus gliribus laxior faciendus, *Colu.* Cauus muris arctus, *Horat. Lambin.* Cochlax, *acis. m. Plin. lib. 31, cap. 10. Specus eos (aphronitri teſtudineatos) co-*

chlacas vocant, ſic legit Dalecamp. pro voce Colycas, à cochlax vel cochlas, acis. ὁ κάχληξ enim ait, eſt teſtudo, fornix, camera; item lapillus, glarea aqua congeſta. Conceptus aquarum inertium vaſti ſub terra liberæ laxitatis, *Senec.* **Jámy** / lochy. Succeſſus, *us. Arnob. Canter. Meurſ.* ἡ σύριγξ. τὸ σπηλάδιον, *dimin.* iámká. ἡ τρώγλη, *Cauerna muris, &* τρωγλοδύνω, τρωγλοδυτέω, *cauernam ſubeo.* vide Jáſkinia / Łożyſko.

Jámiſty. ὁ, ἡ σπηλαιώδης; ὁ τρωγλοδύτης, τρωγλοδυτικός, τρωγλοδύτης. *cauernam incolens.* v. Lochowaty.

Jámułká / ὁ πιλίσκος. *Pileolus.* Galericulus, *Suet.* Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, *i. paruo pileo, Britan.* Galericulum, *n. Maſculinum facit thema Britan. Neutrum Rob. Steph. Rader. Iunius, & Martial.* Galerus, *Auſono. Rader. & Hieronym. ad Fabiolam. Rotundum pileolum quaſi ſphæra media ſit diuiſa & pars vna ponatur in capite, Græci* Tiaram, *noſtri* Galerum *vocant.*

Jana ś. chléb / vide Słodkie Strączé.

Janá ś. pás / vide Łápá niedźwiedźia.

Janá ś. źiéle / vide Dzwonki 1.

Jáncárowié / *Triarij Turcarum.* οἱ γενίτζαροι, *&* συλδάδοι, *apud Malaxum Hiſtor. Ianizaros vocat Lipſ.* οἱ Ιανιτζάροι. *Laonico Chalcondylæ.* Prætorianos milites Turcarum, *Busbequius appellat.*

Janowcowy / Sparteus, *Cato.* Spartea vrna, funis, amphora, *Colu.* Spartea ſporta, ſolea. ὁ σπάρτινος ὁ σπαρτοπλόκος. *qui ex ſparto aliqua conficit.* Spartarium, *Pli. locus in quo ſeritur vel ſeruatur ſpartum.*

Janowcowy powróz / ἡ σπάρτη. τὸ σπάρτον. Funis ſparteus, *Cato.* τὸ σπαρτίον. *diminut.* Ibericus funis, *Horat.*

Janowic / ὁ Ἰωάννου, *Ioannis filius. Ioannides, vt Neſtorides, æ. per primam non per tertiam.*

Janowiéc źiéle / Kiérotá / żárnowiéc / krzęcinká / Łubéznká włoſká. Geniſta, *Plin. Virg.* Spartum, *Pli. Lin.* τὸ σπάρτιον, σπάρτον, ὁ σπάρτος. Linoſpartum. τὸ λινόσπαρτον. *legitur apud Theophraſtum, quia inquit Dalecam. ſparto pro lino veteres vtebantur, vt calcei & veſtes ex ſparto apud Plinium leguntur.* Iberica herba, *Quintili.* vide Żárnowiéc.

Janowiny / v. Dźień národzenia / & Okupiny.

Jápurt / purt. ἡ μηλέα ἀγρία. *Malus agreſtis, poma ferens grandia, ſemper virentia, inſuauia. Ilicem aliqui reddunt inepte.*

Járczak / Ephippium velitum. v. Siodło.

Jare żyto / vide Járy.

Jarká / iárkiſz / iara pszenicá / krochmalna pszenicá / Sámopszá / *Sirenio.* Trimeſtre triticum, *Colu. Plin.* Trimenon, *Græca voce Plin.* Setanium, *Plaut. in Trucul. Taubman. ex Polluce. al.* Sitanium. *Aliquando hoc triticum quadrimeſtre eſt, ſed & bimeſtre eſſe poteſt. Siren.* Halicaſtrum *vel potius* alicaſtrum, *Colu. Spicam mutilam habet & granum minutius.* ὁ πυρὸς τρίμηνος: τὸ σητάνιον; ὁ σητάνιος πυρός; σητανίας. ἡ ζεία ἀμύλεα. *Zea amylea. Spelta amylea, frumentum amyleum, Siren. Olyra, Arinca, Plinij. Sirenio. ſed vide* Żyto. Adoreum far, *Dalecamp. ex Plinio.* Trimeſtre ſemen tritici ſpecies, *Columella.*

Jármárk / Mercatus, *us. Plaut. Cicer. Terent.* ἡ πανήγυρις: ἐμπορεία, πεμπταία, παντοπωλία ἐτήσιος. *i. forum annuum.* Nundinæ, *Cicer. Varr.* Nundina, *orum. Lamprid. Vopiſc.* Panegyris nundinarum, *Cicer.* ἡ πανήγυρις, αἱ ἀγοραὶ δημοτελεῖς. ἡ πανήγυρις, *Etymologo.* ἀπὸ τῆς ἀγύρεως. *cœtum, multitudinem ea vox ſonat, &* πᾶν *omne, quaſi omnium conuentus. At Euſtathi.* ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς. *forum id ſonat. Sipont.* ὰ πάντα ἀγοράζειν. *omnia mercari. Eſt autem in* ἀγύρεις *media breuis, apud Homerum bis. At* Internundinum, *Varr. eſt tempus inter nundinas, Turneb.* Trinundinum & Trinum nundinum, *Cicer. Var. Liu. ſpatium ternarum nundinarum, Manut. alij tria loca, alij tria tempora, vel dies nundinarum intelligunt.*

Jármárk / *aliter. vt,* kup mi iármárk / przywiożeć iármárk. *Caue reddas. Eme mihi nundinas, ſed Eme mihi aliquid in nundinis. Afferam tibi aliquid ex nundinis, vel emptum in nundinis.*

Jármárkowy / Nundinalis, *Plaut.* Nundinarius, *Plin.* Nundinarium oppidum, forum. ὁ πανηγυρικός. *At* nundinator, *Feſt. ſubſtant.* Kupiéc / *nam* Jármárcznik *durum eſt.*

Jármuż / *Aſparagus, quoduis germen tenerum oleris, Galeno. Athenæo.* ὁ ἀσπάραγος, ἀσφάραγος.

Járy / tégoroczny Hornotinum frumentum, *Cicer.* Sitanius, *Plini.* Hornus, *Horat.* Hornæ fruges. Trimeſtris, *Plin. Colu.* ὁ σητάνιος πυρὸς, ὁ, ἡ αὐτέτης, αὐτετής, ἰος.

Járy mlecz źiéle / Peplus, *fem. Plin. Vrſin.* ὁ πέπλος. Chamælyce, *Plin. Siren.* Syce, *es, fe.* Meconium aphrodes, *Plin.* τὸ μηκώνιον ἀφρῶδες. ἡ συκῆ. *Dioſcorid. Eſula rotunda, Offic.*

Jarz / vide Wioſná.

Járząbek / Attagen, *enis. m. Plin. Horat.* Attagena, *æ. fe. Plin. Mart.* ὁ ἀτταγήν, ὁ ἀτταγᾶς, *u. vel* ἀτταγᾶς, *ũ.* ὁ ἀτταγηνάς, *ũ. Bonaſa. Alber. Geſner. Gallina corylorum, Geſner.* Gallina ruſtica *Varronis Bellonio. Perdix montana: Perdix ſilueſtris, Geſner. At Aldrouand. Attagenem à Bonaſa diuerſum putat.*

Járzębáty / Guttatus, *Mart.* ὁ σπιλός.

Járzębiná drzéwo / Sorbus, *fe. Colu.* ἡ ὄη, οἴη, ὄα.

Járzębiny iágody / Sorba, *orum. Colu. Mart.* τὸ ὄον, οἶον, τὰ ὄα, ὄα.

Járzębiná léśna / Judaszowe drzéwo. *Vrſin.* Sorbus *aucupalis, ſilueſtris, Vrſin.* Sorbus torminalis *Matthioli.* Járzębié śliwki *Vrſino. aliqui cum cratægo Theophraſti confundunt.*

Járzęcy miód / vide Lipiéc.

Járzma iédnego / Iuges, *plu. Feſto, i. equi, boues.* ὁ, ἡ ὁμόζυξ, ὁμοζυγὴς, ἐος. ὁ ὁμόζυγος.

Járzmianká / źiéle kruſzcze. Elleborine. Helleborine. Epipactis, *fe. Plin.* ἡ ἐπιπακτίς, ἑλλεβορίνη.

Járzmo / Iugum, *Plin. Catul.* τὸ ζεῦγος, εος. τὸ ζυγὸν, ὁ ζυγὸς, ἡ ζεύγλη. τὸ ζυγάριον, *diminut.*

Járzmowe wići / Coum, *Feſto. al.* cohum, *Scaliger. lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo, Turn.* τὸ δέσμα τῆς ζεύγλης. Coum, *Varroni cauum in iugo, quod extrema bura oppilatur, Turneb.* Łożé iárzmowe. Echebœum, *Cælio R.* τὸ ἐχέβοιον,

Járzmowy / Iugatorius bos, *Colu.* Subiugis, *Plin.* Iugalis, *de homine vſurpat Virg. Ouid. tr.* ὁ, ἡ ζύγιος, ζύγιμος, ὁ ζευγίτης, *u.* ζυγοφόρος, ὑποζύγιος. *Subiugalis in SS. libris.* Podiarzmi / podiárzmowy / ſprzężáyny. vide Pługowy.

Járzyná źiárniſtá / wárzywo polne. Legumen, *neutr. Varr. Virgil. Legumina Latinis ſunt, quæ ſiliquas non ſpicas habent, vt ſunt fabæ, cicer, piſa, lens, &c. etiam radices, Tucholien. Varro à legendo deducit, quod manu legantur non ſecentur.* Legaria, *orum. vocat idem Varro.* Legumenta, *Gelli.* τὰ δημήτρια σπέρματα, *Cerealia ſemina, Gorr.* ὁ χέδροψ, τὸ ὄσπριον, χεδροπόν. *Craſsi ſu nt*

-ſucci, ventrem implent, & difficulter concoquuntur, Hippocr. Gorræ.

Iárzyna ogrodna / vide Ogrodna ſtráwá.

Iárzynny / iárzynowy. ὁ ἡ λαχανώδης, *i. oleraceus.* Olitorius, *Liu. & P. Vict.* Forum olitorium. ὁ ἡ χεδροπώδης, ὀσπριώδης, εος. *ad legumina pertinens.*

Iárzynny rynek / Olitorium forum, *Liu.* τὸ λαχανάριον. *Olerarium. Gloſſ. Græcol.*

Iáſin / vide Piéſiu.

Iaſkiér / żábinek / pryſkirnik / *Hageco, quaſi* Pryſzczélnik. Strumea, *Plin. Ruel. Cerd. Iun.* Ranunculus. Batrachion, *Plin.* τὸ βατράχιον. Scelerata herba, *Apulei. Cerd.* Apiaſtrum venenatum, *Plin. lib. 20. c. 11. Cerda. Aconitum, Virgil. Seruius. Ful. Vrſi.* Apium agreſte, *Germano.* Sardonica *vel* Sardonia *ſimillima Apiaſtro. Seru. Cerda.* Sardoa herba, *Virgil.* ἡ σαρδῶα, τὸ σαρδόνιον σέλινον. Polyanthemum, *Plini.* τὸ πολυάνθεμον. *Variæ eius ſpecies, Plin. Dioſcor.*

Iáſkinia / iámá. Specus, *us. maſc. quarta, Plin. Virg. Liu. Catul. fe. quarta, Virgil. Cato. Sili. Gelli. neut. Virg. Sili. Seru. Olim ſpecus indeclinabile neutrum. & ſpeca, cæ. & ſpecum, ci. vnde ſpecis pro ſpecubus Nonius ex Accio.* Spelunca, *Cicer. Virgil.* Cauerna, *Cicer. Virg.* Antrum, *Vir. Ouid.* τὸ ἄντρον, τὸ σπέος, τὸ σπήλαιον, ἡ σπῆλυγξ, γγος. ὁ φωλεός, ἡ φωλεά, τὸ φωλητήριον, ὁ χηραμός, ἡ χηραμίς, ίδος. *dimin.* Deſidiabula, *orum. Plau. loca deſidiæ apta, vt cellæ vinariæ, apud nos cauponiæ. Ab antro (Nomine) apud Feſtum eſt* antruare *al.* antroare; *quod ipſe explicat, gratiam referre. Scalig. & Gotfred. cum Gloſſar. legunt:* Antruare, σπηλεῦσαι, *i. antrum inhabitare. Anton. Auguſtin.* Antruare, *putat idem eſſe cum Andruare eiuſdem Feſti verbo, quod idem explicat recurrere à Græ*[illegible] ἀναδρᾶν, *vel vt Scaliger corrigit* ἀναδραμεῖν. Succeſſus terrarum, *Arnobi.*

Iáſkolcze źiele / Roſtopáść / złotnyk. Chelidonia, *Colu. Plin. Chelidonia maior Herbarijs.* ἡ χελιδόνια μία: *Hirundinaria, Gaza.* τὸ χελιδόνιον, χελιδόνιον μέγα. *Hirundinaria maior, Herbar. Sandalina, & virga tinctoriæ, Vrſinus ex Auicen. Celidonia, Offic. Barb.*

Iáſkolcze źiele mnieyſze / Pſzonká. *Chelidonium minus. Scrofularia minor, Siren. Hirundinaria minor, Vrſin.* χελιδόνιον μικρόν.

Iáſkolczy / Hirundininus, *Plaut.* ὁ χελιδόνιος, χελιδόνειος.

Iaſkolczy kamień / Chelidonius lapis, *Plini.* [illegible] *ventre pullorum hirundinu reperitur.* ὁ χελιδόνιος λίθος. Chelidonia, *æ. gemma, Plini.*

Iaſkoleta / Pulli hirundinis, *Plin.* οἱ χελιδόνων νεοττοί, οἱ χελιδονιδεῖς.

Iáſkolká / Hirundo, *fe. Plin Ouid.* ἡ χελιδών, όνος. ἡ χελιδὼν, όνος. ὀρθρογόη, *i. manè quiritans.* ἡ κωτίλας, άδος. *quod ſonat* świegotká / świerkotká. *Sunt etiam hirundines marinæ albæ, nigræ: ſunt & agreſtes ſiue ruſticæ, Plin. & albæ, Aelian. Ariſtot. Geſner.* Triſſat hirundo, *A. Philom. Schott.* Auis hoſpita, *Varr. Arnob. Poteſt etiam dici* Auis exul hyemis, *vt* Boćian *Hyemare ſub glacie hirundines, docet Aldrouan. ex Olao Mag. & alijs ſcriptoribus.* [illegible] *cauis etiam arborum per hyemem conglobari aſſerit ex Alberto Nipho &c. Et apud Polonos vulgaris eſt opinio, quam etiam tenet Cromer. de hirundinibus in cumulum conglobatis, extractis ex aqua hyeme à piſcatoribus, quæ in vaporarium illatæ & calefactæ volitarint. Ego quia huius narrationis oculatum teſtem habere nunquam potui, & tamen in tanta hirundinum copia & piſcandi frequentia, contingere id ſæpius deberet, interim dum experientiâ certâ & verâ id non comprobatur, ſequor Ariſt. qui l. de hiſtor. animal. 8. c. 16. hirundines vicinas calidis locis, hyeme ad ea migrare, remotas verò condere ſe in cauis & anguſtijs conuallium, illicq; repertas implumes. Idem ſcribit Plin. Agricol. & Geſner. qui diligenter de hac re inquiſiuit, & à variarum regionum eruditis viris reſponſa habuit explorata.*

Iáſkolká / ryba morſka. Chelidon, *onis. Plin.* ἡ χελιδών. *piſcis marinus quatuor alis instructus membranaceis, quibus ſupra aquas facilè euolat, noctu lucet.* Chelidonias, *æ. m.* ὁ χελιδονίας, ου. *Veſpertilionem aliqui vocant apud Geſner. cui multum ſimilis eſt. Pulcherrimum eſſe piſcem docet Geſner. ex deſcriptione Henric. Steph.* Hirundo *item à Plinio vocatur.*

Iáſtrawy koń / ὁ ἵππος λευκώπης. *Equus albos oculos habens.* γλαυκόμματος. *glaucomate ſiue leucomate laborans.*

Kárczmárſki / Cauponius, *Iuſtinus.* Iuſſi cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere. ὁ καπηλικός.

Kárczmarz / Caupo, *Horat. Iuni.* ὁ κάπηλος. vide **Goſpodarz** 1. *&* **Szynkarz**.

Kordynał/ *Cardinalis, Sigebert. Cardinalis antiſtes, Sipont.* ὁ καρδηνάλιος, καρδινάλιος. *Balſamon. Nicet. Cardinarius, Hincmaro. Rectè etiam Cardinales appellat is, Summum Eccleſiæ conſilium. Supremum Eccleſiæ Senatum Patres purpuratos. Summum orbis Chriſtiani collegium. Mentio eorum eſt in Concilio Romano ſub Silueſtro celebrato ante mille trecentos annos. qua de re vide Bellar. l. 1. de clericis, c. 16. vbi Cardinalium originem, nomen, & officia examinat. Auguſta cauſia Budæ. pileus, vel tropicus dignitas Cardinalium.*

Kárencya po polſku/ karánie kogo ná obroku / dochodźie/ *&c. Vulgò carentia, barbarè. Priuatio peculij. Negatio ſtipendij, vel annonæ diurnæ, menſtruæ. Mulcta annonaria.* ἡ στέρησις τῆς ἡμερησίας. ἀποστέρησις τῶν ὀψωνίων, τοῦ σιτηρεσίου. ἡ τίμησις σιτηρῶν.

Káretá / kolebká / károcá / lektyká. Pilentum, *Virg. Liu. vehiculum quo matronæ ferebantur, vel potius vehebantur, teſte Liuio, & Feſto.* τὸ φορεῖον. Lectica, *Cic. Plin.* Carpentum, *Liu. Ouid: matronarum vehiculum, cum pilento ferè idem Iunio. pilento feſto die, carpento profeſto vehebantur. Liu. à Carmenta quæ eo primum vſa, deducit Ouid.* ἁρμάμαξα, *Plutarch. eſt carpentum feminarum.* ἡ λαμπήνη *Suidæ.* Carpentum rotale, *Capitolin.* Hexaphorum, *n. Martial. Lectica quam ſex ſerui ferebant: noſtras equi trahunt.* τὸ ἑξάφορον. *Erat &* octophorum, *Cic.* Octaphorum, *Mart.* τὸ ὀκτάφορον. *Vehiculum penſile, Robert. Steph. rectè ad noſtrum morem, ſed & apud Iuuen. dicitur quiſpiam:* Penſilibus plumis vehi, *i. lectica molliter ſtrata, Britan. Serui. In pilentis erant lectuli penſiles. Cerda ex Seruio.*

Kárk / kárki / krzycá. Ceruix, *icis. fe. in plur. vſitatiùs, Cicer. Quintil.* ὁ τράχηλος, ὁ αὐχὴν, ένος. **Kárki** *propriè ſunt,* οἱ σφόνδυλοι *ſeu* οἱ σπονδεῖς. *i. vertebræ ceruicis quæ ſunt ſeptem.*

Kárki komu ſtrácić / Frangere ceruices alicui, *Cic.* Frangebantur indigniſſimè ceruices ciuium Romanorum in carcere, *Idem.* ἐκτραχηλίζω, *abſolute, i. frango ceruices ipſemet, &* ἐκτραχηλίζω τινά. *Item* ἀποτραχηλίζω τινὰ τῷ σχοινίῳ *frango alicui ceruices fune, ſtrangulo fune.*

Kárkow twárdo-pochyłych. Obſtipus, *Horat.* Obſtipo capite aliquis, ὁ κυφός. Obſtipa & rigida ceruix, *Suet.* Obſtipum caput, *Cicer.*

Kárlicá / Nana, *Lampr.* ἡ βατύλη. Pumilio, *Lucr. de femina loquens ait.* Paruula pumilio, *i. nana, Lambin.*

Kárlowáty / máłego wzroſtu. Pumilius, *Suet.* Pumiliæ, *vel* pomiliæ mulæ, *Mart.* Pumilus *adiect. Apule.* Nanus *adiect. Gell. &* νάνος *Ariſt. trunco iuſto, at pedibus breuibus.* ὁ, ἡ νανώδης, ες. vide **Karzeł**.

Kármazyn / farbá kármazynowa / Coccum, *Plin.* Cocco aliquid tingere. τοῦ κόκκου χρῶμα. *Carmeſinum, Baſſ. Rader. adeò ſimile eſt purpuræ, vt ſæpè hæc duo confundantur. at diſtinguuntur in D.*

Kármázyn / chróśćinká ábo drzewo. ἡ κόκκος βαφική. *Dioſcor. frutex quem Theoph.* τὴν πρῖνον *vocat. Eius fructus eſt granum. de quo infrà. ipſa arbuſcula Ilex aquifolia dicitur, Plin. Coccus frutex fullonius. ex Dioſcor. Chermes Arabicè. Carmen,* κερμεσὶν *vocat Chalcondylas* ἰξὸς *Heſych.*

Kármázynowe iágody / ábo ziarnká / Czerwiec. ὁ κόκκος *abſolute, vel* ὁ κόκκος τῆς κόκκου βαφικῆς. *Dioſcor.* Coccum. *n. granum fruticis eiuſdem nominis, Plin.* Coccum Galatiæ rubens granum, *Idem.* Omnes ilex ſolo prouocat cocco. Granum fruticis, aquifoliæ ilicis, & granum cocci, & granum *abſolutè Plin.* Anniculo grano languidior ſuccus, *Plin. Quiſquilium etiam cocci granum vocat Cal. R. & Dalecamp. apud Plin. l. 16. c. 8. pro voce* cuſculium, *i. cocci granum, legit quiſquilium ex Feſto. hoc grano acuitur ſplendor purpuræ. Eſt autem inſtar piſi Delrio, Rob. Conſtant. Creſcunt talia grana etiam in quercus Dioſcor. & in herbis quibuſdam in Polonia optima leguntur, Braſauol. Vrſin. Siren. qui ait ea creſcere ad radices ſiliginis, fragorum, piloſellæ, myoſoti, pimpinellæ, &c. ex his Iunio gignitur vermiculus, quod etiam aſſerit Plin. de cocco Attico & Aſiano. Vnde & in Exodo ſæpè interpres* κόκκινον *reddidit vermiculum, ex Hebræa voce, quia vermiculi illius ex cocco nati ſucco tingebantur veſtes.*

Kármázyn/ máterya kármázynem fárbowána/ábo ſukno. Coccinum, *Mart.* Coccina donare alicui. τὰ κόκκινα. Coccum, *Lamprid.* Cocco intorti funes, *Idem.* Mantilia cocco clauata. τὸ κοκκοπιὸν, τὸ κοκκοβαφὲς, *Heſych. ſ.* λῶπος ἢ τὸ ἔνδυμα. *vulgò Chermeſinum, vel Carmeſinum barbarè.*

Barbar. Aliqui ſcriptores coccum interpretantur purpuram [vulgò ſcarlatum] quòd hi colores ſibi ſint ſimiles, vt Bayſ. ait vel quòd in aliquibus purpuræ tincturis coccus admiſceatur, vel quòd cocco panni etiam, non verò ſericum ſolum, vt olim fiebat, tingantur. alioqui purpura diuerſa eſt, & variorum colorum: at coccum tantum rubri. Delrio in Senec. vide **Szarlat.**

Karmázynowy / Coccineus acinus, *Plin.* ὁ κόκκινος. Coccinus, *Lamprid.* Coccina chlamys. ‖ *Capitol.* Coccinum pallium, & coccineum pallium, *apud eundem.* Cocceus, *Lamprid.* Coccea indumenta. ὁ, ἡ κοκκοβαφὴς, & κοκκινοβαφὴς, ἐς. *At* Coccinatus homo, *Mart. & Sueton. cocco veſtitus.* [ὁ κοκκοφόρος, κοκκινωτὸς] τῷ κοκκίνῳ περιβεβλημένος.

Karmia / *propriè.* vide **Pokarm 1.**

Karmia / *tr.* Pabulum amoris, *Lucret.* Pabulum morbi, *Ouid.* Pabulum animorum conſideratio, contemplatio, *Cicer.* τὸ χόρτασμα, *tr.* Paſtus animorum, *Cic.* Cibus humanitatis, *Cicer.* Alimenta vitiorum, *Ouid.* Nutrimen flammæ, *Ouid.*

Karmiciel / Nutritor, *Suet. Stati.* Altor, *Cicer.* Nutritius pueri Eunuchus, *Cæſar.* ὁ θρεπτὴρ, τιθευτὴς, τρόφιμος, τιθηνὸς, τιθηνητὴς, θηλαμών. Alumnus, *apud Plin.* Terra omnium alumna.

Karmię kogo / powßéchnie. Paſco canem, *Virgil.* Paſco homines oluſculis, *Cicer.* Nutricor, *Cicer.* Mundus omnia nutricatur. Alo, *in 12. Tab.* Liberi parentes alant. Cibo, *as.* gallinas, pecudes, *Colu.* Cibare ſerpentem manu ſua, *Sueton.* De manu dare pabulum ſuibus cùm deficit foris, *Colu. i. domi paſcere.* Nutrio, *Martial.* Obſaturare. **nakarmić.** *vtitur paßiuo Terent.* Dapino cibum alicui, *i. præbeo. Plaut. à dape finxit.* τρέφω, τροφέω, τροφεύω, βρωματίζω, χορτάζω, σιτεύω, σιτιστίζω, χειλόω, & χιλόω, χειλεύω & χιλεύω. *At* ψωμίζω, ψωμιῶ, ψίζω, σιτίζω. *cibo, as. turundam in os inſerendo.* vide **Tuczę.**

Karmię piersiámi / Nutrio mammis fetum, *Plin. de balænis.* Nutrico pueros, *Plaut.* Equa præbet vbera pullo, *Solin.* Lacto, *as. propriè lac præbeo mammis, apud Lucr. & Gell. ſed Terent. tranſtulit ad animum.* Do mámam filio, *Terent.* Alere fetum vbere, *Virgil.* Dare vbera filio, *Ouid.* ἐπέχειν μαζὸν, μαστὸν. θηλάζω, τιθηνέω, τιθεύω, τιτθεύω, γαλακτοτροφέω, γαλακτουχέω. Immulgeo lac, *Virg.* Lacte ferino nutribat teneris immulgens vbera labris. *Alo nefrendem, lacteam (ei) immulgens opem, i. lac, Liu. Andron. P. Rumo, as. lacto, quaſi mammam in rumen immitto, Sipont. Scaliger.* ἐμβρωματίζω. *Hinc Irrumo, apud Mart. Obſcœnum. Sipontin.*

Karmienie powßéchnie / Altus, *us. m. Macrob.* Terræ vel naturæ altu nutritur vniuerſitas, ἡ θρέψις, σίτισις, ὁ σιτισμὸς. Aſſura gallinarum, *Varro. i. aßidua nutritio, vel, vt Turneb. explicat, (licet improbante Scaligero) aßiduitas in nutricando, vt aſſa vox, aſſa nutrix, quòd ſemper adſit.* Sagina anſerum facilis eſt. Saginandi ratio, *Colu.* v. **Zywienie / Wychowánie.**

Karmienie piersiámi / Nutricatio, *Gell.* Graue munus nutricationis, *ſ. filij infantis. Varro ad plantas tranſtulit.* Nutricatus, *us. Plaut.* Alitura, *Gelli.* Non partionem ſolam, ſed alituram quoq; criminatus eſt. ὁ θηλασμὸς, ἡ τιθήνησις, ἡ τιθεία. Lactatus, *us. Plin.* ἡ γαλάκτωσις.

Karmnik / Viuarium ſuum, *Plin.* τὸ σιτευτήριον ὑῶν. Sagina, *Plaut. in Moſtellar.* In ſaginã ſe coniecit herus meus. *Idem. in Milite.* Sagina cellaria, *tr. ſic legunt, Turneb. Camer. Grut. & c. non ſagenam, vt Lambin.* Saginarium *etiam dici poteſt, quod verbum Varro de anſerum pullis loquens vſurpat.* [τὸ σιτιστήριον, τὸ ζωοτροφεῖον.] Hara, *Donat. & Columella.* Porculator frequenter ſuile conuerrat, & ſæpiùs haras.

Karmny / tuczony. Altilis gallina, *Plin.* Altilis aper, *Iuuenal.* Porcus mola mactatus, *Varro. i. auctus hordeo, Ioſ. Scalig.* Ad ſaginam idoneus, *Colu.* Saginatus ad ſacrificia bos, *Varr.* Corpora pingueſcere coacta, *Sen.* **Tuczone.** Opimus bos, *Varro.* Paſcualis, *i. cum diligentia nutritus, Douza F. ex Gloſſ.* Saginatus porcus, *Propert.* Saginarius bos, *Seru.* Fartilis, vel farctilis anſer, gallus, *Plin.* Paſtus aper, *Martial.* ὁ σιτευτὸς, σιτιστὸς, θρεπτὸς, θρεπτικὸς, θρεπτήριος, τρόφιας, ν. Cellaris columbus, *Columel. qui in cella ſaginatur.* Sagina, *apud Plaut. in Moſtellar.* Bibite, pergræcamini, eſte, effercite vos, ſaginã cædite, *i. ea quæ ſaginantur, Schioppi. Taubman. Parem. At Turneb. & Lambin. ſaginam, frondes quibus pecudes ſaginantur, intelligunt. Similiter Symmachus vſurpauit.* Comitibus veſtris cædendæ ſaginæ poſterior cura eſt. τὸ πιθήνημα. Fertum, *ſubſtantiuè, apud Perſium pro animante, vel aue fartili accipiunt, Caſaub. Marcil. ex Catone, Varrone.* **Karmnego co.** *Et Marcil. legit fartum à farcio: ferctum Commelin. apud Catonem. fertum Caſaub. apud Perſ. quòd dijs ferebatur offerendum,* τὸ σιτευτόν. *Confer* **Nádziewanego co.**

Karność / kárá. Diſciplina, *Liu.* Labante diſciplina, *Id.* Diſciplinæ genus incorruptum. ‖ *Plin. iun.* Diſciplinæ tenaciſſimus. ‖ *Tacit.* Exoleſcit diſciplina ‖ *Valer. Max.* de diſciplina militari, *Cicer.* Diſciplina vetus collapſa. *Diſciplina eſt omnium actionum tam internarum, quàm externarum ad honeſtatis præſcriptum conformatio & compoſitio, inq; officio coërcitio, Iacob. Gretſer. de diſciplin.* ἡ παιδεία. *ad Epheſ. 6.* ἐκτρέφετε τέκνα ἐν παιδείᾳ. *Pſal. 49.* σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν. ‖ ἡ ἐπανόρθωσις.

Karnie / Caſtigatè, *id ſonat. aliter vide Indicem.*

Kárność zakonna / *Diſciplina eſt obſeruantia regularum ordinata in cœtibus religioſis, Iulius Nigroni. In Concilio Trident. diſciplina regularis dicitur.* ‖ *Petro Damian. regularis inſtitutionis diſciplina. Regularis obſeruantia, Beda. Bonauent.* ἡ παιδεία μοναστικὴ, κοινοβιτική.

Kárny / Emendabilis, *Senec.* Capax ad præcepta animus, *Ouid.* Diſciplinoſus, *Cato apud Gelli.* ὁ εὐεπανόρθωτος. Bonâ diſciplinâ exercitus, *Cicer.*

Karp / Cyprinus, *Plin. Acerno. Cromer. Cyprinus fluuiatilis, & lacuſtris. Geſner.* ὁ κυπρῖνος, κύπρινος. *Carinus. Gaza. [vulgò Carpio, Iuni. Rondelet. Geſnero.* ὁ κυπριανὸς. *Athenæo.* λεπιδωτὸς. *Orpheo. à ſquamis inſignibus.* Rubellionem *ſeu* Erythrinum, *Plinij.* Cyprinum *marinũ minorem, latum, rubicundum interpretatur Geſner.* ὁ ἐρυθρῖνος, ἐρυθῖνος. ὁ δύναξ. *Athenæ. Rob. Conſt.* v. **Płoćicá.**

Kárpá w rzece / w ſtáwie / w ſádzáwce / kłodźiná / karcz / łom / o ktory śie śieć / ábo czołn / łodź záwádza. Reta, *æ. Gell. retas ait vocari virgulta, & arbores quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueo eorum exſtant, à retibus dictas, quòd prætereuntes naues irretiant ſeu impediant. ideò flumina retanda, i. purganda locari ſolent, ſic ferè Gelli,* τὸ ἐμπόδισμα κλάδου ἐν ποταμοῖς.

Kárp karáś / *Cyprinus hybrida, vel coracinus hybrida, minor eſt cyprino vero, ſed latior, & pinguior, ac candidior. Geor. Fabric. apud Geſnerum.* [ὁ ψευδοκύπρινος.

Kártá pápieru / oprocz kśiąg ledá iáka. Charta, *Mart.* Chartis aliquid amicire. ‖ *Iuuen.* Ponere thura charta. *Charti Socratici, priſcum, maſc. Lucil. Enni. P. Me-*

rula, ὁ Χάρτης, v. Ioſeph. Scalig. apud Lucil. legit Socratici chartæ: vt plurima alia Latini efferunt ſimiliter. Boni Poëtæ. Sacri myſtæ, veri Prophetæ, &c. Nos voce, pápier ſæpe hîc vtimur. Dwinąć w pápier / v. Arkuſz / & Pápier.

Kártá w kśięgách / Charta, *Quintil.* Explicare chartas codicis. Scheda, *Mart.* Nec ſumma potes in ſcheda teneri, *ſ. libri.* ἡ σχέδη. Folium *hac ſignificatione, aliqui recentiores, vt Sipont. &c. vſurpant. apud antiquos non legi. Nam quod Iuuenal. habet: Credite me vobis folium recitare Sibyllæ. de folio arboris non libri intelligendum eſt, qualibus in folijs Sibyllæ ſcribebant, vt etiam eſt in 6. Æneid. & Plin. teſtatur ante chartam inuentam in folijs palmarum, alias maluarum, vt Guiland. legit, veteres ſcriptitaſſe, quare vox hæc translata, nec veteris vſus eſt.*

Kártá piſána oprocz kśiąg / **Kártełuſz** / Cedułá / ſkrypt. Scriptum, *Cicer.* De ſcripto dicere, z kárty czytáć / τὸ γράμμα, τὸ Χαρτίον. *Schedion, Lipſ. Schedion, Bud. ſcriptum ex tempore aliquid.* Scheda, *Cicer.* Enitere ne qua ſcheda depereat, ἡ σχέδη. Pittacium, *Petroni. pro ſcheda vel tabella, cui vini ætas inſcripta.*

Kártá z obu ſtron piſána / ábo kśięgá. Opiſtographus commentarius, *Plin. iun. nam priſci in altera tantùm parte chartæ ſcribebant, vt indicat Plin. lib. 13. cap. 12. Mart. l. 4. ep. 87. & Iuuen. Sat. 1. Scriptus in tergo Oreſtes. ſ. præter morem. Idem Porphyrio in Horat. Sidonius.* τὸ ὀπισθόγραφον. vide **Piſány** 2.

Kártká / kárteczká. Chartula, *Cicer. Bud.* Schedula, *Cicer. Manut. alij ſcedula vel ſchidula, legunt cum Cariſio.* τὸ Χαρτίον, τὸ σχεδάριον.

Kártownik / vide **Koſterá**.

Kárty koſterow / *Charta vel chartula luſoria, Polydor. Virgil.* οἱ Χάρται παικτικοί.

Kárty piſaney iedná ſtroná / Pagina, *Cicer. Mart. à pangendo vtraq; pars phyluræ dicitur, Sipont.* ‖ *Dalecamp. à pangendo, quòd in ea verſus pangantur, vel quòd qualibet in libris ſuam obtineat regionem vt pagi, Feſt.* ἡ σελίς, ίδος. *Plin. de fortuna ait:* Vtramq; paginam facit, *i. implet. Sumpta metaphora à libellis rationum, duas paginas accepti & expenſi, oppoſitas ſibi habentium.* ‖ Cic. Tironi. Priore pagina (*literarum tuarum*) perturbatus. Prima & ſecunda cera, *Sueton. i. tabella cerâ illita.* Pagínula, pagella, *Cicer.* τὸ σελίδιον ‖ ἡ παγίνη. *Suid.*

Kárty druga ſtroná / Auerſa pagina, *Mart.* ἡ ὀπισθία σελίς.

Kárluk / Ichthyocolla, *fe. Plin.* ἡ ἰχθυοκόλλα.

Kárupiel / kárupter / *Vrſino.* vide **Weczká Grecká**.

Kármy / kmin polny / ányż polny. Carum, careum. *al.* carium, *Plin.* ὁ κάρος, τὸ κάρον, κάρτον, κάρεον, κάρυον, καρυαβάδιον. [*Carui Offic.*] *An idem* Carenum *Columellæ? ſemen condiendis oliuis, cum ſemine aniſi, feniculi, cymini, &c.*

Karw / *Bos vetulus piger, aliquando de alijs animantibus, & de homine dicitur.* vide **Zgrzybiały**.

Kárwaſz / *Brachiale militum è lamina ferrea.* περιβραχιόνιον σιδηροῦν. Manica, *Iuuenal.*

Kárwat / *Croata, æ. m. Cromer. & Croatia, regio.* ὁ λιβυρνὸς, *Strabo.* ὁ λιβυρνὸς, ἡ λιβυρνία. *Ptolomæo. regio inter Dalmatiam & Illyriam.* Liburnia, *Plini.* Liburni pugnaces, *Lucan.* Regna liburnorum, *Virg.* ἡ λιβυρνική. ἡ λιβυρνὶς Χώρα, *Strabo.* Regio Liburnia.

Karze mię zá co / karánie podeymuię. Multor verberibus, exilio, morte, bonis, *Cicer.* Luo pœnam, *Tacit.* Luo pœnam peccati, *Cicer.* Luo peccatum, *Liu. Virg.* Punior, *Cic.* Lenius punitum reum quàm ſit promeritus. Pendo pœnas, *Cicer. Teren. Virgil.* Pendo ſupplicia, *Plin.* Plector capite, *Cicer.* Exſoluo pœnas, *Tac. Liu.* ἀναδίδομαι, τὰς ποινὰς δίδωμι. τίνομαι, ἀποτίνομαι, δίδωμι τίσιν. τιμωρέομαι, τιμωρίας τυγχάνω. κολάζομαι τῆς ἀδικίας. τίνυμαι, τίω, τίνω, ἀποτίνω δίκην, & ὀφείλω. *abſolutè.* Plector, *Cicer.* Do alicui ſupplicium, *Terent.* Pœnas do, fero, perfero, ſubeo, ſuffero, ſuſtineo, dependo, perſoluo, *Cicer.* Expendo ſupplicium, *Virgil.* Tergo plector, *Horat.* Do alicui pœnas capite, *Patercul.* Perſoluo alicui pœnas capite, *Senec. in Agamem.* ὑπέχω δίκην τινί.

Karzący / (karzyćiel *ſubſtantiuo hîc opus eſſet, ni durum videretur*) Punitor inimicorum. Animaduerſor vitiorum, *Cicer.* Caſtigator, *Plaut. Horat.* Cenſor minorum ſenex, *Horat.* Corrector, *Horat.* Correptor, *Senec.* Vindex ſcelerum, *Cicer* ὁ ποινητὴς, ποινήτωρ, ὁ τιμωρητὴς, ῦ. σωφρονιστὴς, κολαστὴς, ῦ. ἐπιτιμήτωρ, τιμωρούμενος ἑαυτόν. Ipſe ſe puniens, Cic. ἑαυτοντιμωρούμενος. *Terent.*

Karze kogo / Punio aliquem, & peccatum alicuius, *Cic.* Punior *deponens. Cicer.* Vt crudeliſsimam puniretur necem. *Item.* Peccatum quod ſponte ſua reus punitus ſit, *i. punierit. Punior aliquem, Apulei.* Pœnas ab aliquo peto, ſumo, repeto. Afficio pœna aliquem, *Cic.* τιμωρέω τινὰ, τίνω, κολάζω, ἐπιτιμάω, ἀποτίνω, δικάζω, τίνυμαι, τίομαι, ποινάω, ποινάζω, ποινὴν λαμβάνω, ποινηλατέω, ἀπαιτῶ ποινὰς, *vel* δίκας. Expeto ab aliquo ſupplicium, *Liu.* Sceleris pœnas ab aliquo ob delictum expeto, *Cicer.* Supplicium de aliquo ſumo, *Plaut. Cic.* Vtor in aliquem ſupplicio, *Cicer.* Coërceo aliquem verberibus, ſupplicijs, *Cicer.* ‖ σωφρονίζω τινὰ. Corrigo natum, *Teren.* Corrigo peccatum, *Ouid.* ‖ κολάζω τινὰ πληγαῖς. Caſtigo aliquem verberibus, *Cicer.* Caſtigo bubulis exuuijs, *Plaut.* Corripere peccatum, *Ouid.* Corripere edicto, *Sueton.* Animaduerto in aliquem: Animaduerto facinus, peccatum, *Cicer.* Animaduerto ab aliquo iniuriam, *Terent.* Aduerto in aliquem, *Tacit.* Obiurgo aliquem flagris, ferulis, *Sueton.* Plecto aliquem, *Terent.* Plecto culpam, *Cicer.* Macto, *Cicer.* Quo etiam maiore malo mactandus es. Mulcto, *as.* aliquem pœnâ, multâ, morte, vinculis, *Cicer.* Multo verberibus, exilio, *Tacit.* Multor aliquem pœnâ, *Sueton.* Exigo ab aliquo ſupplicium, *Plin. iun.* Exigit dea à violatoribus piacula, *Liu.* Edere exempla in aliquem, *Terent.* Exempla in te faciam, *Plaut.* Exemplum in aliquem edo. Ob delictum pœnas expeto, *Cicer.* Parere legi Prætor dicitur *à Feſto, cùm reum punit. Turneb.* Dicere ius gladio ignauiæ ſuæ, *Petron.* Skáráć leniſtwo / zábić ſię zá leniſtwo ſwe. Vindico acerrimè maleficia. Vehementer vindico facinus, *Cicer.* vide **Penowáć kogo**.

Karze go Bog ná tym / ná oycym / ná potomſtwie / &c. τῶν γονέων τιμωρίαν Θεὸς εἰς τοὺς παῖδας ἀνατίθησι, *vel* ἀποβάλλει. *i. Pœnas parentibus debitas Deus liberis irrogat.* τιμωρίαν διδόασιν υἱοὶ τῆς ἁμαρτίας τῶν προγόνων. *i. Puniuntur filij ob peccata parentum. Sæpe Deus pœnas parentibus debitas, à liberis ipſorum expetit, repetit. Morte filiorum parens dependit pœnam.* Quinque literis vel ſex vel ſeptem potiſsimum corripi homines à Deo docet, S. Clem. Alexand. *innuens tres illas grandes & epidemicas calamitates, his vocibus Græcis ſignificatas:* λιμὸς, λοιμὸς, πόλεμος. *i. fame, peſte, & bello.*

Karze kogo gárdłem / wygnániem / &c. Punio aliquem capite, *Plin. iun.* Punio aliquem ſupplicio, *Cic.* *Pœnio*

(*pro punio*) *aliquem morte, Lucret.* Capitis condemnari, *Cic.* Multare aliquem poculo. *Plaut.* Statuere in aliquem pœnam metalli, *Vlpian.* κολάζω τινὰ πληγαῖς ἢ θανάτῳ.

Kárzę śię kiem / Káżę śię kiem. *Timeo, vel caueo aliquid. vel ſapio exemplo alicuius.* τὸ παράδειγμα ἀλλότριον οἰκεῖον τι φεύγω, σωφρονίζομαι, νοῦν συναγείρω.

Kárzeł / Nanus, *Iuuen. Gell.* Pumilio, *m. Plin. Colu. Mart. prima anceps Stat. longa Mart. dicuntur & aues pumiliones apud Colu. mula apud Mart. & femina pumilio Lucr.* Pumilo, *onis. Stat.* Pomilio, Pomilus &c. *ſcribit Sipont.* Pumilus, *Stat. Periphraſis eiuſdem apud Horat. Ab imo ad ſummum totus moduli bipedalis,* ὁ νάνος, ὁ ναννοφυής, ὁ πίθηξ. *Spithamæus homo, & pygmæus homo à quibuſdã dicitur non malè, ſed adiectiuè: nam pygmæus ſubſtant. aliud ſignificat.* vide **Łokietek.** Salaputium *vel* Salicippium, *apud Catullum & Senecam, Controuerſia 4. l. 7. Significat hominem paruum & diſertum; & Salicippium quidem legit Muret. Manut Robert. Conſtantin. à ſaliendo in cippum. Nam Caluus ille orator diſertiſſimus & æmulus Ciceronis, (cui cauſam Pollionis feruenter & diſertè agenti, quiſpiam ex adſtantibus acclamauit illud Catullianum,* Dij magni ſalicippium diſertum! *) exiguo fuit corpore, teſte Seneca, & Ouid. Meminit eiuſdem Calui Plin. Valer. Max. Tacit. Quintil. & Cic. ſæpè. Is itaque cum videret Pollionem quem defendebat periclitari, imponi ſe in cippum iuſſit, & inde feruenter perorauit. quo facto nouo cognominis occaſionem dedit.* Salaputium *vero legit Ioſ. Scalig. Lauin. & Opſopœus. non à cippo & ſaltu, ſed a paruitate laſciuo ioco veſtita, eo ſenſu quem ὁ πόσθων, vel τὸ ποσθίον vox, ἀπὸ τῆς πόσθης, i. à virilitate facta habet: quo ſenſu Putillus apud Plautum vſurpatur: Dic me tuam hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum (malè vulgò puſillum) i. ποσθάλιον. Sic Putam & Putillam apud Horat. legunt iidem, nec reiicit Lauin. licet puſillam à puſa diminutiuum quoque legas eodem ſenſu i. χοιρίον, à feminei ſexus nota, quæ χοῖρος Græcis Varrone teſte. Putillus ſimiliter diminutiuum eſt a putus vel potus priſcè, quæ vox in Vet. Lexico μικρὸς redditur. πόσθην reddit Scalig. Luſit ergo Catullus ſalsè & nequiter nutricum verbum vſurpans, & Caluum vocans Salaputium. quaſi à Salaputa quæ vox ſalacem caudam ſonat Scalig. Prorſus ita Polonæ nutrices infantibus, vel aniculæ maſculis blandientes, vſurpant vocem a virilitate ductam vocandi caſu, quam huc accerſere honeſtas vetat, nota eſt ſatis. Simili ioco vſum Auguſtum in appellando Horatio ſcribit Sueton. Omitto alios qui apud Catullum legunt Salapuſium, Saliputium quaſi Sali auiculæ putum. alij Salipuſium, Solipuſium, Salpullium, quaſi Sali pullum vel puſionem. alij Salapentium, Solopycium, Solopechiũ quaſi cubitalem. Sed & Turnebi Aſcalabotion, vel Calabotion,* καλαβώτιον *i. ſtellio, reiicitur ab eruditis. Obſerua Salaputium vel Salicippium quibuſdam eſſe maſculinum quartum caſum à Salaputius, Salicippius; quibuſdam neutrum Salacippium, Salapuſium.*

Kąſátac / Morſicatim, *Varr.* Noni [δηκτικῶς.] Mordicus aliquem interficere, *Varro.* ὀδὰξ: προσφὺς ῥῖνα ἀπέτρωγεν, *Lucian. i. mordicus naſum abſcidit.*

Kąſáiący / Mordax ianua, *Plaut.* Veſcus Sal. *Lucret. i. edax, ſaxa exedens, Feſt. Gelli.* Edax virus, *Ouid.* ὁ δηκτικὸς, δηκτήριος, δήκτης, δακνώδης, ὀδαξητικὸς. τὸ δάκος, & δάκετον. *animal morſu aut ictu nocens.* v. **Szczypiący.** ὁ ἄδηκτος. *non mordax.*

Kąſam / Mordeo, *Plaut. Cic.* Momordi, *& memordi priſcè Plaut. & Enni. Canis me memordit.* δάκνω, ἐνδάκνω, καταδάκνω, κάπτω, ὀδάξω, κνιδάω. Lanio dentibus, *Liu.* Lacero morſu, *Cic.* Vello morſu *P. Stati.* Petere, Mandere morſu, *Lucret.* Morſico, *Apulei.* σαρκάζω. Mãdere artus ſuos, *Senec. in Thyeſt.* Admordeo aliquem, *Propert.* Imprimo notam labris: Illido dentem alicui rei, *Horat.* Suſpenſis dentibus catulos tractat canis, *apud Lucr.* **nieśćiſkáiąc.** Figo dentem in aliquid, *Ouid.*

Kąſánie / Morſus auium, *Cic.* Morſus leonis, *Sen. in Troad.* Morſiuncula, *Plaut.* ἡ δῆξις, κάψις, τὸ δῆγμα. Mordacitas *eſt vis ad mordendum, Plinius tranſtulit ad herbas, vrticas &c.* Aculeata mordacitas, **ʒgliwość / pá rzenie.** Mordicibus me aſini ſcindãt, *Plau. in Aulul. i. dentibus. ſic legunt Nonius, Douza, Taubm. Apud Apuleium etiam,* mordicibus appetens *legit Coluius, & Steuech. ſed Turneb. & Lambi.* mordicus *legunt apud Plaut. Mordicitùs Gruter. At Siberus Mordices dentes interpretatur, vt nutrices pro mammis Catull. Morſificatio ciborum apud Feſtum legit Scalig. vbi alij legunt mortificatio, mollificatio.* Adactus dentis, *Lucret.* **Przyćiśnienie** *propriè.*

Káſek / kęs. v. **Sztuczká / Trochá / & Máło / Trochę / Szczątek.**

Káſek piękny / Grzánká tr. ὁ βῶλος. *Bolus magnus, non vulgaris. Terent.* Crucior tantum bolum ereptum mihi e faucibus. ὁ ψωμὸς καλὸς. Libamentum, *Senec. epiſt. 84.* Debemus inſtar apum libamenta illa varia in vnum ſaporem confundere, *i. quæ lectiora & digniora legendo obſeruauimus, ſtylo redigere in vnum corpus, vt ſup. in ead. ep. dicit.*

Kąſkámi / Fruſtillatim, *Plau.* κατὰ μερίδας, κατὰ λεπτά.

Káſowánie / Infirmatio rerum iudicatarum, *Cicer.* Reſciſſio decreti, *Vlpi.* Inductio. Superinductio *idem* ἡ ἀναίρεσις, ἀθέτησις.

Káſowániu ſłużący / Reſciſſorius, *Vlpian.* ὁ ἀναιρετικὸς, ἀθετούμενος.

Káſowány / ὁ ἀθετούμενος, ὀβελιζόμενος, χαραχθεὶς, διαχαραχθεὶς, ἀπαλειφθεὶς, *inductus.* ὁ ἀνάδικος, *reſciſſus.* ἄπρακτος, *irritus.*

Káſuię co / nieważno czynię. Induco nomina, locationem, ſenatus-conſultum, *Cic. Vlpi Bud.* Induco decretum, *Suet.* Reſcindo inſtituta alicuius, iudicium, damnationem, voluntatem mortui, rem iudicatam. Acta alicuius tollo & irrita facio, conuello, diſſoluo, *Cicero.* Reſignare fidem tabularum, *Cicer. i. abrogare, abolere, Budæ. Manuti.* Expungo aliquid e codice, *Budæ. Plaut. & I. C. Irrito I. C. ex* in *&* rato, *as. priſco. i. non habeo ratum, reddo irritum, Sipontin.* Infectum reddo, *Horat. Plin. iun. Infectum facio quod factum erat, Bud.* Omnia pro infecto ſint. Facta infecta eſſe occlamitat: infecta dona facit, *Plaut.* Circumduco edictum, *Vlpi.* ἄκυρον ποιῶ: διαχαράττω, ἀκυρόω, ἀποκυρόω, ἀθετέω, χαράττω διαθήκην. Improbo teſtamentum, *Plin. iun.* Procitum teſtamentum *Feſto, i. irritum ac ruptum, à procieo.* **Nieważny / Káſowány.** Reuoco facta, *Ouid.* Reuoco in irritum geſta, *Senec.* Retexo orationem meam, *Cicer.* ἀπειπεῖν. vide **Znoſzę** ἀποσπογγίζω. Spongia medeor. *i. deleo, vt alluſit Auguſtus apud Suetonium.*

Káſyá / káſſyá / v. **Fiſtułá drzewko.**

Káſyá poſpolita / proſta / nieprawdźiwa / *Siliqua Ægyptia. Caſſia ſolutiua, Matthiol.*

Káſzá / Puls, *tis. fe. Cic. Plin. ſic dicta, quòd ex farre in puluerem redacto fieret, Sipont. & hoc differt à polenta, quæ ex toſto hordeo & mediocriter fracto, aut tantùm pinſito fiebat; puls autem ex alica, tritico, immò & milio, vt Plin. docet. apud nos* **Káſzá tágláná / tátárczána / pſzenna / grochowká /**

grochowká/ſoczewiczna &c. *Græcè dicitur ὁ πόλτος, & τὸ πολτάριον.* Pulticula, *Colume.* Pulticula cocta ex quouis frumento. Pulmentum, *Var. Apulei.* Pulmentum lenticulæ, *Caßiano.* & pulmentarium, *Plin. Iuuen.* (*τὸ πυλημάτιον*) *à pulte vtrumq; deducitur, teſte Var. & Plin. Dicitur autem pulmentum & pulmentarium, vel puls ipſa, vel alteri cibo admiſta, Iſidor. τὸ ἑψητὸν ὄψημα. i. pulmentum elixum è pulte leguminis. ὁ λέκυθος, vel λεκίθος ὀρόβινος, κυάμινος, puls vel farina erui, faba cocta, aliter* v. Potráwá. *Polenta coquebatur eſui vel potui, vt conſtat ex 5. Metamorph. Ouid. vbi dicitur.* Lymphamque roganti dulce dedit toſta quod coxerat antè polenta. *Itemq;.* Cum liquido miſtâ perfudit diua polentâ. *Et Ruell. Iuri, inquit, iniicitur polenta ſpiſſando.* Fritilla. *infrà mox.* Farratum, *Iuuen. cibarium ex farre.*

Kaßá dźiećinna/káßká drobna rzadko vwárzona. Athara, *puls ex farina, Cælio Rhod.* Athera, *Iunio, ſorbitiuncula pulticulæ liquidæ ſimilis, ex polline zeæ tenuiſſimo. ἡ ἀθάρα, ἀθήρα, ἀθάρη, ἀθήρη. eſt puls, polenta, ſorbitio, vel medicamentum ex tritico, vel alijs frugibus, minutè molitis, Henr. Steph. ex Græcis ex tritico & lacte, Heſychi.* Athara, *Plinio eſt medicamentum ex olyra ſeu arinca, quo infantes illinuntur (& alij) ſ. humectandi corporis, vel abſtergendarum ſordium gratia, Dalecamp.* Athara *eſt cibus Matthiol. ex Dioſcoride. ἡ ἀθάρα, Scaligero eſt* Fritilla. Fritilla puls, *apud Plinium, ex farina fricta, Dalecamp. alfitilla. vt & Arnob. habet.*

Káßá tárta/ przećierana przez durßlak/ Kremor/ Grucé ięczmienna/ *&c.* Sorbitio ex hordeo vel ex alica, *Plin. Gorr. Lauin. Lamb.* Cremor hordei, *Ouid. ſed ad faciem colorandam eum adhibet.* Cremor ptiſanæ, *Celſ. Gorr. Liquor expreſſus ex grano macerato: ptiſanæ ius, ſuccus, Gorræ. τῆς πτισάνης χυλὸς ἢ ῥόφημα.* Ptiſanarium orizæ, *Horat. i. ſorbitio, puls ex oriza, Lamb. vel ſuccus ptiſanæ, qui parari poteſt ex tritico, alica, zea, oriza; ſed laudatiſſimus ex hordeo, Lauin. πτισάνη à πτίσσω tundo ducitur, quare prima ſyllaba produci deberet, quam Hor. & Mart. corripiunt. τὸ ἄλφιτον eſt puls vel farina ex hordeo toſto. ἡ ὠμήλυσις, ex crudo, Bud. ex Etymolog. Dioſcor. κριθῆς ἀφλοίου χυμὸς, Heſychius. hordei pinſiti ſuccus.* otłukánego ięczmienia ſok. *Vulgò in officinis tenuior liquor ex hordeo mediocriter cocto, ptiſana dicitur: ex multùm cocto craſſior liquor, crêmor appellatur.*

Káßony/ Pulmentaris cibus, *Plin. Sipont.* [*ὁ πολτάριος. i. pultarius. ſed hæc vox ſubſtantiuum eſt Latinis.* v. Gárnec. Farrata olla, *Perſi. i. pulte ſeu offa pultis plena. ἡ ἀθηρικὸς, ἀλευρικός.*

Kóßę ſię ná co/ ná wielkie rzeczy *tr.* Specto magna, *Cic. μεγαλοφρονέω: ὑψηλοφρονέω, alta ſapio. Simile eſt illud Liu.* Spirare tribunatum. Tentanda via eſt qua me quoque poſſim tollere humo, victorq; virûm volitare per ora, *Virg.* v. Pnę ſię *tr.*

Kaßel/ Tuſſis, *fe. Ter. Plin.* Tuſſicula, *Plin. ἡ βήξ, χός.* Tuſſedo, *fe. Apul. τὸ χελώνιον ſicca tuſſicula.*

Kaßerz/ czerp. *ὁ ἀρυστὴρ δικτυωτὸς. Hauſtrum reticulatum, quo piſces ex viuario extrahuntur. Reticulum hauſtorium. τὸ δικτύδιον ἀντλητικόν.*

Kaßlacy/ *Tuſſicus, Firmic. ὁ βηχικός.*

Káßle/ Tuſſio, *is. Plau. Mart. βήττω, βήσσω, χελύσσομαι, χελύττομαι, χελύω.*

Kaßlowy/ Tuſſicularis, *vt* Tuſſicularia medicamenta, *Cælio Aurelian. ὁ βηχικός.*

Kóßtan/ drzewo. Caſtanea, *Plin. ἡ Διὸς βάλανος.*

Kaßtan/ owoc. Caſtanea nux, *Virg. Colume. Plin. τὸ καστανάϊκὸν κάρυον: λόπιμον κάρυον. τὸ κάστανον.* Caſtanea *abſolutè Virg.* Balanus, *fe. & m. Plin.* Balanus Sardianus, *Plin.* Sardiana *legit Geſner. feminino, negatq; rectè legi maſculino genere, ἡ βάλανος Σαρδιανή. idem.* Balanitis, *idis. fe. Plin.* Caſtanea rotunda. *ἡ βαλανῖτις.*

Káßtanki ziemne/ ziele. orzechy ziemne. Cyperus eſt iuncus anguloſus, *Plin.* Iuncus quadratus, *Celſo. Cyperus dulcis, Siren. ex Theoph. ἡ κύπειρος.*

Kaßtanowa łuſká zwierzchnia kolaca. Echinus, *m. Plin. ὁ ἐχῖνος.* Echinatus calyx caſtaneæ, *Plin.*

Kaßtánowa łuſká gładka/ v. Łupiná.

Kaßtánowy/ Caſtaneus, *Plin. Colume. καστανάϊκός.* [*καστάνινος. Caſtaninum oleum. Sipontin.*

Kaßtánowy/ *i.* fárby káßtánowey. v. Ciſáwy.

Káßtánowy laſek/ ſad. Caſtanetum, *Plin. ὁ καστανών, ῶνος.*

Kaßtány wodné. v. Orzechy wodné.

Káßtelan/ *Legatus Palatini, ſ. tempore belli, Cromer. Princeps diſtrictus, & Vicarius Palatini in Conſtitut. Regni.* Caſtellanus *vulgò. ſed Latinis eſt adiectiuum, ſignificans aliquid ad caſtellum pertinens; vt Caſtellanus triumphus Cic. ex caſtellis captis. Caſtellani agreſtes, Liu. in caſtellis habitantes.* [*καστελλιανὸς Niceta. & in Eclog. Imperat. καστελλάνοι στρατιῶται, milites in caſtellis, i. in locis munitis & præſidijs.*

Káßtelania. [*τὸ καστελλανίκιον. Anonym. vulgò Caſtellania, i. Præfectura caſtelli. Meurſ. Polonis aliud ſignificat, vt proximè dictum. ſ. Legati vel vicarij Palatini officium.*

Kát/ Carnifex, *Cic. Terêt ſic dictus, quòd carnes ex homine faciat, Donat. vel quòd carnem afficiat. Iſidor.* Tortor, *Cic. Iuuen. ὁ τιμωρὸς, ὁ ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, ὁ βασανιστής. At ἡ βασανίστρια.* **Katowká/** *carnificis vxor. ὁ δήμιος, ὁ ἀνδράγχος, i. viros ſuffocans.* Tintinnaculus, *Plaut. in Truculent. carnifex, à tinnitu plagarum, quas inferebat reo, vel potiùs à tintinnabulis, quibus, vt Zonaras teſtatur, ornabat reum, vt omnes eius contactum fugerent, Lipſ. Turneb. Lamb. Taubman.* Exactor ſupplicij, *Liu. Apud Caßiodorum l. 7. variarum, c. 10.* Tribunus (*i. præfectus*) voluptatum, *vocatur, qui præeſt ludicris & proſtitutis.* Confector *apud Adonem Vienn. à conficiendo, carnifex. κομφέκτωρ vocat Euſeb.*

Kát/ *tr.* v. Okrutnik/ Morderca/ Zła rzecz/ *&* Co 2.

Kąt/ Angulus, *Cic. Var. ἡ γωνία, ἡ ὄγκη.* Verſura porticus, *Vitru. l. 5. c. 6. interpretatur Philand. & Bernard. Baldus verſuram in angulis interioribus,* vide *etiam* Węgiel 1. *ὁ γωνιασμός.*

Kąt/ *tr.* **miéſce ſkryte/ ábo niépoczéſne.** Vmbraculum, *Cic.* Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otioque in puluerem & ſolem produxit. Angulus, *ἡ γωνία Terẽ.* Interea in angulum aliquo abeam. *Cic.* Nemo in angulo totius Italiæ fuit, &c. Latebra, *Lucan.* Tuta tibi latebra Lesbus erit, *ὁ κευθμών.* Tenebræ, *Cic.* Iacere in tenebris. *τὸ σκότος, ους. tr. Xenoph.*

Kátáfalk/ Pegma, *tis. n. apud Senecam, machina in ludis, triumphis varia. τὸ πῆγμα, Ioſepho.* Mauſoleum, *Suet. Gell. Mart. Plin. τὸ μαυσωλεῖον.* Heroum, *Cic. ſubſtan. neut. τὸ ἡρῷον, τὸ ἡρώειον, i. monumentum vel fanum herois. μνημεῖον idem Heſychius.* Faſtigium, *Cic. Philipp. 2. interpretatur Beroald. ſuggeſtum lignis ingentibus compactum, ſpecie quadrangula, æquis lateribus, in faſtigij formam exteriùs intextis auro, ſtragulis, eboreis figuris, & picturis exornatum. de quo plura Herodianus in Seuero. vbi fateor de apotheoſi ſermo eſt apud Ciceronem, ſed & noſtra pegmata funebria, non niſi magnis viris & heroibus erigi ſolent, vel certè deberent, non alijs.*

Kátáráktá/ Okó záćie. Suffuſio oculi, *Celſ. Plin. Gorræ.* ἡ ὑπόχυσις. τὸ ὑπόχυμα. Glaucoma, *n. t. Plin. Lamb.* Glaucoma, *æ. Plaut. Priſcian. Lambin.* τὸ γλαύκωμα. *tenebroſum magis oculum reddit quàm ſuffuſio. Glaucoma eſt vitium humoris cryſtallini, in colorem glaucum mutantis, ex ſiccitate prouenιens. Hermol. ex Paulo.* Suffuſio, *eſt humor inter corneam & cryſtallinam membranam concretus, pupillam obſcurans, hac laborantes, muſcas & nubeculas ante oculos volitantes vident, Gorræ. Cataracta, vulgo medicorum, Iunius.*

Kátechyzm/ v. **Náuká Chrześćiáńſka.**

Kátechyzuie / vide **Nauczam wiáry.**

Kátedra doktorowſka / miſtrzowſka. Cathedra, *Horat. 1. Sat. 10.* ἡ καθέδρα.

Kátedrá / *aliter* vide **Tum.**

Kátne iélito / vide **Kißká kátna.**

Kátny / Angularis, *Columel.* ὁ γωνιαῖος.

Kátuie / iáko kát śiecze. Carnifico aliquem, *Liu. paßiuo vſus eſt.* Nunciauerunt carnificari iacentes. καταχειρουργέω, λυμαίνομαι, ἐσπαρκίζω.

Kátolicki / ὁ καθολικός. *Catholicus, ea vox latiſsimè patebat apud antiquos, vt vox vniuerſalis, ſic apud Quint. præcepta Catholica: poſteriores reſtrinxerunt eam ad Eccleſiæ vſum, partim Adiectiuè vt hoc loco, partim Subſtantiuè vt mox.* ὁ ὀρθόδοξος, *i. rectæ opinionis circa diuina, in Cod.*

Kátolik/ *Catholicus, i. Catholicæ religionis ſectator, & propugnator,* ὁ καθολικός.

Kátowánie / Okrutne zábiiánie / mordowánie. Carnificina, *Cicer.* Non eſt ea medicina, ſed carnificina. ἡ κρεουργία. Cruciamenta dolorum, *opponit Cicer.* tormentis carnificum. ὁ βασανισμός. Trucidatio, *Cicer.* Laniationes hominum, *Senec.* ἡ σπάραξις. Laniatus, *m. Cicer.* ἡ ἄμυξις.

Kátowczyk / vide **Hecel.**

Kátownia / Kátuß. Carnificina, *Liu.* Ducere in carnificinam aliquem. τὸ βασανιστήριον, τὸ κολαστήριον. *Supplicij locus.* **Męczennicá.** Spoliarium, *Lampridio, Seneca, Rhodigino.* Charonium, *Idem.* Gemoniæ, *idem Loënſi.*

Kátowſki/ Carnificinus, *Plaut.* O Carnificinum cribrum, *aliter* carnificium, *aliter* carnificum. Carnifex *Adiect. Mart.* Carnificem auem, *i. lacerantem, Claudian.* Carnifices epulæ, *i. cruciantes. quomodo Poloni vocem* **kátowſki** *pro moleſto & crudeli vſurpant.* [ὁ βασανιστικός.]

Kautérium / apertur̃á czyniona / dźiurá w ſkorze przepalona/ ná odbyt wilgotnośći. τὸ καυτήριον. *Cauterium pro ſtigmate inuſto Budæ. ex Plin. qui l. 22. c 23. dicit de Silphio.* Tempeſtiuius datum, *(ſumendum)* cauterij vim obtinet. Vulnus quod fit aduſtione, *Cælio. R.* τὸ τραῦμα κεκαυτηριασμένον.

Kauteryum náczynie. τὸ καυτήριον. Cauterium *& quidem primariò ſignificat inſtrumentum, quo fit aduſtio, Tertul. Plin. Firmic. Gorr. Polonicè* **żegádło/** *quanquam ea vox de veterinariorum inſtrumento tantùm hactenus vſurpata eſt, quia medicorum vel chirurgorum ſimile inſtrumentum inuſitatum, & ignotum erat, & illi ad notam inurendam brutis, hi ad viam humori ſuperfluo & noxio aperiendam, in corpore humano eo vtuntur.* Cauter, *eris. m. Pallad.* ὁ καυτήρ, ῆρος. τὸ διάπυρον καυτήριον. *At* καυτηριάζω. *cautere inuro.* Cauſticum *etiam Plin. l. 26. c. 8. vocat id, quo fit vſtio.* Eſt enim, *inquit,* tam feruentis naturæ, vt pro cauſtico in vſu ſit, *& l. 2. c. 9.* Cinis ſtirpium aridorum braſſicæ, inter cauſtica intelligitur. τὰ καυστικά. Cauterium *deniq; fuit inſtrumentum pictorum, quo inurebant tabulis colores. Turneb. Martian. I. C. Cælio Rhodig.*

Kauteryzowánie / Vſtio, *Celſ. Plin.* ἡ καῦσις. Aduſtio, *Sipont. Cauterizatio, Cælio R.*

Kauzá / vide **Spráwá ſądowa.**

Kauzy odpráwuie / Prokurátorſtwem ſie báwie. Ago, actito, defenſito cauſas, *Cicer.* Oro cauſas, *Ter. Cic.* Peroro cauſam, litem, *Cicer.* Defendo cauſam, *Horat.* Verſare cauſas in iudicijs, *Cicer.* ἀπολογέομαι δίκην ὑπέρ τινος· ἀπολογέομαι ὑπέρ τινος· δίκην εἰπεῖν. Aduoco, *as. abſolutè Senec. i. aduocati munere fungor.*

Kowá / kawká. Gracus, *Varr.* Graculus, *Cic. Plin. Feſt. à ſono vocis deducit Quintil. & refutat Varronis etymologiam deducentis graculum, à gregatim volando.* Monedula, *Cicer. Plin. Geſner. ſic dicta, quòd monetam furetur. vt Cic. pro Flacco inſinuat, auri amorem ei tribuens, & Ouid. ſimiliter. Monetulam ſcribit Scalig. à Moneta Iunonis nomine.* ὁ κολοιός, ὁ λύκος *&* βωμολόχος. *Ariſtot. i. lupus & ſcurra,* ἡ κορωνὶς μικρότερος. *i. parua cornix, vel cornicula Tzetzi. ex Homero, & Gabria. Aliqui ſcriptores graculum, diuerſam à monedula auem eſſe putant; alij graculum cum cornice confundunt, eò quod tres ſint graculorum ſpecies ſub eodem genere, maior par coruo, minor, & minima, apud nos medij generis tantùm viſuntur.* Cornicula *Horatij eadem quæ Graculus Landini, Lambini, Eraſmi; & eadem quæ* κολοιὸς *Luciani, Themiſtij, Gabriæ. Scio Geſnerum corniculam cornici iunxiſſe, ex Baruch prophetæ, fortè ideò quòd apud Septuaginta ſcriptum ſit* κορῶναι. *quæ vox cornices ſignificat, & pleraq; notæ, quæ cornici tribuuntur, etiam graculo quadrant,* vide **Wroná.** *De Pyrrhocorace* vide **Kruk.**

Káwolec czégo / vide **Sztuká.**

Káwaler / *idem.* **Zołnierz konny.**

Káwalkator / Equiſo, *Varr.* Equiſo doceat equum tolutim incedere. ὁ ὑποδαμαστής : πωλοδάμνης, πωλοδαμαστής. Domitor, agitator equorum, *Cicer.* Domator equorum, *priſcè Tibull.* Exercitator equorum, *Firmic. Macrob.* ὁ ἡνιοχευτής, ὁ διδάσκαλος ἱππικῆς, *i. magiſter equeſtris diſciplinæ.* ἡ ἱππική. Ars equitandi. Deſultor, *Varr. Bud. ſ. qui in campo equum ſine ephippijs & curru agitat. Sipont.* ὁ καβαλλάριος. *Cedren. Gloſſ. Magiſter equitandi.*

Káwecze / kárpie / duma nád czym. Conſumo ætatem in aliqua re, *Cic.* διάγω βίον μανθάνων· διάγω χρόνον ἐν τῷ πόνῳ· ἀκινήτως ἐπιμένω τῷ· ἔγκειμαι τῷ: **Léże nád czym.** Affixus ſum alicui rei, *Tibull.* προσηδρεύω τῷ, *vel* πρός τιν. τοῖς βιβλίοις προσηλώθη, *i. libris clauis affixus eſt.* vide **Siedzę ná czym / Vmieram nád czym.**

Kaydan / vide **Peto.**

Kázalnicá / Kátedrá káznodźieyſka. Suggeſtum, *n. Cic.* Illud ſuggeſtum in quo cauſam dixerat, *Idem,* Cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. Suggeſtus, *m. Plin.* In ſuggeſtu roſtra defixerat. ὁ ἄμβων, ωνος. Ambo, *onis. m.* Ambones *apud Varr. legit Turneb. & interpretatur eminentias, loca edita, & ſuggeſta, Scalig. prominentia.* Concio, *Liu.* Aſcendere in concionem, *ita vſurpat & Gell. Alexand. Scot.* ἡ ἐκκλησία, *Demoſt. Luciano.* Superior locus, *Cicer.* De ſuperiori loco dicere. *Pulpitum, Suet. Sipont. Iuni. Alex. Scot.* Roſtra, *n. plur. Cic. Liu. Area ſiue forum Romæ, in quo erat ſuggeſtum. ex nauium Antiatium captarum roſtris extructum, & ſpolijs varijs ex hoſtibus captis ornatum, ex hoc loco magiſtratus ad populum verba faciebant. quare & ſuggeſtum ſimpliciter ſignificat, vt* aſcendere in roſtra, *Liu.* Cùm peroraſſet, deſcendiſſetque è roſtris, *Cicer. Pro roſtris, i. in roſtris, Feſt.* Pro-

roſtra *vocat Iſidor. hic ſtatuæ etiam illuſtrium virorum ponebantur, vt ex Cicer. conſtat. Verti poteſt,* **Kázálnicá Rzymſkich** dignitarzow.

Kazánie/ rzécz do ludu. Concio. Oratio, *Cic.* ἡ δημηγορία. Conciuncula *diminut. ſed Cic. pro auditoribus paucis, ſeu paruo numero hominum accepit.* Panegyricus, *Cicer.* Oratio ad popularem delectationem apta, *Quin.* ὁ πανηγυρικὸς λόγος. Dictio. Dictio oratoria, *Cicer. At* ἱερολογία *ex Dionyſ. Areopag. concio ſacra.*

Kazániu ſłużacy / Concionatorius, *Gelli.* Concionatoria tibia. Concionalis, *Quintil.* Concionale genus dicendi. *Cicero.* Concionalis clamor, **Słuchaczow wołánie.** Concionarius populus, *Cic. ad concionem congregatus.* ὁ ἐκκλησιαστικός, δημηγορικός.

Każda rzécz / *Quidq. Cicer. Colu.* ὁτιοῦν.

Każda ráza / **Co-raz.** καθ᾽ ἕκαστον χρόνον. *Singulis temporibus.* καθ᾽ ἑκάστην ἐναλλαγήν. *ſingulis vicibus.* v. **Co-raz.**

Każdego dniá/ vide **Co-dźien.**

Każdego roku / vide **Co-rok.**

Każdo-dźienny / vide **Co-dźienny.**

Káżdy/ **wſzelki.** Quiſq; *Cic.* Infimus quiſq; *Idem.* Optimum quidq; rariſſimum. Quiſq; homo, *Plaut.* Quilibet, *Cicer.* Cuilibet arti idoneus, *Horat.* Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt, *Ouid.* ἕκαστος. Omnis pars, omne flagitium, omnibus mentibus, *Cicer.* Omnibus annis, ætatibus, *Plin.* πᾶς παντός: πᾶς τις; πᾶς ὅστις: πᾶς ἕκαστος. Omne genus, *Cicer.* In omni genere artium excellere, *i. in omni arte. Sic* In aliquo genere peccare, *idem Cicer. i. in aliqua re.* Nemo non videt, *Cicer. Liu.* Nullus non, *Sueton.* Nullius non facinoris ſocietas. ‖ *Mart.* Nulla non luce ducentos facis verſus. Nemo eſt quin arbitretur, *Cicer.*

Każdy z oſobná / Vnuſquiſque noſtrum. Vnuſquiſque & vniuerſi: ſingillatim vnicuique denuntiabat, *Cicer.* εἷς ἕκαστος. Singuli, *Cicer.* Singulis agam gratias, & vniuerſis. *οἱ καθ᾽ ἕκαστον, vel ὁ καθ᾽ ἕκαστον.* Priuus, *Cato.* Opercula dolijs & ſerijs priua, *Lucret.* Vox in priuas ſe diuidit aures: in priuas horas: in priuos dies. ‖ *Liu.* Vt priuas verbenas ſecum ferrent, *Lucil.* Abdomina priua, *vtitur & Horat. Gelli. Feſtus. hinc priuata, quæ vniuſcuiuſq; ſunt, Feſt.* Viritim diuiſit agros ciuibus, *Cic.* Agros viritim attribuit, *Varro.* **Każdemu z oſobná.** In viros diuidere nummos, *Plaut.* κατ᾽ ἄνδρα.

Káżdy zá śie / vide **Zá śie káżdy.**

Káże / vide **Pſuie.**

Káże co komu / vide **Roſkázuie** 1.

Káże dáć / vide **Zadam ſłowy.**

Káże hárdźie ná co / v. **Vfam w co. Chełpie śie.**

Káże przynieść / **przywieść** / **przyzwáć.** Arceſſo, *vel* acceſſo, *Horat.* Sin melius quid habes, arceſſe. *i. iube afferri, Lambin.* ‖ *Cicer. ad Attic. 16.* Ego & eius librum arceſſiui, & ad, *&c. ſic legit & interpret. Lambin. Idem Cicer. 7. famil.* Certiorem me facias velim, vbi ſint (*pictæ tabulæ*) quomodo arceſſantur, quo genere vecturæ. *vbi Manut. dubitat, vtrum arceſſantur an accerſantur ſit potiùs legendum; & vtramq; lectionem probat. idem facit Leuin.* v. **Przyzywam kogo.** Arceo & arcio, *idem quod* accio, arceſſo, *vt capio, & capeſſo, Scalig. Verbena, ex loco ſancto arcebantur à Conſule, Feſt.* Facio citari aliquem, *Ammian.* Facio alicui nuntiari aliquid, *Trebelli.* κελεύω προσφέρειν. μεταστέλλομαι, μεταπέμπομαι. *mitto qui aduocet.*

Káże / rzécz do ludu mam / Kazánie czynie. Concionor, *abſolute.* Concionor ē ſuperiori loco: è turri alta: concionor de aliqua re, *Cicer.* Concionor ad populum, *Sueton.* Concionor apud populum, *Cæſ.* Concionem habeo, *Plautus, Cicer.* Dico, ago de loco ſuperiore. Orationem ad populum habeo, *Cic.* Orationem apud aliquem habeo, *Quintil.* Sermonem apud populum habeo, *Plin. iun.* δημηγορέω, ἀγοράομαι, ἀγορεύω τοῖς, ὑπέρ τοῦ; διαλέγομαι περὶ τοῦ: ἐκκλησιάζω, ἱερολογέω, ῶ. *de rebus ſacris vel diuinis dico ad populum.* Ad virtutem verba facere, *Symmach.*

Kążenie / vide **Pſowánie.**

Kaźićiel/ v. **Skáźićiel.**

Káźirod/**káźirodźiec.** Inceſtus homo, *Cicer. Stat.* Inceſtæ virilitatis homo, *Tacit.* Inceſtificus, *Senec. in Thyeſt.* ὁ αἰσχρουργὸς, ὁ αἱμομίκτης, *quaſi ſanguinem miſcens, qui ſanguine iunctis flagitioſe miſcetur.* Quoties ſic ſanguine mixto naſcitur Aeacides, cui fas implere parentem, *Lucan.*

Káźirodzki/ Inceſtus, *Cicer.* Inceſtum ſtuprum, flagitium. ‖ *Tacit.* Inceſtæ nuptiæ, διεφθαρμένος. *&* Inceſtè, *Cicer.* **Káźirodzkie.** διεφθαρμένως.

Káźirodztwo / Inceſtus, *us. m. &* inceſtum, *n. Cic. Suet. Quintil.* Inceſtum, *Nonio. eſt flagitium inter affines admiſſum.* ‖ *Feſto. à Græco* ἀνήκεστον, *i. facinus ſine ceſto cingulo Veneris legitimæ admiſſum.* ὁ μιασμός. ἡ διαφθορά, ὁ ἀνόμιμος γάμος. *Amor vetitus fratris vel ſororis, ex Ouid.*

Káźirodztwem śie / **ábo kogo zélżyć.** Inceſto flagitio aliquem polluere, *Cicer.* Inceſtare filiam, *Tacit.* Inceſtare thalamos nouercæ, *Virgil.* διαφθείρω τὴν κόρην συγγενῆ.

Kaźń / v. **Karánie.**

Kaznodźieiá/ Concionator. Orator, *apud Cicer.* Concionalis ſenex, *apud Liu.* ὁ δημηγόρος. *Rectè etiam dicetur Orator, vel Concionator ſacer, vel diuinus.* Præco diuinus. *Diuinorum oraculorum interpres. Orator Euangelicus. Prædicator diuinarum laudum, beneficiorum. Doctor diſciplinæ cæleſtis.* ὁ ἐκκλησιαστής; θεηγόρος. ὁ ἀπὸ βήματος, *i. à concione vel à concionibus.*

Káznodźieyſki / Concionalis, *Quintil.* Concionatorius, *Gelli.* ὁ δημηγορικός.

Kázub / **kozubek** / **kozubek z łubku** / **z ſkóry drzéwney.** *Vtriculus ex cortice molli, vel ex alburno, aut libro arboris.* τὸ ἀσκίδιον φλοιῶδες.

Kazus z łácinſká / **náuká do dobrégo rządu ſumnienia y żywota.** *Vulgo Caſus, vox Latina; ſed hoc ſenſu ignota Latinis. quare meliùs dicetur: Doctrina de finibus bonorum & malorum in re Chriſtiana. Quæſtiones de moribus ad vitam conſcientiamq; ex lege Chriſti moderandam. Controuerſiæ ad conſcientiam pertinentes. Res ad officium Chriſtiani hominis ſpectantes. Fori interni quæſtiones.* ἡ περὶ τῶν κατορθωμάτων διδαχή. τὰ τῆς συνειδήσεως διδάγματα. Ars exſoluens animos nodis religionum, *Lucret. l. 1. & 4. Item* v. **Przypadek** 2. *Sic quod vulgò dicitur, Proponere caſum, dices Proponere ſpeciem facti generatim diſcutiendam. Factum aliquod verum vel fictum, quam rectum ſit exquirere. Incidit talis ſpecies facti, ex Plin. iun. Bud.* **Tráfił śie táki kazus.** ὑπόθεσις, & θέμα. *Bud. i. poſitio facti.*

Kedy/ v. **Gdźie. Kedykolwiek**/ v. **Gdźiekolwiek.**

Kędźierzáwie. Criſpo capillum, *Plin.* βοστρυχίζω τὰς τρίχας. Criſpo comam calamiſtro, frango in gradus comam, *Plin. iun.* Calamiſtris inuro capillos, *ex Cic.* Comas inuſtas acu comere, *Quintil.* Vſtulare ardente ferro crines, *Pacu.* Vibrare crines ferro, *Virg.* πλέκειν τὴν κορυφήν. *Phocyllid.*

Kędźierzáwo / βοστρυχωδῶν. *aduerb. in modum cincinnorũ.*

Kędźierzáwość / ἡ οὐλότης, ητος. *Criſpitudo. Gaza.*

Kędźierzáwy ábo kędźierzáwiony / kędźiorek. Cincinnatus, calamiſtratus : criſpus homo : homo calamiſtratâ comâ, *Cic.* Cirriger, *Lucan. Claudian. Sidon.* Vibratus, *infrà mox.* Cirratus, *Perſ. Mart.* Criſpulus, *Mart.* Criſpatus, *Claud.* ὁ, ἡ βοστρυχώδης, εος. ὁ εὐβόστρυχος, καλαμιδωτὸς *calamiſtratus.* ὁ οὖλος, ου. οὐλότριχος, ἔπικλος, πόρκλος, οὐλόθριξ, χος. ὁ κικιννωτὸς, ὁ σιμβαλοκόμης, ου. *criſpus. At* σιμβαλοκομάω, *&* σπαβαλοκομάω, ῶ. *ſum criſpus.* Benè capillatus adoleſcens, *Cic. in vitio.* ὁ ἀκερσεκόμης, ου. Intonſus deliciarum cauſa, *vt Iuuen. hac voce vtitur,* **gálant / głádyſz.** Crinibus in nodum tortis homo, *Mart.* Subcriſpus, *Varr.*

Kędźior / kędźierzé / kędźiorki. Cincinnus : calamiſtrata coma, *Cic.* ὁ κίκιννος. Cinnus, *Plaut. in editione Longolij. ad ornatum orationis tranſtulit cinnum Cic.* Cirrus, *m. Var. Ammi. Turn.* Intorti capilli, *Martial. Sils.* Contortus crinis, *Senec. in Hippol.* Annuli comarum, *Mart.* Vibrati calido ferro crines, *Virg.* Vinnus, *eſt cincinnus molliter flexus, Iſidor. I. Douza. (vnde vinnulus, vinnulatus.) Studioſos cincinnorũ Abyſsinos prodit Nicol. Godign. adeò, vt ne diſturbentur, ituri cubitum furcillam deſigant in terra, & inter cornua illius immiſſo collo, pendente capite ſomnum capiant.* ὁ βόστρυχος, ου. ὁ βόστρυξ, χος. ἡ ἄσλιγξ, γγος. τὸ βοστρύχιον *diminut.*

Kędźiornik / borwierz co włoſy tráfi. Ciniflo, *m. onis. Plau. quia in cinerem flat calfaciens ferrum, Meurſ.* Concinnator capillorum, *Colum.* Cinerarius, *Var. Catul.* ὁ βοστρυχίζων ὁ κεροπλάστης, ου. [ὁ βοστρυχοποιός.] τριχοπλάστης. *Syneſ. capillos formans ſtudioſe ſuos vel alienos.*

Kędźiorny drót / Calamiſter, *m. Cic.* Calamiſtrum, *Var. Seru. Focale Horatij non idem ſignificat, vt vult Rob. Stepb. ſed v.* **Kołnierz.** *Calamis, idis. fe. Calio Rhod.* ἡ καλαμίς, ῖδος. τὸ κομμωτήριον, τὸ κομμωτρίδιον.

Kępa / *Ceſpes gramineus ex aqua vel ex paludibus eminens. Ouid.* Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum. ὁ βῶλος χορτώδης ἐξέχων.

Kęs częgo. v. **Trochę / Máło 4.**

Kęs / vkąſzenie. *vt,* **dwá kęſy / trzy / ieden.** Buccea, *Suet.* Bucca, *Mart.* Orare buccas panis. Buccella, *Mart.* Bolus, *Ter. Auſon.* ὁ βῶλος, ὁ ψωμὸς, οῦ. τὸ ψωμίον, ου τὸ ψώμισμα, ατος. ὁ ζωμὸς, οῦ. τὸ ζωμίδιον, ὁ ἔγκαφος. ἡ ἔνθεσις, εως. ἡ ἄκολος, ου. ὁ κόλαβος.

Kęſy / kuſy. Mutilus caudâ, *vt apud Caſarem. mutilus cornibus. & Cic.* Mutila & decurtata aliqua in oratione. Curtus equus, *Proper. i. caudâ carens, Scalig.* ὁ κολοβοῦρος, μείουρος, κόλουρος, κόντουρος, κολόκερκος, κόλος, κολοβὸς, ἀποκόλοβος, ἀπόκοπος, ἀπότομος, ἄκερκος, ου. *i. ſine cauda.* κερκόλιψ, κολοβόκερκος. *&* μειουρίζω, *ſum caudâ decurtatâ.*

Kęnary / trágáry / legáry / pcé w piwnicách pod béczkámi. Baſellæ, *Pallad. Cupas baſellis altioribus impoſitas.* τὸ ὑπόθεμα. *ſed ex more noſtro aptius vocabis Canterios cella vinariæ.* Suggeſtus, *Cato.* v. **Podſtáwek 1.**

Ki / v. **Ká. & Kto 1.**

Kicháiący łácno ábo czeſto. ὁ πταρμικός. *facilè vel ſæpè ſternuens. nam ſternutator caret auctoritate.*

Kicham / Sternuo, *is. Plin. Propert.* Sternuto, *as. Plin.* Sternutamentis quatior, *Gell.* πταίρω, πτάρω, πτάρνυμαι.

Kichánie / kichnienie. Sternutamentum, *Cic. Celſ. Plin.* Sternutamenta excitare, mouere : admouere ea per quæ ſternutamenta excitantur, *Celſ.* ὁ πταρμὸς, οῦ. Sternutatio, *Sipont.*

Kichawiec / ſiele. *Pyrethrum ſilueſtre vulgò. Gorr. Ptarmica, æ. è Dioſc.* ἡ πταρμική. *(Sternutaria, Offic.*

Kichawká / lekárſtwo ná poruſzenie kichánia. Sternutamentum, *Plin.* Eadem radix ſicca conciſa, ſternutamentum eſt. τὸ φαρμακὸν πταρμικὸν, πταρμοῦ ἐρεθιστικόν. *(Sternutatorium, Sipont.* Errhinum, *etiam Gorra,* τὸ ἔῤῥινον *quod mouet ſternutamenta, licet melius hoc.* **Czopek noſowy lekárſki** *vocabis. nam ſimile eſt ſuppoſitorium Officinarum, vt ibi vocatur.*

Kichawké abo kichánie czyniący / poruſzáiący / ὁ πταρμικός. Sternutamenta mouens, *Plin.* τοῦ πταρμοῦ ἐρεθιστικός.

Kiczká / τὸ κάθημμα ἐκ τῶν λυγιστικῶν θάμνων ἢ δένδρων. *Nodus ex vitilibus fruticibus, aut arboribus.*

Kiecká / τὸ τῶν κωμητίδων θέριστρον, *villanarum veſtis linea domeſtica craſſa.*

Kieczá / τὸ ἐπιθωρακίδιον ποικιλτόν. *veſtis quæ lorica ſuperinducitur, ex varij coloris panno fit.*

Kiedayſzy ? ὁ ποσταῖος; πόσην ἡμέραν ἀπὸ τοῦ νῦν γέγονε; *quoto abhinc die natus factus?* πρὸ πόσων ἡμερῶν ποιηθεὶς· *ante quot dies factus? Vſurpatur & ſine interrogatione. vt* **Niéwiem kiedayſzy.**

Lili / *Latinè* Lalla *dicere poſſumus. nam* lallare *apud Perſium eſt ſomnum infanti conciliare, ait Caſaub.* Iratus mammæ, (*i. nutrici aut matri*) lallare recuſas, *i. ſomnum reſpuis nutricis lallantis, & dormire abnuis, vt Cornut. & Turneb. quæ ſomni conciliatio fiebat ſine dubio hac voce* lalla *repetita, vt etiam opinatur Tornorupeus. nam ſicut mammare, pappare, cacare, eſt à mamma, pappa, caca, ita lallare probabile eſt eſſe ductum à lalla.* Lallus, *eſt nenia nutricum ſopientium infantes, repetita voce* lalla, *Scaliger. ex Auſon. qui dicit:* Nutricis inter lemmata lalliq; ſomniferos modos (**lilánie**) κοιμητικὰ, *ſomnum conciliantia carmina vel cantica. Petr. Nannius.* ὁ καταβαυκαλισμός. *nutricum nenia, qua cum ſopiuntur, dicuntur* καταβαυκαλίζεσθαι. *eadem nenia dicebatur* νίνιον, *Scalig. vt & noſtræ nutrices vſurpant* Nini *pro* Lili. νίνιον, *Heſych.* Lallus *Biſciol.* Lallare *aliqui teſte Turnebo interpretantur, ad lactandum inuitare, quem ſenſū Perſij verſus facilè patitur, ac magis etiam quam priorem. Sic & Rhodigin.*

Lilia ziele / *vt* **ſadźić lilia.** Lilium, *Plin.* Seruntur lilia, ἡ κρινωνία. *Planta lilij.* κρινάνθεμον. *in nothis Dioſcor.*

Lilia kwiát / *vt* **biała lilia** / **czerwona** / *&c.* Lilium album, rubens, *Plin. fiunt & purpurea lilia arte inquit idem.* τὸ κρίνον, λείριον, λίριον.

Lilia czerwona / Crinon, crinorrhodon, *vel* cynorrhodon, lilium rubens. *Plin.* τὸ κυνόρροδον.

Lilia Turecka / *Tulipa, æ. Carolo Cluſio.* v. **Storczyk.**

Lilia żołta polna / Hemerocalles, *is. n. Plin.* τὸ ἡμεροκαλλὲς, ἐος. *lilium aureum, Matthiol.*

Lilia płotowa / vide **Powoy płotowy.**

Lilia wodna / vide **Grzybienie.**

Liliowy / Liliaceus, *Pallad.* ὁ λείριος, λειριόεις, εσσα, εν, ὁ ἢ ἡ λειριώδης, *vel potiùs,* λειριώδης. *lilio ſimilis.*

Liliowy ogrodek / Lilietum, *Pallad.* ὁ κρινὼν, ῶνος.

Liliowy oléiek / Lirinum: Syrium:, phaſelinum *Plin. al.* Lilinum, mellinum, ſciræum, *Dalecamp. ex vet. Cod.* τὸ λείριον, λίριον, κρίνινον. Oleum liliaceum, *Pallad.*

Limituię ſprawę / vide **Odkładam ſprawę.**

Limoniia ziele / τὸ λειμώνιον. Limonium, lemonium, *Plin. vocat Betam ſilueſtrem, refutat eum Matthiol. ex Galeno. & betam ſilueſtrem a limonio diſtinctam eſſe docet. Pyrolam eandem cum limonio aliqui cenſent eſſe: negat Matthiolus.* Neuroides, *is. n. Plin.* τὸ νευροειδὲς. *Dioſcoridi idem quod limonium.*

Limonija owoc drzewny / *Malum limonium, Matthiol. Præſentiſſimum eſt remedium ad omnem tenacem humorem, cum in alijs corporis partibus, tum maxime in vaſis vrinarijs incidendum. quo ſuo beneficio calculorum morbo obnoxijs ſuccurrit, & eò quidem magis quòd non ſolum viſcoſa è quibus lapides generari ſolent attenuet; ſed frigus etiam adiungat, quo calor calculos condenſans vires ſuas perdit, Gorop.*

Lin / Tinca, *Auſon. Merula lacuſtris, fluuiatilis. Geſner.* ὁ κόσσυφος λιμναῖος, ὁ φύκης, ὁ γναφεὺς, έως. *i. fullo, Iunio. & noſtris* **Szwiec.**

Liná / Funis ductarius, *Cato. Vitru.* Funis ſubductarius, *Cato.* Antarius funis, *Vitru. vt legit Bernardin. Bald. &*

reijcit Philandri lectionem, & ab ἀρτέμωνο voce ducit. ἡ χαργεία funis trochlea, aut ſucculæ, *vel trochlea qua aliquid intenditur vel remittitur, Lambin. Turneb.* Remulcum *cum Hygino Soſipater καύλωνα vocat, quæ vox Strabonis eſt manicula ex virgultis, vide Loënſem. ῥυμουλκεῖν.* remulco trahere, *Liu.* Promulcus, *idem Feſto. Suſpecta hæc vox Scaliger.* Chalatorij funes, *Vegetio. Gul. Pelliſſari. Turneb. Steuech. al.* Calatorij, *Turneb.* Quibus antennas ad malos deſtinant, *Cæſar.* Anquina, *eadem Cæcil. Iſidor.* Opifera *al.* opiferi funes. *Iſidor. in cornibus antennarum.* Propes, *edu. Turpil. funis quo pes veli alligatur, quaſi prope pedes, Iſidor.* Tormentum, *funis à prora ad puppim extenſus, Iſidor.* Torta cannabis, *Perſ. P.* τὸ πεπεῖον. ſχοινίον. ὁ κάλως, *m.* ὁ τροπωτήρ, *funis nauticus.* Rudens, *Cicer. Virg. m. & f.* Remulcus, *Liu. Cæſ. funis quo nauis parua magnæ alligatur,* τὸ ῥύμα, ὁ παράγαυλος. *Significat remulcus & tractionem nauis ab altera naui.* Tranſenna *Iſidoro, funis traiectus cuius beneficio pontones per fluuium traijciuntur, Turneb.* Medipontus *al.* melipontus, *Cato. Funis in torculari craſſus, Turneb.* Ora, *funis quo nauis in ſolido ad palum religatur. Liu.* Vix dum omnes conſcenderant, cum alij reſoluunt oras, aut anchoram vellunt, alij ne quid teneat anchoralia incidunt, *Idem.* Oraſque & anchoras ne in moliendo mora eſſet præcidunt. *Quintil.* Oram ſoluentibus bene precamur, *aliqui oram littus vel regionem interpretantur, ſed clara eſt ſententia Liuij.* ἡ πανσπεῖδη, τὰ ἀπόγεια, *&* ἀπόγαια. Retinaculum, *Virg. 4. Æneid. generalis vox.* τὸ πρυμνήσιον *Græci vocant, & Prymneſium Iunius. (aliter de hoc Feſtus, v.* Kot 2. *)* τὸ πεῖσμα. Gricenea *al.* gricena, *Feſto, funis craſſus, inuſitatum. Item vide* ßaglowa liná / Mołstowy powroz.

Liná / *item vide* Nawłoká.

Linieły dwory / deßcz. *Cochanouius. alij u ponunt.* Lunełá ſie krew. *Χύδην ἐξεχύθη, vel ἐξερρύηθη. Effusè profluxit, erupit.*

Linia / liniał / (*ne legas* liniał) do czynienia liniy. vide Práwidło.

Linia / liniyká / kreſká dlugá. Lineola, *Gell.* Linea, *Quintil.* Ducere lineam. *Cic.* Tranſire lineas. ἡ γραμμή, Filum, *tr, Varr.* Filum duxit atramento. *Mathematici ſubtiliùs accipiunt lineam. ſ. pro extenſione à puncto ad punctum omnis latitudinis & craſſiciei experte.* Linealis longitudo, *Ammian.*

Linia przez pośrzodek koła / gałki puſczona. Diametros, *fem. Vitruu. Colu. Macrob.* ἡ διάμετρος *Diameter in recto, Lexicon vetus. & Robert. Steph. ſine auctoritate veterum.* Dimetiens linea, *Plin.* διάμετρος *adiect. eſt ſubaudito* γραμμή, *i. linea Henric. Steph.*

Linia z góry ná doł proſto idąca / iáko w modle / wkrowkiewce: iáko kámień z gory lecąc czyni. iáko ſtupiec między krokwámi idzie. ὁ κάθετος. Cathetus, *m. Vitru. i. linea ad perpendiculum demiſſa, ſeu perpendicularis, Bernardin. Bald. ex Vitruu.* Linea perpendiculo reſpondens, *ex Vitruu.* Linea *abſolutè Cicero.* Deorſum ad lineam ferri.

Linia od rogu / do rogu rzeczy nie okrągłych. Linea diagonia, diagonalis, diagonica, *Vitru.* ἡ γραμμὴ διαγώνιος.

Linia rodu / familiey. Prolapia, *eſt generis longitudo, inquit Sipont. Vtuntur hac voce Plaut. Cato, Cicer Sueton. Tertul.* Genus, *Plin. iun.* Genere paterno ab Hercule oriundus. τὸ ςέμμα πατρῷον. *& abſolut.* ςέμμα. Stemma, *tis. n. Paulo I.C. Sipont. Gregorio Toloſſano, qui ita hanc vocem explicat. Apud Iuuenal. Satyra 8. Britannicus ſimiliter ſeriem & ordinem imaginum maiorum nobilium interpretatur ex Sueton. Plini. Seneca. Nam Sueton. in Galba ait eum* Stemma in atrio propoſuiſſe, quo paternam originem ad Minoem & Paſiphaen referret, *Martial.* Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto, *i. cum ſerie imaginum maiorum. & Sueton.* Obiectum eſt Caſſio Longino quod in veteri gentili ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Trames generis, *Gellio. Paulus etiam* Lineas *vocat, & ſtemmata in duas lineas, aſcendentium & deſcendentium diuidit.* ἡ ςοιχὴ. *Buda. ex Pand.* ςοιχὴ πατρῴα, μητρῴα. *Linea paterna, materna.* vide Pokolenie / *&* Obrázy przodkow.

Liniowy / z liniy złożony / po liniey uczyniony. ὁ, ἡ γραμμοειδής, ἐς. Linearis pictura, *Plin.* Linearis ratio, *Quintil.* Linealis longitudo: Linealis *vel* linialis ambitus murorum, *Ammian.* ὁ γραμμικός. ὁ, ἡ γραμμοειδής, ἐς.

Liniecie / Verno, *Plin.* Vernat ſerpens nitidus cùm membranam exuit, *Idem.* Senectam ſerpens exuit. ἀποδύεται τὸ γῆρας. ἡ τριχορροέω, τριχορρυέω, *ῶ. defluunt mihi pili.* ὑποφυονται μοι τρίχες *ſuccreſcunt mihi pili.* ἀλλάττειν τρίχας. *vt Adagium eſt.* ὁ λύκος τὴν τρίχα, ὀ τὴν γνώμην ἀλλάττει. *Lupus pilum mutat non mentem.*

Liniuie / lintie piße / znácze. Lineo, *as. Colu.* τὴν γραμμὴν γράφω, ἄγω. *lineam ſcribo, duco.* v. Proſtuie co.

Lipá / Tilia, *Varr. Plin.* ἡ φιλύρα. *Theophraſt.* Philyra, *Plin. alia eſt* φιλυρέα *Dioſcoridis, pumila arbuſcula ligustro ſimilis, quam Plin. cum philyra confundit, vt obſeruauit Matthiol.*

Lipcowy / Iulius, *adiect.* Iuliæ Calendæ, *Cicer. Mart. & Iuleus apud Ouid.* Iuleæ Calendæ. ὁ Ἰούλιος, *&* Ἰούλιος. *Rob. Steph.* Quinctilis, *adiect. Cicer.* Nonæ Quinctiles.

Lipiec miéśiąc / Quintilis *vel* Quinctilis, *Cicer.* Iulius *ab Iulio Cæſare poſt eius mortem dictus, Macrob.* ὁ Ἰούλιος, μετ[illegible]γειτνιών, ῶνος. πανέμιος, πάνεμος.

Lipiec / miod prząśny. Anthinum mel, *Plin.* τὸ μέλι ἀνθινὸν, *i. è floribus collectum.*

Lipiec / miód pitny. τὸ ὑδρόμελι ἀνθινὸν. *hydromeli è melle anthino factum, vel anthinum.*

Lipień / rybá. *Thymallus, Ambroſio. Cardan. Geſner. ſimilis eſt truttæ, ſquamæ illius rhombi ſunt figurâ.* ὁ θύμαλλος. Vmbra, *Auſon. Alberto.* ἡ ςκίαινα ποταμία.

Lipiná / lipowe drewno / ábo drzewo. τὸ φιλύρινον ξύλον. Tiliaceum lignum, *Colu.*

Lipká / ziele. v. Romonicá ſwoyſká / *&* Liśi ogon.

Lipki / lepiſty. Tenax cera, mel. *Virgil.* Tenax bitumen, *Ouid.* ὁ γλισχρὸς, ὁ ἰξώδης, ὁ ἰξώδης, εος. ὁ, ἡ ἰξώδης, εος. *Viſcoſus, Viſcidus, Sipontin.* ὁ ἰξοφόρος. Viſcatus, *i. viſco oblitus, Viſcata virga, Varr. Ouid.* Lepem oblepiony / lepiſty. *Et transl.* Viſcata beneficia, *Senec.* Viſcata & hamata munera, *Plin. iun.* Lipkie. ὁ, ἡ γλοιώδης, εος. Sequax bitumen, *Plin.* Lentus, *Plaut.* Lentum & viſco ſimile, *Idem.* Eſcaria vincula lenta, *i. tenacia, Noni. Virgil.* Pice & viſco lentius. Piceatus, *tr. Martial.* Piceata manus Autolyci, *ſ. furis.* γλίσχρος. lipko.

Lipkość / Lentor picis, *Colu. lib. 12. cap. 23. vbi etiam mollitudo intelligi poteſt.* Lentor reſinoſus, *Plin.* ἡ γλισχρότης, ητος. τὸ γλισχρὸν, τὸ γλοιῶδες. Lentitia pituitæ, *Plini.* Kleiowatość. Læuor, *Plin.* Tenaciſſimum tectorium propter læuorem, *i. tenacitatem, Philand.* Læuitas, *Vitruu.* Sabulum propter læuitatem habet firmitatem. τὸ γλίσχρασμα. zlipnienie. Vnguen ceræ, *apud Virgil. 3. Georg. interpretatur viſcoſitatem Aſcenſius.*

Lipne / lipniéie / lipkiem ſie ſtáie. Lenteſco, *Virgilius.* Lenteſcit picis in morem, *Plin.* Gummi dente *hominis* preſſum lenteſcens. γλισχραίνω.

Lipowa ſkórká pod grubą / vide **Łyko.**

Lipowy / Tiliaceus, *Colu. Iuli. Capitol.* Tiliagineus, *apud Columel. ſcribit Commelinus.* Tiligneus, *Varro.* ὁ φιλύρινος, φιλύρεος.

Lirá / ἡ κιθάρα μεγάλη νευρωτής. *Cithara grandis neruis intenta, & carptim vel ductim tangi ſolita, poteſt dici & lyra grandis, barbitus magna neruis inſtructa.*

Lis / liſzká. Vulpes, *fe. Plaut. Plin.* Vulpecula, *Cicer. Horat.* ἡ ἀλώπηξ, εκος. τὸ ἀλωπέκιον, ἡ κερδὼ, οῦς. ἡ κερδαλέη, ἡ βασσαρὶς, ίδος. βασσάρα. Gannit vulpes, *Donat.*

Lis morſki / rybá. Vulpes, *piſcis marinus longa cauda, Plin. dictus ſic ob aſtutiam, & caudæ pinnam dimidiam longam, cetaceus eſt piſcis ex genere galeorum, animal parit, & fetum in vterum recipit, fœtidus item eſt,* ὁ ἀλώπηξ *vel* ἀλωπεκίας, *u.* Alopecias, *æ. m. Plini. Muſtelini & cartilaginei generis, caniculæ piſci ſimilis.* ¶ *Sed in mari Caſpio* Vulpes belua ponti, *ſimilis capite, pedibus, & cauda terreſtri vulpi, Iuli. Scaliger. Vulpes cum hamum deuoraſſe ſe ſentit, filum abſcindit dentibus, aut inteſtina eijcit, & hamo eiecto recipit, Plin. Plutarch. Ælian. Oppian. Ariſtot.*

Lis ptak / ἀλώπηξ, *Ariſtot. Vulpecula auis, cute vt veſpertilio volans non pennis.*

Lis / *tr. vt & Vulpes apud Horat. pro aſtuto, &* ἀλώπηξ *Græcum.* vide **Chytry.** *Item* vide **Liſowáty.**

Liścia kſztałt / Foliatura eius arboris ſimilis cupreſſeæ, *Vitruu.* τὸ εἶδος φύλλων.

Liśćiány / liśćiowy / z liśćia. ὁ φύλλινος, φυλλικός. Foliaceus, *ſed Plin paulò aliter vſurpauit ſemen foliaceum, i. folio ſimile.* ὁ πεταλίτης, *u.* ¶ ὁ μανόφυλλος, ἀραιόφυλλος. liśćia rzatkiego. λεπτόφυλλος. liśćia drobnego.

Liśćie / *Collectiuum,* Folia, *orum.*

Liśćiéie / liśćie wypuſzczam. φυλλομανέω, *folijs luxurio.* φυλλιάω, ῶ, *folia emitto.* φυλλοφορέω. *folia fero.*

Liśćiſty / liśćie máiący / liśćiem obſtuiący. Foliatus, *Pallad.* Debebis cum foliatis ramis carpere, *ſ. citreum.* ὁ, ἡ φυλλοφόρος, ὁ φυλλοφορῶν, πεταλωτὸς, εὐπέταλος, ὁ, ἡ φυλλώδης, εος. *At* ὁ φυλλιάων. *folia emittens.* ὁ πολύφυλλος, ἱερόφυλλος. Folioſus, *Plini.* ¶ ὀλιγόφυλλος. *pauca folia habens.* ἄφυλλος. *folijs carens.* μυριόφυλλος, *mille foliorum.* ἑκατοντάφυλλος, *centum foliorum.* εἰκοσάφυλλος. *20. foliorum, &c.* Pampinatus, *Plin.* Pampinato orbe ſe voluens ramentorum crinibus ad incitatos runcinarum raptus, *Plin. de abiete, i. pampino ſimilibus ramentis in orbem conuolutis.*

Liśi / ὁ ἀλωπέκινος, βασσάρειος. Vulpinus, *Plaut. Plin. Sueton.* ὁ, ἡ ἀλωπεκώδης, ἀλωπεκίας, *u.* κερδῷος.

Liśia iamá / ἡ ἀλωπεκία, *Vulpis cauerna.*

Liśia ſkórá / ἡ ἀλωπεκῆ, ἡ κερδαλέη, ἡ κερδαλῆ. Pellis vulpina, *Sueton.*

Liśie / liśiątko. ἡ ἀλωπεκὶς, ίδος. *Catulus vulpis.*

Liśie iáyká / ſiele. Orchis, *ios. fe. Plin.* ἡ ὄρχις, εως. κυνόσορχις, κυνὸς ὄρχις. *Duo eius genera Plinio & Dioſcor. vnum Cynoſorchis, aut orchis; alterū Serapias femina.* ἡ σεραπιὰς, άδος. [*Officin. Teſticulus canis.* ἡ τρίορχις, *Ægineta.*

Liśi ogon / ſiele / Lubczyká / Iglicá / Dźiánowid / Wilżyná. ἡ ὄνωνις, ίδος. *Theophraſt.* ἡ ἄνωνις, ἄνωνις, ιδος. *Dioſcor.* Ononis, anonis, *idis. Plini.* [*Areſta bouis. Remora aratri Offic.* ἡ ἀλωπέκουρος. *Theophraſt. herba ſimilis caudæ vulpinæ.* Alopecuros, *Plin.*

Liſowáćiéie / Rufeſco, Rutileſco, lepores rutileſcunt, *Plin.* πυῤῥίζω, πυῤῥιάω.

Liſowátość / ἡ πυῤῥότης, ητος. *Rufus color. Ruſſitas à Gaza redditur durè.*

Liſowáty / liſáwy / ruſy. Rufus, *Terent.* Burrus, *Feſto.* ὁ πύῤῥος, πυῤῥάκης, πύῤῥιχος, πυῤῥὸς, *P.* ¶ Subrufus, *Plaut. Plin.* Rufulus, *Plaut.* ὁ ὑπόπυῤῥος, ἐπίπυῤῥος. *At* κατάπυῤῥος, *valde rufus.* Rutilus, *Varro.* Rutilus, valde rufus. Ruſſus, *Apul. Soſipat.* ὁ ξανθὸς, ξανθότριχος, πυῤῥοκόμης, *u.* Ænobarbus, *Sueton.* Ahenobarbus, *legit Lauin. è veteribus nummis.* Homo ænea barba, *Sueton.* ὁ χαλκοπώγων, ωνος. Æri ſimilis capillus, *Sueton.* ὁ κόμανθος. *flauam habens cæſariem.* Robus, *Feſto, eſt rufus. In Ægypto flaui capillitij homines ludibrio erant, eò quòd Typhon fuerit rufus, hoſtis perpetuus Oſiridis, Cal. Rhod. Sed S. Scriptura de Dauide loquens 1. Reg. 18. ad pulchritudinem colorem hunc conferre docet.* ὅτι αὐτὸς ἦν παιδάριον καὶ αὐτὸς πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν *i. erat autem adoleſcens rufus & pulcher aſpectu.*

Liſowátym czynie / Rufo capillum. Rutilo capillum, *Plin.* πυῤῥαίνω τρίχας.

Liſt drzewo / ziołá. Folium, *Cicer. Plin.* τὸ φύλλον, τὸ πέταλον, Comæ, *arum. Horatius Seneca Oet.* Comæ arborum, αἱ κόμαι. τὸ φύλλιον, φυλλάριον. liſtek. *In Mozambico ficus folia 6. palmos lata, longitudine ſtaturam hominis mediocris æquant, Petr. Iarricus.*

Liſt pápierowy / vide **Kártá 1. 2.**

Liſt / *i.* piſánie od kogo przyſłáne / ábo do kogo poſłáne. ἡ ἐπιστολή. Epiſtola. Literæ, literulæ, libellus, & *hi* libelli, *Cicer.* τὰ γράμματα, τὸ γραμματίδιον, τὸ ἐπιστόλιον. liſtek. Epiſtolium, *Catul.* Tabellæ, *Plaut.* Tace, dum perlego tabellas. Codicilli *erant ceratæ tabellæ, Cicer. Negat Manut. codicillos eſſe idem cum literis in charta ſcriptis, quod quidem verum eſt, ſed tamen codicilli etiam abſentibus mittebantur breue aliquid continentes, vt patet ex 2. Cicer. ad Q. Frat.* Codicilli tui hanc epiſtolam efflagitarunt. Litera *in ſingulari pro epiſtola, P. Ouid.* Charta ſalutatrix, *Mart. i. epiſtola, Ioſ. Scalig. qui chartæ nomen trahit. à.* χαίρειν. *poſtquam id cœptum eſt biblo epiſtolari inſcribi. argutum hoc ſed nouum, violentum, nec vt puto, verum.* οἱ ἀπόστολοι. *Apoſtoli 1. C. literæ ab inferiori iudice datæ ad ſuperiorem, ad quem prouocatum eſt.* Epiſtola literis minutis, *pro epiſtola lætum quid continente. &* Epiſtola literis grandibus, *pro triſti, Meurſ. ex Plauto.*

Liſt otworzyſty / świádeczny / vide **Świádeczny liſt.**

Liſt powſzechny / okolny / Vniwerſał. τὸ ἐπικύκλιον δίπλωμα, τὸ δίπλωμα κύκλῳ περιφερόμενον. τὰ ἐγκύκλια. *Euſebi. ſ.* διπλώματα. *vulgò Circulares literæ.* ¶ *Cicer.* Literæ eodem exemplo ad plures ſcriptæ. *At* τὰ ἀντεγκύκλια. *Contraria prioribus.* ¶ τὸ πρόγραμμα. *Volcat.* Programma in parietibus fixis, vt ſi quis, &c. *i. ſcripturam publicè propoſitam.* Formalis epiſtola, *Sueton. qua ſtatuitur aliquid, Lauin. à familiari diuerſa.*

Liſt glejtowy / żeláżny. vide **Glejtowy liſt.**

Liſt wolny / vide **Páßport.**

Liſt wolny od przełożonego duchownego / vide **Formaty / & Świádeczny liſt.**

Liſt táiemny / vide **Piſmo táiemne.**

Liſtki ziół / i. drzew niektórych ćieniuchne iáko nići / ábo włoſy Comæ arborum, herbarum. *Plin.* αἱ κόμαι.

Liſtna iágodá / vide **Iágodá liſtna.**

Liſtny / vide **Liśćiſty.**

Liſtopad / Nouember, *Auſon.* ὁ ἀνθεστηριών, ῶνος. *Polonicæ voci aptè reſpondet Græca vox, qua Plutar. hunc menſem vocat,* φυλλοχόος. *quaſi folia fundens: poteſt dici &*

φυλλοβόλος. *i. folia mittens, iaciens,* [Νοέμβριος. Nouembris, *is. Cato apud Priſcianum.* Menſe Octobri fecimus, (*ſacrificauimus*) Nouembris reliquus erat.

Liſtopádowy / Nouember *vel* Nouembris, *adiect. Rober. Steph. & Cicer.* Calendæ, Idus, Nouembres. [Νοέμβριος. *Nomina menſium er vel is ſyllaba finita, vt Quintilis, Nouember, communia eſſe, i. communis generis, ait Priſcianus.*

Liſtownie / (*oppoſitum, vſtnie*) διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Per literas colloqui cum aliquo: appello aliquem literis: per literas mihi ignoſcit: abſens exponam audacius. *i. per literas, Cicer.* Adire aliquem ſcripto, *Tacit.* Certior eſſe debui ſcripto tuo, *Ouid.*

Liſtowny / liſtowy / do liſtow piſánych należący. Epiſtolaris, *Martial.* ὁ ἐπιστολικός, ἐπιστολιμαῖος.

Liſtowy piſarz / ὁ ἐπιστολεύς, έως. ἐπιστολογράφος. Ab epiſtolis, *Sueton.* vide **Piſarek.**

Liſtwá v obrázow / vide **Ramá.**

Liſtwá v ßáty / vide **Bramá 2.**

Liſtwá v drzwi / v ſkrzynie. *Regulæ ſtriatæ marginibus ciſtarum, valuarum, tabularum affixæ.* ἡ στεφάνη τραπέζης. *Ioſeph. quaſi corona menſæ.*

Liſtwá do ściány przybita dla ozdoby / ábo położenia czégo Pluteus, *Vlpian. plutei circa parietes ædium.* ἡ στεφάνη. Corona, *Vitru. tranſuerſum cingulum parietis interpretatur Philand. adde, ligneum. aut ex inteſtino opere, vt Vitruu. ait,* Coronis ex inteſtino opere aut albario præcingendi parietes. *conſtat autem duabus tabulis, ad normam iunctis, quarum altera parieti affigitur, altera ſupercilij inſtar affixæ imminet. affiguntur & ſimplices, ac ſingulares tabulæ nec ita latæ.*

Liſtwowány / vide **Ramámi oprawiony**

Lißaiec / ziele watrobne / Mech ſkalny / Lichen, *enis, m. Plin.* ὁ λειχήν, ῆνος. *Hepatica, Gorræ.*

Lißáiowáty / ὁ ἡ λειχηνώδης, εος. Impetiginoſus, *Vlpi.*

Lißay / Mentagra, *æ. Plin. Gorræ.* Impetigo, *inis. fe. Plin. Firmic. Gorræ.* Impetix, *Feſto.* Impetigo, *inquit Plini.* ſcabies eſt tenui ſquama, per corpus ſerpens. *Gorræus autem ait, Impetigo pilos remittit* Lichen, *m. Plin. Gorr.* ὁ λειχήν, ῆνος. Petigo, *Lucil. apud Nonium.* Denique petigo, *ſed ibi rectè corrigit Scalig. & Douza.* Deque petigo, *tmeſi Poetica, pro Depetigo.* Fœdus cutis furfur, *Plin.* Mentigo, *Colu. à mento dictam ait Plin.* mentagram, *quòd mentum primò occupet, tum ſerpat in faciem, ac deinde in reliqua membra.* **Suchy świerzb.** *Facilè tranſit in pſoram & lepram, Galen.* λειχηνιάω, ῶ. Lichene laboro, lißay śie ná mie rzuca / ábo mie ośiadł. Mentigo *in ouibus,* oſtigo *alio nomine, mortifera lactentibus, Colu.*

Lißká robak / vide **Gąśienicá.**

Lißká zwierz / vide **Lis.**

Lit / máterya do litowánia. Ferrumen, *Plin. generale eſt, & de quauis materia,* vide **Litwie.** ἡ κόλλα, κόλλη μεταλλική. Glutinum ferri, *Eutrop.* Chryſocolla eſt ferrumen auri, *Plin.* ἡ χρυσοκόλλα. *Item v.* **Litowánie.**

Litániie / αἱ λιτανεῖαι πρὸς τὸν Θεὸν, πρὸς τὴν Θεοτόκον, πρὸς τοὺς πάντας ἁγίους, *vel* περὶ πάντων ἁγίων. *Supplicationes quibus ex certa formula Dei, Deiparæ, vel cæleſtium aliquorum, vel omnium opem imploramus.* Litaniæ.

Litánie śpiewáne / αἱ λιτανεῖαι κατὰ μέλος καὶ ῥυθμὸν ὑμνηθεῖσαι. *Modulatum carmen litaniarum, quibus ſuffragationes cælitum expoſcimus.*

Litánie z proceſsyą / ἡ περιέλευσις τῆς ἐκκλησίας σὺν τῇ συμφωνίᾳ Θεὸν λιτανευούσης. *Eccleſiæ pompa cum harmonia Deo ſupplicantis. Solennis Eccleſiæ pompa quam circum templa vel per compita ducens, auxiliumq́ cælitum expoſcit.*

Literá / czćionká. Litera, *Cic.* Omne nomen ex aliquibus literis ſcribitur. *Idem.* Notæ priſcarum literarum, τὸ γράμμα, ὁ χαρακτὴρ, ῆρος. τὸ σῆμα *Lambin. & Manut. geminant t,* litteramq́ *ſcribunt. Iulius Scalig. l. 4. de cauſis linguæ latinæ naturâ i longam eſſe, & ſimplex t ſcribendum aſſerit. Ioſephus etiam Scalig. ſæpè monet veteres non ſolitos conſonantes geminare.* Literula, *Cic.* τὸ γραμμάτιον. (literká) *Literarum numerus certus eſt apud omnes gentes, ſoli Sinæ tot characteres habent quot res, ſed 80000 non excedit numerus. Trigauti. Braſilienſium lingua caret literis F. L. R. & ipſa gens barbara caruit Fide, Lege, Rege, ſed iam recipit paulatim omnia. Maffeus l. 2. Indica hiſtor.*

Literálny wykład. v. **Wyrozumienie literálne.**

Literat / v. **Przéz-żak.**

Litery drukárſkie / *Literarum formæ ſtanneæ, plumbeæ, vt apud Quintil. literarum formæ eburneæ.* οἱ τῶν γραμμάτων τύποι μολύβδινοι, χαλκοῖ. *Typi vulgò, rectè. pro formis accepit Cic. ad Attic. Turneb. interpr.*

Litkup / Proxeneticum, *munus quod datur proxenetæ, Vlpian. Rader.* τὸ προξενητικόν. *apud nos inter plebeios muneris loco eſt compotatio. vnde [mercipotus] ineptè vocatur à quibuſdam.*

Litkupnik / Proxeneta, *æ. m. Apuleio.* ὁ προξενητής, οῦ. Teſtem *in Iſaia & Hieremia Hieron. vocat. quem contrahentes adhibent. Græcè etiam apud Septuaginta* μάρτυς *dicitur. [Mercipotor barbarum eſt.]* v. **Jednácz kupcá.**

Litość / lutość / vżalenie / miłośierdźie / ſkłonność do rátowánia cudzey nędze / politowánie. Miſeratio. Commiſeratio: miſericordia, *Cic. Quint.* ἡ εὐσπλαγχνία, ὁ σπλαγχνισμός, ἡ ἐλεημοσύνη, ἡ συμπάθεια. *Compaſſio propriè, quam vocem Sipontin. habet, ſed ſine auctore vllo.* Cordolium, *Plaut. Sipont. idem.* Motus miſericordiæ, *Vlpian.* ὁ οἶκτος, οἰκτισμός, τὸ οἴκτειρμα, τὸ ἔλεος, ου. & ὁ ἔλεος, ἡ κατοίκτισις. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius inuidia laborantis, *Cic. Miſeritudo. Accius, i. miſericordia, Noni.*

Litośćiwie / miłośiernie. συμπαθῶς, οἰκτρῶς, ἐλεεινῶς. Miſeranter, *Gelli.* Cum commiſeratione, *Cic.*

Litośći godny / niegodny. v. **Vżalenia godny.**

Litośćiwy / miłośierny / Miſericors in aliquem, *Cicer.* Miſericordior, *Plaut.* Qui miſericordia commouetur, qui alienis miſerijs commouetur, *Cic.* ὁ ἐλεήμων, ονος. οἰκτίρμων, φιλοικτίρμων, ονος. οἰκτικός, φιλοίκτος, πολυέλεος, εὔσπλαγχνος, πολύσπλαγχνος. ὁ, ἡ συμπαθής, έος. *Miſerator. in Pſalmis frequens. ſubſtant.*

Litowánie czégo czym / ἡ κόλλησις σιδήρου, *Plutarch. i. glutinamentum ferri.* Ferruminatio, *Paul. I. C. actio, vel opus aut effectus.* ἡ ἕνωσις σιδήρου μετὰ μολύβδου. Plumbatura ferri. *Ferruminatio, inquit Paul. I. C. per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura verò non idem efficit.* **Litowánie / lit vczyniony w czym.** Vinctio plumbea pro operis effectu, *Arnob.* Vinctiones plumbeæ & vnci retinent in baſibus deos veſtros [τὸ κόλλημα. Ferruminatio, *ſuprà.*

Litwie co / Ferrumino æs, ferrum, oſſa, vitrum, murum, *Plin.* κολλάω σίδηρον. Agglutino, *Plin.* Chryſocollam aurifices agglutinando auro ſibi vendicant. Maltho, *as. i. maltha ferrumino, Plin.* Plumbo, *as. Plin. & Pomponi. I. C. Si ſcyphum tuum alieno plumbo plumbaueris, alienoue argẽto ferruminaueris, &c.* ἑνόω, *vel* συνάπτω τῷ μολύβδῳ.

Lituie ſie nád kiem / lito mi kogo / żal mi go / vżalenie mam nád kiem. οἰκτίζω σε. συνοικτίζω, οἰκτίζομαί σε. Miſereor alicuius, *Cic.* Miſeret me alicuius, *Cic. Teren.* Miſereſcit me alicuius, *Teren.* Miſeror aliquem, ſortem, fortunam alicuius. *Cic. Virg.* Miſereo, *Enni. Lucret.* Ipſe ſui miſeret. Miſero, *as. Acci. Ita de illis merui vt iure nunquam hæc miſerarent mala.* συμπαθέω σοι: συνάχθομαί σοι. συλλυπέομαι τῷ πάθει: ἐλεέω σε: κατελεέω σε: συμπάσχω σοι: σπλαγχνίζομαί σου καὶ ἐπί σοι. οἰκτείρω σε τῆς νόσου. Afficior alicuius caſu. Moueor, commoueor miſericordia, dolore. Ex tuis incommodis magnam animo capio moleſtiam, *Cic.* Commiſeror interitum alicuius, *Gelli.* Commiſereſcit me alicuius, *Teren.* *Commiſereſcite ſeruos vigiles, Enni.* Tribuo alicui miſericordiam, *Cicer.* Ducor miſericordia, exerceo miſericordiam. *Vlpian.* Reſpicere aliquem, *Teren.* Dij nos reſpiciunt, *Cic.* Niſi quis nos Deus reſpexerit. Aſpicere, *Virg.* Iuppiter aſpice nos. ἐπιβλέπω τόν. προσβλέπειν ἱλεὼ φίλοις ὄμμασι. Miſericordia adductus fecit: miſericordia me alicuius tenet: frangor miſericordia puerorum: allicior ad miſericordiam: miſericordiam capio ætatis alicuius: miſericordiam alicui tribuo, impertior. *Cic.* *Miſeret ipſe ſui, Lucr. Si qua miſeritudo eſt liberûm, Accius.* Indoleo malis alicuius, *Ouid.* Vellem quæ velles, *Senec. Muret. Lipſi. Popma.*

Litwá / kráiná Litewſka. *Lituania, Cromer.* ἡ Λιτουανία.

Litwá / ludźie Litewſcy. *Collectiuum, Lituani.*

Litwin / *Lituanus, Cromer.* ὁ Λιτουανός.

Litewſki / *Lituanicus, Cromer.* λιτουανικός.

Lity / v. **Odlewány.** **Liubá /** v. **Soſnká ogrodna.**

Liubowe orzeſzki / Pinélé z Włoſká. Pineæ, *Colu. Vrſin.* οἱ πυρῆνες κώνων, τὰ κάρυα πιτυϊνὰ, αἱ πιτυΐδες. *i. nuces pineæ.* Nuclei pinei, *Plin.* οἱ στρόβιλοι. αἱ ὀστρακίδες. τὰ πιστάκια. Piſtacia, *orum. Plin.*

Lizánie / liźnienie. Linctus, *us. Plin.* τὸ λεῖγμα.

Liżę co / Lambo cibos &c. *Colu. Cic. Lucil.* λείχω, διαλείχω, λιχμάω, λιχμάζω τόν. Lambero, *idem Meurſ.* Lingo mel, *Plaut.* Delingere ſalem, *Plaut.* Delambo, *Stat.* Delambit vellera linguâ. περιλιχμάω. Allambentibus flammis, *Quintil.* tr. gdy go ogárnęły płomienie. Detergit ſe lingua bos, *Colu.* *Βοῦς λείξας πρόσθιαν ὁπλὴν, ὕδωρ σημαίνει, Theophr. Bos lambens anteriorem vngulam, pluuiam ſignificat.*

Łkáć / Singultim loqui, *Hor.* λύζειν. Singultu medios impediente ſonos, *Ouid.*

Łkam / Singultans, *Virg. & Ouid.* à ſingulto. Singultati ſoni, *Ouid. ab eodem.* Singultiens gallina, *Colu.* à ſingultio. *cognatæ ſignificationis.* λύζω, ἀναλύζω, λυγγάνω, λυγκαίνω. Singultus cieo, *Catul.* Concutiunt ſingultus ora, *Ouid.* Singultu verba loquentis rupta erant, *Ouid.*

Łkánie / Singultus, *us. Cicer.* Fletus cum ſingultu, *Ouid.* Singultati ſoni, *Ouid.* Et ſingultatis oſcula miſta ſonis. **ze łkániem całowánie.** ὁ λυγμὸς, ἡ λύγξ, γγός.

Łnacy / v. **Lipki.** **Łne.** v. **Przylipam.**

Łniáne naśienie / τὸ λινόσπερμον. Lini ſemen, *Plin.*

Łniány / Lineus, *Virg.* Lineum vinculum, ὁ λίνεος, λινόχροος, ὁ λίνεος, ν. λινεργὴς ἱστός. *linea tela.*

Łnicá / źiele / lniczník. *Pſeudomyagrum: Chamælinum, Siren. Vrſin.* [τὸ χαμαίλινον.

Łobodá / Atriplex, *icis. n. Plin. eſt ſatiuum, & agreſte.* ἡ ἀτράφαξις, ἀδράφαξυς. ἀτράφαξυς, υος. *Atriplexum. Feſt. priſcè.* τὸ χρυσολάχανον, *idem Dioſcor. Chryſolacha non idem Gorræo. Plinius duo genera eius ponit diuerſa.*

Loch / Cauus leoninus, *Plaut. Lambin.* Caula palati, *Lucret. i. cauum.* Succeſſus, *Arnob. aliquoties, Ammia. & Meurſ. Canter.* Cauius *apud Varronem, legit Scaliger.* Lacuna, *Lucret.* Terra lacunas multas in gremio gerit. ἡ σῆραγξ, γος. ἡ κοιλότης, ητος. τὸ κοίλωμα, τὸ κοῖλον. Cauum terræ, *Virgil.* Cauamen rupis, *Solin.* Receſſus ſpeluncæ, *Ouid.* Pumex in ædificijs, quæ Muſæa vocant, ſaxum eroſum pendens, ad imaginem ſpecus arte reddendam, *Plin.* v. **Ziemá / Pieczáry.**

Lochowánie ſłupow śnicerſkich v. **Laſkowánie.**

Lochowány / v. **Laſkowány. Wydrożony.**

Lochowáto / Cuniculatim, *Plin.* ὑπονομηδόν. **lochámi.** κοιλωπὸν τρόπον, *cauo modo.*

Lochowáty / iámiſty / doliſty. Concauus, *Cic.* Concaua altitudo ſpeluncarum, *Plin.* Concaua folia buxo. Cauus, *Virg.* Caua concha, cauerna, antrum. *Ouidius,* Cauæ aures, ὁ κοῖλος, κοιλωπός. Cauernoſus, *Plin.* Cuniculoſus, *Catul.* Cuniculoſa Celtiberia. ὁ, ἡ ἀντροειδής, ἐος. ἀντρώδης, εος. φωλεώδης, εος. σηραγγώδης, εος. Sinuoſus ſpecus, *Plinius.* Latebroſus locus, *Plau. Liu.* Latebroſum ſaxum, *Ouid.* σπηλαιώδης, κρυπτάδιος. *Multicauus, Ouid. Multicauatus, Varr.* πολύκοιλος. Exeſus mons, *Virg.* διαβεβρωμένος.

Lochowátość / Tubulatio oris. *Arnob. Colu.* Cauum, *Virg.* τὸ κοῖλον. vide **Loch. Dołkowátość.**

Lochowy / Cauaticus, *Plin.* Cauaticæ conchæ, *quæ in antris naſcuntur.* ὁ ἀντρείτης, ν. ἀντραῖος, ὕπαντρος, ἡ ἀντριάς, άδος.

Lochuię / v. **Laſkuię. Wydrażam.**

Loczygó / v. **Sáłatá.** ¶ **Locze.** vide **Jre.**

Loczydło źiele / Thapſia, *Plin.* ἡ θαψία, ὑπωπὶς, ἰδος. *Ferula ſilueſtris, Ferulago Trinacria, Hypopion, Siren, Herbarijs.*

Lód / Glacies, *ei. f. Virg.* ὁ κρύσταλλος, ὁ πάγος, ν. τὸ πάγος, εος. ἡ πηγὰς, άδος. ὁ ὀλόπαγος, ὁ παγετὸς, ἡ παγολίς, ίδος. *Concreta in flumine cruſta, Virg. P.* Cryſtallum, *Pſal. 147.* Glaciem *reddit Hieronym. & alij.* τὸ διὰ τοῦ κρύους συσταλλόμενον ὕδωρ. *aqua gelu concreta. Duramen aquæ, Lucret. Lambin.*

Lódká / v. **Lódź.**

Lodowácieię / κρυσταλλόομαι, πήγνυμαι. Glacio, *as. & glacior, aris. Plin.*

Lodowáty / lodowi podobny / ὁ, ἡ παγετώδης, παγώδης, κρυσταλλώδης, εος. *i. glaciei ſimilis.*

Lodownia / [ἡ κρυσταλλοθήκη. *Glaciei conditorium, aut cella glaciei condendæ.*

Lodowník kámień drogi / Coriaceſia *gemma, &* Callicia *altera, aquam glaciat, Plin.* [ἡ κορασικία. *quaſi puellarum medica.* καλλικία *à pulchritudine. Dalecamp.*

Lodowy / z lodu / do lodu należący / Glacialis Oceanus, *Iuuen.* Glaciale fretum, *Claud.* Glacialis polus, *Senec. Hercul. Fur.* ὁ παγερὸς, οῦ.

Łodygá / kłącze / ná ktorym liśćie / iágody / ſtrączé roście. Scapus, *Varr. Colum. Plin.* Vnus ſcapus centum fabas. *i. ſiliquas* habens, inuentus eſt, *Plin.* ὁ καυλὸς, ἐκκαύλημα. Caulis, *is. Plin.* Caulis fabarum. Stylus ceparum, aſparagi. *Colu.* Et Cauliculus herbarum, *Plinius.* ὁ καυλίσκος, τὸ καυλίον. **Łodyżká.** ὁ κόρυμβος ἀσπαράγου, *i.* καυλός. Frutex, *Colu.* Frutices olerum concuti. *ſ. vt erucæ decidant.* Thyrſus virens fronte, *Ouid.* Thyrſi lactucarum, *Plin.* Thyrſus pampineus, *Claud.* "Thyrſiculus lactucæ, *Sueton.* Viticula cucumeris, *fe. Pallad. Martio 9.* Thallus ceparum, *Colu.* ὁ θαλλός. Alæ lupinorum calami, *Serui.* Alæ ex lupino, ſurculi

ſine folijs. *Ælio. Catoni. Serui.* Alæ fabules *Catoni ſunt culmi fabales, Scalig.* Fuſticulus allij ſine capite, *Pallad.* Auena herbæ eriphiæ, *Plin.*

Łódź / łódka máła / wiełka / dłubána / ſzym / barká / bat / bacik / kozá. Nauicula, nauigiolum. *Cicer.* τὸ πλοῖον, πλοιάριον. Scapha, *Cic. Liu.* Scapha maiorem nauim ſequebatur. Scapha biremis, *Horat.* Scaphiſmus *non nauem, ſed genus ſupplicij gemina nauiculæ nexu irrogari ſoliti ſignificat, quo Paryſatis perire fecit Mithridatem, cuius meminit Zonar. tom. 1. Annali. & Plutarch. in Artaxerxe, à quo ſic deſcribitur: Duæ ſcaphæ æquales aſſumuntur; altera ſupinum hominem continet, altera eundem tegit, capite tantum, manibus, & pedibus exertis. Cibus præbetur etiam inuito, vt lentè conſumatur, potuſq; è melle & lacte confectus, vt ab examine muſcarum facies ſoli expoſita torqueatur. Tandem è putredine excrementitia in ſcapham inferiorem reiecta tineæ lumbriciq; prognati, in viſcera penetrant eaq; corrodunt, homine interim ſenſim contabeſcente.* ἡ σκάφη, ἡ σκαφίς, ίδος. τὸ σκάφος, εος. ἡ ἐφολκίς, ίδος. τὸ ἐφόλκιον, τὸ ἐφολκίδιον. Phaſellus, *m. & fe. Catul. Virg. Saluſt. Phaſelus ait Nonius eſt nauigium Campanum, vel vt Seru. breuis nauicula. idem cum* Myoparone, *Bayſio. Phaſellus ſcribit Scalig. Cerda.* ὁ φάσηλος. *Faſelus, Lambin. Lauin. Scalig.* Myoparo, *onis, m. Feſto. qui hanc vocem ex duabus diſſimilibus factam ait, ſ. vt Scalig. explicat, ex* μυὸς *(à* μῦς, *mus) quia oblonga eſt nauicula, & Paros nomen eſt Inſulæ.* Piraticus myoparo, *Cic.* ἡ μυοπάρων, ωνος. Phaſelus epiſcopius, *Cic.* Nauigium ſpeculatorium, *Cæſar.* Cataſcopium, *Gell.* τὸ κατασκοπικὸν πλοιάριον. Gaulus, *Feſt. Gelli. parua, rotunda. Barca, Iſidor.* τὸ βαρὺ. Nauis vectoria, *Vlpian.* τὸ πλοῖον, πορεῖον. Paro *vel* paron *ſimilis myoparoni Feſt. à loco Scaliger.* ὁ παρών, ῶνος. Serilla, *Paulo Feſti, naues ſuta lino & ſparteis funibus. Aliter apud Pacuuium.* Serillibus ſparteis & lino ſuta, compages aluei, *i. nauis. vbi Feſtus vocem (* Serillibus *) fictam poſitam eſſe ait pro funiculis, à conſerendo, contexendo. Mareplacidæ, Gelli. nauiculæ placido mari vtiles. Iuuenal.* Teſta, *Iuuenal. & Cic. interpr. Manutio.* Fictilis phaſellus, *Iuuen. nauicula leuis & celer.* Poſt-faſellus, *Catull. Lignum ex quo factus eſt faſellus.* Lembunculus, *Tacit.* τὸ λεμβάδιον. Lembus, *parua & velox nauis, remis 15 agitur, Liu. Virg.* ὁ λέμβος. Liburna, *æ. &* Liburnum, *Horat. bellica celer nauis.* Liburnica, *æ Plin. iun.* ἡ λίβερνα, λιβερνίς, ίδος. λιβύρνιον. Celox, *ocis. fe. Plaut. Liu. à celeritate.* Celones, *Iſidor. ex Ennio biremes, vel triremes veloces,* οἱ κέλητες, τὰ κελήτια. Celes, *etis. m. Gell. vno remo agitur licet plures ſint remiges, Bayſ.* Dromon, *onis. Iſidor. Caſſiodor. Procop. celer nauicula.* ἡ δρομὰς *Ariſtophan.* [ὁ δρόμων, ωνος. *Robert. Steph.* Paruunculus, *Cicer. apud Iſidor.* Proſumia, *Plaut. Gell. Cæcil. ſpeculatoria nauis parua, Feſt. quaſi portumia, à* πορθμεῖον, *i. nauis, Scalig.* Oria *Plauti eadem Iunio, quæ* Oraria nauis *Plinij, &* Actuariolum *Ciceronis. Horiam ſcribunt aliqui. Oriam Fulgent. Iuni. Gotfred. v.* Czołn. *Naues littorariæ, Iſidor. Orioles, Proſumiæ, Geſoretæ, Gelli. naues minores appenſæ maioribus, Moſellan.* Oxiæ, *Gelli. à celeritate dictæ, Moſellan. potius* oxyæ. *nam* ὀξὺς *velox.* Nauigium vectorium, *Cæſar. quod homines portat.* αἱ ἐπιβατηγοὶ νῆες, *(i.* τῶν ἐπιβάτας ἄγουσαι *) Vlpian.* Epibas, *adis. idem Vlpian.* Epibatis, *idos. legendum putat Bayſi. apud Vlpian.* Seruaculum *Vlpiani interpretatur Turneb. Scapham cui in tempeſtate ſe nautæ ſeruandos committunt, naui relicta.* Naues vitiles corio circumſutæ, *Plin. Et* Charontis cymba ſutilis, *Virg.* Equum ligneum, *Plaut. translatè dixit.* ἁλὸς ἵπποι *Homer. naues. tr.*

Łogowá / źiele. vide Seſam.

Łoie / łoiem ſmáruię. Seuo, *as. vel* Sebo, *as. Colum.* στεατίζω.

Łoiowáty / Seboſus, *vel* ſeuoſus, *Plin.* ὁ, ἡ στεατώδης, εος.

Łoiowáty kámień / Steatites, *æ. m. Plin. gemma adipem animalium referens.* ὁ στεατίτης.

Łoiowe świecé robię. Seuo candelas, *Colu.* λύχνια τῷ στεατώδει ποιῶ.

Łoiowy / z łoiu. Sebaceus, *Apul. 4. Meta. vt legit Colu. & Iunius.* Sepaceus *ſcribit Beroal.* Sepatius *Rob. Steph. qui vitioſè citat Gellium, vt Iunius Columellam ſimiliter falsò vt ſæpè ſolet.* [ὁ στεατώδης.

Łokánie / Liguritio, *Cicer.* ἡ λιχνεία.

Łokat / Pro Magiſtro. Hypodidaſcalus. *Cicer.* ὁ ὑποδιδάσκαλος. *Vicarius Magiſtri.* Anteſcholanus, *Petroni.* Proſcholus. Subdoctor. *Auſoni.* πρόσχολος.

Łokay / Sztaſier. Adlecticam homo, *Catul.* Seruus deducens lecticam, *Sueton.* Lecticarij, *apud Cicer. Senec. alioſq; antiquos erant ſerui, qui lecticam geſtabant: noſtras lecticas equi trahunt, lecticarij verò comitantur & cuſtodiunt, qui ideò ſtipatores pedites propriè dicuntur.* Hálábartnicy *& ſimiles comitatum principum.* δεξιολάβοι, σωματοφύλακες. *At priſcorum dicebantur* φορεαφόροι, *vel* φορεῖς. *à ferendo. Sed &* Łokáie *apud nos propè euanuere, nam eorum vicem ſupplent paſſim velites pedites, Polonicè* Háyducy.

Łokćiem ſturſam / odpycham. κυβιτίζω. *Cubitis pello, trudo. Plaut. ait:* Cubitis depulſa *(Imperatiuo)* de via.

Łokćiowy / łokietny / á łokieć miárá. Cubitalis caulis, *Plin. i. cubitum altus.* ὁ πηχυαῖος. πήχεος, πηχύμενος, πηχονιαῖος. Pygmæus *adiectiu. Iuuenal.* Pygmæa virgo, ὁ πυγμαῖος. *Cubiti minoris habens dimenſionem.* vide *infrà* Pygme.

Łokieć / członeck ręki od przegubu aż do dłoni. Cubitus, *Ouid.* Oſſa cubiti. ὁ πῆχυς, εως. *Hyppocrat.* ἡ ἀγκάλη, ὠλένη. Vlna, *Plin.* Terreſtrium vni homini vlnæ. *Claud.* Complecti vlnis. Cubitus *Anatomicis eſt pars manus à carpo ad iuncturam cubiti.* ὁ πυγών, ῶνος. τὸ πυγύμον. Lacertus, *Ouid. 1. Metamorph.* Laudat digitoſque, manuſq;, brachiaque, & nudos media plus parte lacertos. *alius Lacertus eſt* Bárk. *Lacerta, orum. Acci. Noni.*

Łokieć przegubu ręki grzbiet / ábo garb gdźie ſię łokieć z bárkiem ſchodźi / *vt* **Łokćiem ſturſać kogo / wſpieráć ſię łokty.** Cubitus, *Horat.* Cubito ſtantem prope tangens. *Plaut.* Cubitis depulſa de via, *ſ. obuios amoue. Virgil.* Inniti cubitis. ὁ ἀγκών, ῶνος. *Hippocrat. Gibber Gaza. Gorra.* τὸ ὠλέκρανον, *vel* ὀλέκρανον, *Ariſtot. Item* vide **Kość łokćiowa.**

Łokieć / miárá łokćiowa. Cubitus, *Cicer.* Aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit. Cubitum, *neutr. Plin.* In monimentis habetur Salamiam triennio in tria cubita adoleuiſſe. ὁ πῆχυς, εως. *Polluci. Heſych. Suid.* Vlna, *Virgil.* Septem aſſurgit in vlnas hiems, *i. cubitos. Seru. Iuni.* Toga bis, ter vlnarum. *Horat. Lambin. al. v.* Sążeń. ἡ ὠλένη, ὁ ὄλενος. Seſquipes, *Perſi. Colu. quia magnitudo cubiti eſt vnius pedis, & ſemis ſeu palmorum 6. ſeu digitorum 24. procedendo à flexu manus medio ad ſummum medij digiti, Gorra. Gaza. Budæ. Villalpand. hunc Vitruuij eſſe cubitum, & Minorem dici ait Philander. Paruũ Clauius vocat. Vulgarem alij & meliùs appellant. Sed eſt alius minor cubitus* pygon *dictus à Græcis,* ὁ πυγών, ῶνος. *palmorum 5, 20 digitorum à cubito ad digitos inflexos Bud. Gorra. Agricol. Item alius hoc minor* pygme, ἡ πυγμὴ *dictus, menſura digitorum 18, à cubito ad digitos clauſos,* *Philand. Agricol. Gorr.* & *ab hoc* pygmæi *dicuntur. Has cubiti diſtinctiones Villalpand. reijcit vulgari retenta, & ſanè inuſitatæ ſunt. Præter vulgarem cubitum, qui quarta pars eſt humanæ ſtaturæ, eſt alius cubitus* Communis *dictus, qui Philandro eſt duorum pedum, ſeu palmorum 8. ſeu digitorum triginta duorum. Clauio autem* Communis cubitus *eſt 4 pedum, ſeu palmorum 16. Denique cubitus maximus, vulgarem ſexies continet, longus nempè nouem pedes, ſeu palmos 36. Clauius, & Philand. At Auguſtino, & Origeni apud Philandrum multò maior, Geometricus ab illis vocatus. Hebræorum cubitum ſacrum Agricola 7 palmorum fuiſſe aſſerit, & videtur ei fauere locus Ezechielis c. 43. vbi veriſſimus cubitus dicitur conſtare cubito & palmo. At Villalpan. Hebræorum cubitum communem 6 palmorum: Sacrum verò æqualem paſſui duorum & ſemis pedum Romanorum, id eſt 10 palmorum ait: ſic vt duo cubiti ſacri, pares ſint vni paſſui Geometrico quinque pedum.*

Łokietek / ábo Łokietkowie świerzętá / ludźiom łokietnem podobne. οἱ πυγμαῖοι. Pygmæi, *Plin. Iuuenal.* σπιθαμαῖοι. *Plinius eoſdem Pygmæos vocat* Spithamæos *homines, ternos dodrantes, aut ſpithamas non excedentes. quod ſi à* πυγμὴ *(de qua ſupra) ducamus; minores erunt Pygmæi vulgari cubito.* Pygmæos *veros eſſe homines credidère veteres ſcriptores, Homer. Ariſtot. Plin. Iuuenalis, & Photius Patriarcha Conſtantinopol. refert ex alijs Græcis ſcriptoribus, in India Pygmæorum gentem eſſe nigram, hirſutam, & homines qui maximi in ea ſunt bicubitales eſſe, plurimos multò minores, comam ad genua promittere, quâ terga tegunt; barbâ verò prolixâ anteriora velare, & præcingere ſe ſine vlla alia veſte. pecora eorum, & equos eſſe parua arietum inſtar. ipſos eſſe ſagittarios optimos, quare apud Regem Indorum tria millia ex illis ſtipendia facere. Pererius in Geneſin pygmæos & nanos ex hominibus naſci ait. Iacobus Torrenſis noſter, in Peruanis anni 1604. ſcribit apud Indos Peruanos integram gentem ex pygmæis conſtare. Non pauci tamen recentiores & accurati ſcriptores, fabuloſam eam rem eſſe cenſent, Cardan. Aldrouan. Franciſ. Piccolomineus. Albert. Salmeron. in Ioan. bruta eſſe putant. Etiam Corn. à Lapide, in Ezech. c. 27. fusè id refutat vt fabuloſum. Paul. Iouius. in Moſchouia ait ad ſimias plus quam ad homines accedere. Delrius in Oedipum accuratè de hac re diſſerit, & nanos minimos (quales etiam cubitales nos in Polonia vidimus) concedit naſci; gentem verò totam ex talibus conſtare, & diu propagari negat. Græca vox* ἀγκωνίσκος, **łokietek** *propriè ſonat, ſed ſubſtantiuum eſt cubiti diminutiuum. Cardani æuo circumferebatur in cauea pſittaci, vir perfectus cubitalis. Multa affert. L. Biſciola, Tom. 2. lib. 4. cap. 1.*

Łokietek / áliter. ktory wádę ma w łokćiu. *vt de alijs membris vitioſis nomina habemus.* Ancus. *Feſto, Valerio, Sigoni. qui cubitum vitioſum habet.* ὁ ἀγκὼν, ῶνος.

Łokietnice / łokćiowe kámienie / ábo cegły do poſádzki. Bipedæ, *arum. Pallad. in ſternendis pauimentis.* διπόδιαιαι πλάκες. *nam cubiti minores bipedales ſunt.*

Łóm / Ramale, *is. n ſubſt. Perſ. Ouid.* Strages nemorum, *Sili.* Fragmina ſiluarum, *Lucret.* τὰ κλαδαρά, τὰ κλάσματα δρυμῶν. Quæ ventus interfregit, *Cato.*

Łomi-kámień / (adiect.) Saxifragus, *Cicer.* Saxifragæ vndæ, *P.* ὁ λιθοθλάστης, ου, ουτος.

Łomi-kámień / źiele. Saxifragum, Calcifraga, Empetron, *Plin.* τὸ ἔμπετρον σαξίφραγον. *Variæ eius ſpecies apud Matthiol. & Siren. vt Magna ſaxifraga, Rubra, Lutea, &c. Obſerua præterea Saxifragæ nomine multas herbas ob ſimilem effectum appellari.*

Łomi-nogi / łomi-gnat / źiele. v. **Przymiotowe źiele.**

Łomi-koſt / (adiect. vt **bez koſt)** Oſſifragus *de homine, Senec. 10. Controu. 3.* ὁ ὀστοκόπος, ὀστοκάπος.

Łomiſty / łomny. Fragilis, *Ouid.* Fragilis glacies. ὁ εὔθραυστος.

Łomoce / *βαρυβρόμως, vel βαρυκτύπως ἄγνυμι. cum ſtrepitu frango.* κατακλάω (συνθλάω, κατακλάω. Do ſonitu magno ſtragem, *Lucret.* Fragorem dant frondes, *Idem.*

Łomot / Fragor, *oris. m. Liu. Plin. ex aridis arboribus fractis, Serui.* τὸ τῆς καταχλάσεως ψόφημα, κτύπημα. Aridus fragor, *Virg. Seru.* Aridus ſonus, *Lucret.* Siluifragus ventus *Lucret.* **Łamiący láſ ábo łomot czyniący.**

Łon / Paxillus, *Iunio. Geſner.* Embolus, epibolus *Philand. ex Polluce* ὁ ἔμβολος, ὁ ἐπίβολος, τὸ ἐμβόλιον. *Obex axis curulis, quia modiolo obijcitur.*

Łoni / przeſzłego roku. Annò, *Aduerb. Scalig. ex Lucil. qui ait:* Vtrum annò an hornò te abſtuleris à viro. πέρυσι. vide **Przed rokiem.**

Łoniſto czynię / kobiecę. κολπόω, ῶ. Sinuo vela, *Virgil. Ouid.* Sinuo chlamydem, *Stat.* ἐγκολπόω, ῶ. Laculo, *Apuleius. i. ſinuo, lacuno:*

Łoniſtość / *ἡ κόλπωσις, εως. Sinuatio, vt velorum. Sipontin.* Sinuamen, *Lupercus.*

Łoniſty / Sinuoſus, ſinuoſum velum. *Propert.* Sinuoſa veſtis, *Ouid.* Sinuata chlamys, *Stat.* ὁ, ἡ κολπώδης, εως. ὁ κολπωτὸς χιτών. *At* τὸ κόλπωμα, *quidquid ſinuatum eſt, veſtis, ſtragulum, &c.* Laculata veſtis, *Iſidor.* Laciniolus, *Plin. Laciniata veſtis, Robert. Stephan. Calepin.* vide **Kobieliſty.**

Łono w ćiele pod brzuchem / ábo brzuchá niſka część. Podołek / vt Bol w łonie. Pecten, *inis. m. Iuuen.* Iam pectine nigro, *i. pubeſcente, Britan.* ὁ κτείς, ενός. Pecten *Medicis & Anatomicis eſt pars ima pubis, in qua pili à 14 anno maribus naſcuntur, vnde puberes dicuntur, Gorræ. Iſidor.* ἡ ἥβη, τὸ ἐφήβαιον, ἐπίσιον ἢ τετραγωνισμός *genericè.* Pubes, *Virgil. Sipontin. Iuni.* Imus venter, *Plin.* Sumen. *Scaligero.* ὑπογάστριον.

Łono w ćiele / ná ktorym co trzymamy / ma w ſobie podołek i vdy. ὁ κόλπος, *Homer.* Gremium *interprete Valla. Popma. pars corporis inter femorum complexum.* τὸ μεσομήριον, *pars inter femora.* Inguen *Anatomicis, in quo bubones ſolent creſcere, Terent.* Ponere puerum in gremio alicuius, *Virg.* Gremio fouet Dido Cupidinem, (*qui maiuſcula Aſcanij forma erat*) *Cicer.* Puer in gremio matris ſedens. *Quintil.* Impoſitum infantem gremio. *aliter.* v. **Zánadrá.** Sinus *etiam dicitur ea pars corporis. Terent.* Hic non geſtandus in ſinu, *Seneca. Troade.* Blando ſinu aliquem fouere. *Cicer. vtrumq́; coniunxit.* Abſtrahere aliquem è ſinu & gremio. *Idem.* In ſinu pacis poſita medio ferè Græciæ gremio continetur Ætolia, *tr.* Complexus, *us. Cicer.* Iſte ſit ſemper in ſinu & complexu meo. Veniſti in ſinum & complexum tuæ Mimulæ. De complexu eius ac ſinu ſunt. *ſ. Catilinæ cari.* ἡ ἀγκάλη. ἐγκολπίζω, *gero in ſinu.*

Łono v ſzaty / podołek. Sinus, *Liu.* E toga facere ſinum. *Senec. Hippolyt.* Sinu onerato portare aliquid. *Idem Troade.* Subſtringere ſinus. *Ouidius.* Purpurei ſinus. *aliter vide* **Zánadrá.** Gremium veſtis, *Flor. rarum hoc ſignificatu. vſurpauit tamen & Virg. 8. Æneid. extremo.* ὁ κόλπος χιτῶνος, *Herodot. Polybi.* Lacinia, *Plaut.* Laciniâ tenet Argyrippum lacrumans. *vbi Manut. & Lambin. partem veſtis ſinuoſam apertam, & quaſi laceram, vt Feſtus deducit, interpretantur. Sic Sueton. in Nerone laciniam veſtis vſurpauit dicens:* Conſurgenti ei lacinia obhæſit. **Przydeptał podołek ſzaty y padł.** *Sic & Seruius. aliter*

vide Chuſtká. τὸ πτερύγιον, ἡ πτέρυξ γος. Ala veſtis, *Ioſ.Scalig.* Alaria, *orum. apud Virg. in Catalectis Scalig.*

Łoński / *(oppoſitum* **Tego-roczny.**) *ὁ πέρυσι σῖτος. Superioris anni frumentum. ὁ περύσινος adiect. At προέτιος. ante annum,* **Przed-roczny.**

Łopátá / łopátká do ſtrzybánia / Skrzybáczká. Batillum, *Varro.* Paſtor cum batillo circumeat, ac ſtercus tollat, *de Pauonum cella loquitur. τὸ λίστρον, i. πτύον σιδηροῦν. Batillum ferreum ad purgandum pauimentum. τὸ ἐδαφίστριον. à pauimentis inſtrumentum. Eſtq; varium, ligneum, ferreum, latum, anguſtum, rectum, inflexum.*

Łopátá / *aliter.* vide **Szufla.**

Łopátá chlébowa / Pala, *Catoni. à Pango ducit Varro. à paxillo Scalig. vt ala ab axilla. ὁ ῥῦμος, ου.* Infurnibulũ, *Grapaldo, & Iunio. qui laudat Plinium, ſed apud Plin. l.22. cap. 15. Infundibulum legunt aliqui, quod ſi infurnibulum etiam retineatur, non hoc ſignificabit; ſed* **Kurkę aptekárſką** / vide **Kurko aptekárſka.** *τὸ πέλεθρον, Iunio. & ἡ τράφηξ, ηκος. Etymologo.*

Łopátká w ćiele człowieczym. *ἡ ὠμοπλάτη. Galeno eſt quicquid in articulo ſcapulæ cum brachio apparet ſenſibus.* Omoplata, *Henr.Steph.Gorræ. Eodem nomine alij vocant oſſa ſcapularum.* v. **Kość łopátczána.**

Łopátká dolna v człowieká / v. **Biodr.**

Łopátká u beſtyy / Scapula equi, *Varr.* Armus equi, bouis. *Plin. Armi ſunt propriè quadrupedum, Serui. ὁ ὦμος.* Coxendix, *icis. fe. Varr.* Boues vt ſint latâ fronte & pectore, naribus ſimis, coxendicibus craſſis. *Coxendix, os ſupra femora duplex, oſsi ſacro vtrinq; adſtrictum, acetabulo ſuo caput femoris excipit, Veſal. alij coxendicem vocant ipſam iuncturam, alij neruos vincientes, alij ipſum femur.*

Łopátká mięſá / *ὁ βραχίων, ονος, Armus vituli, Sapien. 29. i. humerus cum brachio abſciſſus.*

Łopátká w kole młyńſkiem / *&c.* Pinna, *Vitruuio. τὸ σανίδιον i. tabella.*

Łopian / Rzep wielki / Łopuch / Bętyna. Lappa, *Virg. Plin.* Lappa maior *quæ* Perſolata, Perſonata, *al. Perſonatia.* Petaſites, *m.* Arcion, *n.* Proſopites, *m. Plin. Hermol. Siren. Vrſ.* [*Bardana maior, Officin. τὸ προσώπιον. ἡ προσωπίς, ίδος. τὸ ἄρκειον.* Perſoluta *Plinij, eadem quæ Perſolata ſeu Petaſites, Dalecamp.*

Łopian mały / gorolećny. Arction, *n.* Arcturus, *m. Plinij.* Lappa minor, *Sirenio, Ruellio & Gorræo, τὸ ἄρκτιον, ἄρκειον, ὁ ἀρκοῦρος. Dioſcor. Gorræ. Sed Matthiolus Lappam minorem ait eſſe* Perſolatam *Plinij.* & Xanthium *Dioſcoridis, non Arction, quæ Verbaſco ſimilis eſt, ξάνθιον. idem* **Rzep 2.**

Łopianowy / Lappaceus, *Plin.* [*ὁ ξάνθιος.*

Łós / **łóſowánie** / *łóſow rzucanie.* Sors, *fe. Virg.* Sorte mihi datum eſt. Sortitio, *Cic.* Sortitione in aliquem animaduertere. Sortitus, *m. Cic.* Vno ſortitu pluribus de rebus retuliſti. *ἡ λάξις, εως. ὁ κλῆρος. αὐτὸ τὸ κληρῶδες, ἡ κλήρωσις, ὁ πάλος.* Subſortitio, *Cicer. per ſortem ſubſtitutio. At κληροδοσία.* **łóſem rozdawánie.** *ὁ κλῆρος τῆς τύχης παῖς. Plutarch. i. Sors fortunæ proles.*

Łós wróżkow / ábo wróżká przez łós. *ἡ κληρομαντεία. Sors diuinatoria de futuris vel occultis, quam vanam & vetitam ex S. Thoma, Gregorio, & alijs docet Delrius 4. Diſquiſit. Magic. c.2. q.7. & varias eius ſpecies ponit. inter quas etiam στιχομαντείαν. quæ fit aperto aliquo libro, & verſu primum obuio inſpecto, &c.*

Łós / *aliter.* **Łóſowa koſtká / gałká.** Sortes *in plurali ſæpius, Cic.* Et ſortes ipſas, & quæ ad ſortem erant parata diſturbauit. Sors *vel* ſortis, *Plau. Priſcian.* Sortem, *Virg. 5. Æneid.* Sors populna, abiegna, *Plaut.* Sorticula, *Sueton. ὁ κλῆρος. Homer. Heſych. Euſtath. αἱ θεῖαι.*

Łós ná mię padł / Mea ſors prima exijt. Meum nomen exijt, *Cic. Bud. Sortitò mihi euenit. ἔλαχον ὁ λαγχάνω, ἐκληρονόμησα, ὁ κληρονομέω, ῶ.*

Łoś / Alces, *is. fe. Caſ. Plin. Solin. Cromer.* Alx, *cis. Gelenio. ἡ ἄλκη. Pauſania.* Alce, *es. fe. Plin.* Machlis, *Plin. Fera in Scandinauia Alci ſimilis, exceptis ſuffraginum flexibus, quibus caret, quare ſtans dormit arbori acclinata. ideoq; Aclin Dalecamp. apud Plinium legendum cenſet, quaſi non cubantem, non inclinatam. Labrum eidem ſuperius prægrande eſſe docet Plinius, ob quod in paſcendo retrograditur. Sed id Solinus Alci tribuit. Hermolaus media inter Camelum & Ceruum forma eſſe ait. Solinus velociſſimam eſſe ſcribit.* **Łoś zamorſki północny.** *Machlis vox μαχλίς, Græcis libidinoſam ſonat.*

Łóſem / Sortitò, *Plaut.* Cic. *κληρωτί. At ὁ κληρωτὸς, & κυαμευτὸς.* Sorte ductus. Sorti cecidit aliquid alicui *Virg. i.* ex ſorte, *Serui.*

Łóſownik / co łóſy puſzcza / rzuca. Sortitor, *Senec.* Troad. Sortilegus, *P.Cic, Hor. ὁ βελοβόλος, κληρωτὴς, κυαμευτής, ου. Sortiarios magos, à recentioribus dictos ait Delrius.*

Łoſkot / *propriè ſtrepitus quem edunt nuces dum franguntur. ὁ ψόφος καρύων ἀγνυμένων.*

Łoſoś / Salmo, *onis. m. Plin. Auſoni. Græcis ignotus, Geſnerus tamen eum σίλαγγα Heſychij vocat. σίλαγξ ἰχθὺς ἀγαθὸς inquit Heſych. Salaux piſcis optimus.* Salar *Auſonij paruus ſalmo, Rondeletio, Geſnero, Rob. Conſtant.* **Łoſoſek.** *Salmunculus Geſnero.*

Łóſowy / *ὁ κληρωτικός. ad ſortes pertinens.*

Łóſowy ſtáték / Vrna, *Cic.* Simia vrnam euertit, ſortes diſsipauit. *Plin.* Nomina in vrnam conijci. Situla, *Plaut. in Captiuis. &* ſitella *in Caſina idem.* Hydria, *Cic.* Sortes in hydriam conijcere. *ἡ κληρωτίς, ίδος. quaſi* **łóſownicá.**

Ma ſię ku temu / zánioſło ſię ná to. Res fluit ad interregnum. Ea tela texitur. Ea in ciuitate ratio viuendi incitatur ac poſteritati oſtenditur, vt &c. Res videtur ſpectare ad interregnum, ad concordiam, ad bellum. *Cicer.* Res ſpectat ad bellum, ad ſeditionem. *Liu.* *τὸ πρᾶγμα καταφέρεται εἰς τὸν ὄλεθρον.* Res eò tendit, *Plaut. Cicer.* *ταλαντεύω κάτω, tendo deorſum.* Tendit palmes ſurſum, *Colu.* *τείνω πρὸς, εἰς τόν.* Vergit ætas, *Tacit.* Vergo ad imum, *Horat.* Vergentes in ſenium anni, *Lucan.* *ῥέπει πρὸς τό, εἰς τό.* Inclino ad aliquid. Inclinant eò ſententiæ. Res inclinata eſt. Inclinatione voluntatis ad aliquid propendeo. Magna ruina impendet. Impendet illi fatum. Fatale eſt id illi, *Cicer.* *ἔκλιναν τὰ πράγματα ἐπὶ χεῖρον, in peius. κατακλίνεται πόλις εἰς κίνδυνον.* Ibatur in cædes, niſi &c. *Tacit.* Aliquid iam diu parturit, *Cicer.* Parat vim aliquis, *Liu.* Parat bellum, *Cæſ.* Magnos motus fata parant, *Lucan.* *ἐνόρμως ἔχειν πρὸς τόν: [illegible].* Minantur ruere omnia tecta. Vrbes concuſſæ dubiæq; minantur. Minitatur terra ruinas, *Lucret.*

Ma ſię ku wieczoru / vide Ku wieczoru.

Mam ſię na pieczy / czuię o ſobie. Excubo animo, non deſum mihi. *Cicer.* *ἀγρυπνέω, ῶ. τοῖς πράγμασι, vel ἐμαυτῷ. Transfert hoc verbum Lucian. ad animum.* Inuigilant animo curæ, *Statio.* *Mens inuigilat curis, Sili.* Inuigilo malis, *Ouid.*

Mam ſię zá tego / owego / zá tákiego/ *&c.* vide Vdáię ſię zá/ Czynię ſię.

Mam ábo ma ſierßenie w noſie / vide Gniewliwy. *Alludit Polonica phraſis ad Latinam, quæ apud Plautum eſt:* Irritare crabrones, *& ad Græcam, κινῆσαι σφῆκας. Prouerb.*

Mam ſzczęśćie do kogo/ ná co/ w czym. v. Szczęśliwy.

Mam to ná baczeniu / ná pieczy / mam oko ná to. Habeo rem antiquiſſimam. Id mihi in oculis animoque verſatur. Nihil habeo antiquius quàm, *&c.* Teneo aliquem omnibus horis in oculis, in auribus. Excubat apud me cura Reipub. Animus intentus ad liberandum fortiſſimum virum. Quæ mihi commendas, ea tantæ curæ mihi ſunt, vt me nolim admoneri. Nullum tempus dimitto, neque diurnum, neque nocturnum, quin de tua dignitate cogitem. Sic tibi perſuade, me dies & noctes, nihil aliud cogitare, nihil curare, niſi vt, &c. Nullum locum prætermitto agendi, prouidendi. Hoc denique animo ſum, vt ſi in hac cura atq; adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclarè mecum actum putem. Neque mihi in omni vita res tam erit vlla propoſita, quàm vt, &c. *Cicer.* Hæc res neutiquam neglectui eſt mihi, *Terent.* Intentus in aliquid, *Liu.* Intentus alicui negotio, *Saluſt.* Antiquiſſimum ei ſit, vel debet eſſe, *Colu.* Cordi eſt mihi, *Lucil. i. animo ſedet, Nonius.* *ἔχω τι διὰ σπουδῆς, μέλει μοι τοῦτο, & τούτου, & περὶ vel ὑπὲρ τούτου. ἔστι λίαν μοι ἐνθύμιον vel καταθύμιόν ἐστι. νῦν ἔχω πρὸς τούτῳ. vel πρὸς τούτῳ.*

Mam to zá cud / zá dobrodźieyſtwo / za krzywde / zá zyſk / &c. Poczytam to zá deſpekt / &c. Habeo aliquid pro beneficio : pro derelicto : habeo nefas aliquid nominare : habeo aliquid in perditis : id in bonis eſt habendum. *Cic.* Habeo pro non dicto : habeo indigniſſimum. *Liui.* Qui pro cibo habeas te verberari, *Plaut.* An habendum ſit adulterium, *Quintil.* *ἔχω ὡς ἀνάξιον.* Puto aliquid criminis loco. Damnationem pro prætura putat. In loco beneficij petitum eſt ab eo, vt &c. In ſummo beneficio impetratum eſt ab eo, *Cic.* *ἡγοῦμαι ὡς ἔγκλημα : περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι.* Pro nihilo puto, *Cic.* Pono in contumeliæ loco : in numero oratorum, in lucro, in beneficio pono. *Cic.* Pono aliquid in gloria, *Liu.* *τίθημι ὡς ἐν ἐπαίνῳ, ἐν αἰσχρῷ.* In argumentum cæleſtis ortus his vtatur, *Quintil. i. loco argumenti.* In ſolutum accipere, *Senec. i. ſolutionis loco.* Indignè fero, patior aliquid. *Cicer.* Indigniſſimè fero, *Capitol.* Indignor imperium, *Quintil.* Dedignor maritum aliquem, *Virg.* Appono lucro, *Horat.* *προστίθημι τοῖς κέρδεσι vel πρὸς τὰ κέρδη.* Repono in numerum fabularum, *Cic.* *ἀποτίθημι.* Numero in bonis : prodigij loco numero, in loco iniuriæ. *Cic.* *ἀριθμεῖν ὡς ἐν εὐεργεσίας μέρει. Demoſth.* Numero aliquid in beneficij loco, *Cic.* Prodigij ſimile id numeratur, te numero amicum : te meum numero : numerò in vulgo. *Cic.* *ἀριθμῶ σε τῶν φίλων. ἐν μοίρᾳ ἀγαθῶν τίθημι, τάττω, ποιῶ, ἡγοῦμαι.* Duco aliquid in bonis, *Cicer.* Duco aliquid honori, *Saluſt.* Laudi, *Teren.* Damno, *Plaut.* Duco inter proſpera, *Tacit.* Inter crimina, duco in gloria, *Plin.* *ἐν δόξῃ, ἐν γέλωτι, θαύματι, ποιοῦμαι. οὐκ ἀνάσχετον ποιοῦμαι intolerabile duco.* Exiſtimo, *Plin.* Exiſtimatur in probris. *ἡγεῖται.* Exiſtimor infantiſſimus, *Cicer.* Deputo aliquid in lucro, *Terent.* Accipio aliquid pro magnifico : prodigij loco : ea res in prodigium accipiebatur. *Tacit.* *λαμβάνω ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ. Polybi.* Iudico illum eſſe hoſtem, *Cic.* *κρίνω αὐτὸν ἐχθρόν.* Eſt mihi, *Plaut.* Eras mihi mortuus. **miałem ćię zá vmárłego.** Habemus hoc pro exercitu gymnaſtico & palæſtrico, *Plaut. i. loco exercitationis gymnaſticæ &c. Lambin.* Habere aliquid in turpiſſimis rebus, *Cæſar.* v. **Mieſto kogo/** & **Stoi to zá to.**

Mam to zá fráſzke. v. **Gárdzę.**

Mam to zá pewno / Præſumo animo, *Valer. Max.* *προλαμβάνω οὕτως εἶναι.* Præſumptum habeo, *Tacit.* Præſumptionem habeo, *Spartian.* Præſumptum eſt mancipia ſimpliciora rudiora eſſe, *Vlpian.* Præſumo ſpe bellum, *Virg.* *προκατελπίζω.* Inferna ſupplicia præſumebas & non præcauebas, *Tertul. Vulgò Suppono. Sed Latinè :* Certum id habeo. Pro certo habeo, puto. Certum id mihi eſt, vel de hoc. *Cic.* v. **Pewna to.**

Mam v kogo mieſce / wage / záchowánie/ &c. Valeo apud illum multum, *Cic.* Valet apud eum mea auctoritas. Valeo auctoritate & gratia. Valet apud eum veritas. Valet in vulgus. Valet ad populum dicendo. *Cic.* *πλεῖστον ἰσχύει παρ' αὐτῷ, Plutar.* Pollet apud me aliquid vel aliquis, *Cic.* Pollet eius auctoritas, *Saluſt.* Valet publicè, *Tacit.* Ex numero, in numero ſum ſapientum : in numero hoſtium ponor, putor, ducor, habeor, reponor. Eo numero ſum, qui &c. *Cic.* *τελῶ εἰς ἀριθμὸν φίλων. ἀριθμοῦμαι ἐν φίλοις, ἄγω ἐν φίλοις. ἐναρίθμιός εἰμι vel ἔχομαι τοῖς φίλοις.* Obtineo principem locum apud aliquem. Obtineo ſuauitatem filij apud aliquem, *Cic.* *εἰμὶ τόπῳ τοῦ φίλου : ἐπέχω τόπον τοῦ φίλου.* Sum magni, plurimi, apud aliquem. *Cic.* Magni pendor ab aliquo, *Terent.* *περὶ πλείστου ποιοῦμαι : περὶ πολλοῦ vel περὶ πλείονος ἡγοῦμαι.* Validus in animo alicuius, *Tacit.*

Mam vrząd ná ſobie. v. **Vrząd mam.**

Mam w kolećie / w rzemieniu/ ma kotá. v. **Pieniężny.**

Mam zá dobre. v. **Zá dobre mam.**

Mam zá ſwe/ ma zá ſwe. *Satis luit quod meritus eſt. Non eſt quod addas ad miſeriam, ſatis miſer eſt. Satis pœnarum pro meritis perſoluit. Sua illi fortuna ſatis grauis eſt. ἀφ' ἑαυτοῦ ταλαίπωρός ἐστι : αὐτομάτως κακοπαθεῖ, vel ταλαιπωρεῖ. Eleganter Plaut.* Miſeria vna quidem homini eſt affatim.

Mam zá to/ v. **Mniemam.**

Mam zá wygrána / v. **Zá wygrána.**

Mam zá złe komu / v. **Zá złe komu mam.**

Mam z ćie rozumu / mam ćie z rozum. Satis tibi ſapio. Poſſum te regere. *Cicer.* *περὶ σοῦ νουνεχόντως διάκειμαι : πολὺ πρός σε νουνέχω.* v. **Nie oſzukaſz.**

Mam zeń / abo z niego śiły. v. **Zdołam mu.**

Mam z gebe chlébá/ Suppetit mihi perpetuus cibus, *Plau.* *σιτοδοτοῦμαι, οῦμαι. σιτομετροῦμαι, οῦμαι. Frumentum mihi præbetur, menſurâ datur mihi frumentum. τὸ σιτηρέσιον διηνεκὲς λαμβάνω, demenſum perpetuò accipio.* vide **Doſtaie mi.**

Mam z kiem waśń / niéprzyiáźń. Intercedit mihi cum illo ſimultas, *Cic.* Intercedunt inimicitiæ, *Liu.* Inimicitiæ ſunt inter eos, *Terent.* Inimicus, inimicior, inimiciſſimus ſum alicui. Inſitas inimicitias habeo, & gero cum aliquo. Exerceo, habeo ſimultatem cum aliquo. Eſt mihi ſimultas cum aliquo, *Cic.* *ἔχθρα ἡμῖν πατρικὴ ὑπάρχει. ἔχθραν μοι πατρικὴν ἔχει : ἐθελέχθρως πρὸς ἐμὲ ἔχει. φιλέχθρως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον : ἐχθρωδῶς διάκεινται, vel διακείμενοι εἰσι : ἐχθραίνω τινί.*

Mam z śie roboty / *Suppetunt mihi abundè negotia. Satis ſuperq; mihi eſt quod agam. Suppetit ſemper quod agam. Eſt quomodo otium euitem. Habeo quo otium pellam. Vix præſenti labori ſufficio, ne dum vt maiorem ferre poſſim. μόλις ἀρκοῦμαι τοῖς πόνοις : μόγις ἐξαρκῶ πονῶν. μόλις διαρκῶ ἐν τοῖς πόνοις, & πρὸς τοὺς πόνους, & τοῖς πόνοις.*

Mam z śie ſtráwy / żywnośći / mam z potrzebę ſwo. *Habeo qui vitam colam. Habeo qui me vtcunq; ſuſtentem. Eſt quo ſatis alar. Annona quam habeo, mihi ſufficit. Tantùm habeo victus, quantum mihi alendo opus eſt. Mihi quod habeo in penu, ſatis eſt. Non abundo quidem ſed nec egeo. οὐ περιττεύω, ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐλλείπω τοῦ ἀρκοῦ. Mea qualiſqualis alimonia contentus viuo. ἐξαρκεῖ μοι σιτηρέσιον. τὸν σῖτον ἐξαρκῆ ἔχω.* Menſura cenſus in quantum ſitis atque fames & frigora poſcunt, *Iuuenal.* Largè ſufficiens prædium annuis victibus, *Plin. adde* habeo. Sufficit hic mons alimentis, *Liu.*

Mam z ſoba co czynić / Maximum negotium tecum habes, *Senec.* Quid dicam de occupatis meis temporibus? cui

cui fuerit negotium nunquam otioſum. Ego hic ſatis habeo negotij, cum &c. Plurimùm in eo negotij habeo. Moleſtis operoſiſque negotijs eſt implicatus. Vix aliquando illi ſuum negotium agere licet, *ex Cicer.* *ἄσχολος πρὸς τοῖς ἔργοις ἐστί. πολυπραγμονέστατος. πολλοῖς συνεχῶς πράγμασιν ἐστί. ἐξαρκούντως ἀσχολοῦμαι.* v. **Zábáwny.**

Mam z co pieniedzy/ *&c.* **Jeſt mie z co. Zſtánie mie ná to. Przémoge.** Eſt dijs gratia, vnde hæc fiant, *Terent.* Sum ſoluendo, *Cicer.* Sum ſoluendo æri alieno, *Liu.* *ἔστι μοι ἔκτισις. ἔχω ὁπόθεν τὴν ἔκτισιν ποιῶ: ἐκ τῶν ἐμῶν χρημάτων ἐκτίσειν δύναμαι: οὐκ ἀπορῶ πρὸς τὴν ἔκτισιν.* Subſiſto ſumptibus. Facultates meæ ferunt. Habeo ſumptum vnde faciam. Eſt vnde ſuppeditentur ſumptus neceſſarij, *Cicer.* *Διαρκέω τοῖς δαπάναις. ἀρκέομαι δαπανάων.* Suppetit mihi lucrũ, *Plau.* Sufficere huic poſſum, *Senec.* Suppetunt ad largiendum copiæ, *Cic.* Suppetunt in hanc rem feliciter cætera, *Colu.* Suppetunt copiæ quotidianis ſumptibus, *Cic.* Abundè mihi ſuppetunt facultates, *Plin. iun.* *Eæ ſunt mihi opes vt ne quid deſit, metuendum non ſit. Sufferre ſumptus quantoſlibet queo.* v. **Doſtoię mi.**

Mam z to śiły. v. **Zdołam.**

Mam z wóz śiáná/ z wiertel pßenice/ z funt pieprzu/ *&c. Habeo feni tantùm, quantùm ad currum onerandum ſufficiat. Habeo aliquantùm tritici, propè eſt vt modium impleat vel excedat. Eſt mihi tritici modius aut eo plùs minùſue. Plùs minùs modium tritici habeo. Modium vt ſummum vel vt minimum tritici habeo. Triticum quod habeo, modium ferè impleat. Piper quod in penu habeo, libram circiter pendit vel pendet. ἴσον quaſi: πλέον, circiter σχεδὸν ferè, fermè, penè.* **iákoby/ niemal/ bez mała/ ołoło.** v. **Bez máłá/ Koło** *Præpoſitio* 3.

Mam/ *aliter.* **Maß mię** *vel* **maß mię po woli.** *i.* **zwyćieżyłeś mię.** *Græci ſimiliter. ἔχεις ἐμέ. i. habes me, pro ἐνίκησάς με. i. viciſti me, Latini.* Habeo *ſimiliter vſurpant.* Cic. *Reddens verba Ariſtippi. ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι Λαΐδος, ait.* Habeo Laida, non habeor à Laide. *Senec.* Non ipſi voluptatem, ſed ipſos voluptas habet. *Idem.* Habere nos putamus, habemur. **Mniemamy ſię pánować pieniądzom/ máiętnośćiom: one nam pánuią.** *Plaut.* Periuriorem hoc ſi quis viderit, me ſibi habeto & ego me illi mancupio dabo. **Niech mię ſobie ma zá niewolniká/ ábo zá właſnego.** Manifeſtò in noxa teneo aliquem, *Plaut.* **Mam go w śieći.**

Mámá / *Infantum vox, qua balbutiendo matres, auias, nutrices appellant.* Mamma, *Varr. de liberis educandis, & Perſ. Græcis μάμμας, μάμμην, & μαμμαία apud Euſtath. μαμμία apud Ariſtoph. interpretatur Suidas, quòd infantes μαμμᾶν, i. comedere, loco φαγεῖν. i. comedere vſurpent.*

Mámczyne myto / Nutricia, *orum. Vlpian.* Trophima, *atis. vel* Trophima, *orum. Paul. I. C. Alciat. τὰ θρέπτρα, τὰ τροφεῖα. τὰ θρεπτήρια. τὰ τρόφιμα, al. τὰ τροφήματα.*

Mamię kogo / Zámydlam komu oczy. Fucum facio alicui, *Plaut. πηνικίζω, φενακίζω τινά.* Obijcio alicui glaucoma ob oculos, *Plau. ἀπογλαυκόω τοὺς ὀφθαλμούς τινος. εἰς τὸ γλαυκὸν μεταβάλλω.* Perſtringo oculos animi, ingenij. *Cic.* Præſtringo *legit Giſan. Delrius, ex Nonio, Aſconio, refutatá; legentes præſtinguo. eſt verò tranſlatum à præſtigiatoribus, vt ad Senecæ Troadem probat Delrius. Obnubo interpretatur Giſan. ad Lucretium. γοητεύω. τοῖς φενακισμοῖς ἐξαπατάω. περιδέω.* Senſus magicis cantibus auerto, *Virgil. Φρεναπατάω τινά.* Demento aliquem, *ſed Apul. hoc verbo aliter vtitur.* vide **Ogłéię** 1. Erroris ac dementiæ aliquem compleo, *Plau.* Excutio mentem alicui, *Plin. iun. φρενοκλοπέω, ῶ.* Fruſtrationem maximam iniiciam in hanc familiam, *Plaut. i. errorem mentis, Lambin.* Eripere alicui omnes ſenſus, *Catul.* Eripere alicui mentem, *Hirt. φαντάζω τινά, καταφαντάζω.* Offundo alicui, tenebras, noctem. *Cicer. Ἐπισκοτέω τῇ ψυχῇ: σκοτόω τὰ βλέφαρα.* Offundo oculis caliginem, offundo alicui errorem. *Liu.* Infatuo aliquem, *Cic.* Delinio. v. **Oczárowány.**

Mámienie / Præſtigiæ, *arum. Cic. huius* præſtigiæ, *habet Quintil.* Præſtigia, *orum. apud Cicer. in Verri. legit Manut. quomodo & in hymno S. Caſimiri legitur. moneo id ne facilè damnes.* Offuciæ, *Plaut. in Captiuis. fallacias interpretatur Feſtus. à fuco ducit Sipont. & Rob. Steph. quare & Lambin. in Moſtellaria Plauti (vbi ceruſſa, purpuriſſum, melinum, offuciæ ſimul ponuntur) fucum interpretatur quo oblinitur facies &c. ὁ φενακισμός: ἡ φενακία. ἡ περιεργεία vel περιεργία. Aliud eſt* **Omamienie.**

Mámká / Nutrix, *icis. Varr. Cic.* Nutricula, *Cic. Quintil. ἡ τροφός, θηλάστρια, τιθή, τιθήνη, τιθηνήτειρα, ἡ τιτθὶς ἴδος. ἡ θρέπτειρα, ἡ μαιάς, άδος. θηλονή, τιτθή, μαῖα.* Mater *pro nutrice, Plaut. Virg.* v. **Mátká.** Aſſa, *æ, Nonio quod aßit ſeu adſit vbiq; infantibus, (vt aſſa vox apud Cic.) Muretus ducit ab ἄττα, qua voce infantes nutricem compellabant. Sed Euſtath. hac voce ἄττα patres, aut nutritios ab infantibus compellatos ait.* Suppoſititia mater, *elegans periphraſis Varr. licet ipſe de equa mulum lactante loquatur.*

Mámránie / mruczenie. Murmur, *n. Ouid.* pro verbis murmura reddunt, *ſ. leones ex hominibus facti. τὸ ψιθύρισμα, ἡ ψιθυρὺς, ύος. ὁ γογγυσμός.* Clauſum murmur, *Perſi.*

Mámrze / mowię coś głośno / ále czégo drudzy nie rozumieią. Murmuro, *Ouid.* Murmurat exanimis lingua. Immurmuro aliquid ſub lingua, *Perſ. ψιθυρίζω, ψιθρίζω, βαβάζω.* Commurmurant inter ſe, *ſ. grues. Plin.* Obmurmuraſſe identidem grauiter prolapſum, *Sueton.* Fremo, *Virgil.* Cuncti ſimul ore fremebant Dardanidæ. *βρέμω.* Gannire alicui in aurem, *Perſ. Satyra 5. vbi garrit etiam pro gannit legit Caſaubon.* Cornicor, *Perſ.* Cornicari ſecum quid graue, clauſo murmure, *i. ſecum aliquid murmurare meditabundum. Caſaub. λαλεῖν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἑαυτῷ. i. intra dentes ſibi loqui. Expreßit Perſium Hieronym. epiſt. 4.* Alij intra ſe neſcio quid cornicantes, ſtupentibuſque in terram oculis, tumentia verba trutinantur, &c. *Idem Apolog. 1. in Ruffinum.* Contractis rugatiſque naribus concaua verba trutinantur. *Sic Varro apud Nonium.* Itaq; videas illum barbato roſtro commentari, & vnumquodque verbum ſtatera auraria pendere. *κρώζω Ariſtophan. οἶδ' ὁ κρώζεις. Suid. οὐκ οἶδ' ὁ κρώζεις. Neſcio quid corniceris. Βρενθύομαι. Lucian. Βρενθυόμενός τε πρὸς ἑαυτόν.*

Mán / lennem práwem co trzymáiący. *Vaſallus & Feudatarius I. C. corrupta Latinitatis.* Fidelis *ijſdem vtcunq; Latinum, ſed Adiectiuum. Meliùs ergo à Bud. Alciat.* Cliens *dicitur. item à Budæo, qui in fide alicuius eſt, appellatur. Interpretantur I. C. clientem quaſi colentem dominum, vt ab eo defendatur, & ipſe viciſsim dignitatem patroni tueatur ob beneficium, cui debet vel fidem tantùm, vel homagium, vel obſequium etiam, vel alia ſimilia.* Ligius, *quia fide per iuramentum & ceremonias obligatur ſuo domino v. Biſciol. Subſeciu. Tom. 1. l. 17. c. 22.* v. **Máńſtwo / & Przyiaciel** 2. *ὁ πρόσφυξ. Cliens in Pandect.* Beneficiarius *etiam rectè dici poteſt, quo verbo Sueton. vicina ſignificatione vſus eſt.* vide. **Beneficyánt.**

Mándat królewſki/ &c. Diploma Cæſaris, Prætoris. *Cic. Macrob. interprete Bud.* τὸ δίπλωμα. Decretum, Edictum Cæſaris, Senatus, Prætoris. *Cic.* Edictio baſilica, *Plaut. Hinc Edictalis bonorum poſſeſsio, Vlpian. quæ edicto habetur.* τὸ δόγμα, διάταγμα, διάγραμμα. ἡ διάταξις, εως. τὸ διάταγμα, πρόσταγμα. Codicillos *etiam vocat Macrobius, Budæ.* Mandatum, *Plin. iun. ad Traianum.* Nam ſicut mandatis tuis cautum eſt. *Iuſtinian. in Nouell.* τὰ παραγγέλματα. *i. mandata.*

Mándat dáię / Do diploma. Edicto aliquid ſancio, *Cic.* Edico, *Plau. Cic.* Facio decretum de &c. *Cic.* παραγγέλλω, διατάττω, παρεγγυάω, θεσπίζω.

Mánelá / Dextrocherion, *Trebelli. Iuli. Capitol. læſa vox Græca quaſi* δεξιόχειρον, *quòd in dextro potiſsimùm brachio (nam* χεὶρ *Græcis aliquando brachium ſonat) geſtaretur, aliquando in ſiniſtro a viris: eſtq; genus armillarum, cuius meminit etiam Vetus Scholiaſt. Iuuen. & Lucifer Caralitanus, vel Calaritanus & Ambroſ.* Dextras *vocat Iſidor. quæ ante manicam portarentur, (in commiſſura manus cum brachio) & ibi clauo iungerentur, i. fibula, quod vox etiam Polona ſonat, ſed & Græca,* ὁ μάνος, ὁ μανιάκης, ου. *è Latina voce facta vt &* [τὸ δεξιοχέλιον *Gloſs.* Dextrale, *Cyprian.* τὸ περιδέξιον. Brachiale, *Plin. vt reddit vocem Philoſtrati* ἐπικάρπιος ὄφις. *Henric. Steph. & Pollucis* περικάρπιον *Henr. Steph. & Iunius. Pericarpium. Ophis. Pſellium. Chlidones. Bubalia Rhodig.* χλιδῶνες, βυβάλια, ἐχῖνος, τὸ ἀκροχείριον, *quòd in ſumma manu fit,* περίχειρον *quòd manum ambiat,* ὁ ἑλικτὴρ, ὅρμος. *armilla. Bud. quòd voluatur & torqueatur circa manum.* τὸ ψάλιον, ψέλιον, τῆς χειρὸς κόσμος. *ornamentum manus.* Coſtula dextrocherij, *Capitolino. eſt lamina coſtæ ſimilis. Caſaubo. qui copulam, i. fibulam mallet legere. Dextrariolum. Iudith 10.* τοὺς χλιδῶνας καὶ τὰ ψέλια. *Aliqua horum aliter intelligunt alij Scriptores, vt videbis in* **Náramiennik**.

Mánipularz kápłáńſki/ narecżnyk/ nárekawie kápłáńſkie / *è Græca voce Chryſoſtomi* ἐπιμανίκιον. *vulgò Manipulus non Latinè.* τὸ ὠράριον *Heſych. Chryſoſt. Codino. Germano.* Orarium, *in Iſidori Gloſſario dicitur, &* Manuale χειρόμακτρον. *quod in Liturgia Chryſoſtomi diaconus fert in ſiniſtro brachio, Subdiaconus, Lector, &c. ferre id prohibetur in Synodo Laodicena. Vſus eius erat in abſtergenda facie, licet & myſticam ſignificationem habeat, quam vide apud Durantum. Significare ait Balſamon* ἐπιμάνικα, *vincula manuum Chriſti. Vox alioqui hæc, (de Orario loquor) Latina eſt,* v. **Chuſtká do noſá.**

Máńká / v. **Lewica.** *Quanquam eſt aliquod diſcrimen, propriè enim* **máńká** *ſignificat manum ſiniſtram illam, qua quis inſtar dextræ promptè vtitur, ſeu quæ dextræ officio rectè fungitur.* Falſa dextra dici poſſet. [ψευδοδέξιος.] *vel* potiùs falſa ſiniſtra. [ἡ ψευδαριστερά.

Máńkuty/ Scæua *maſ. qui ſiniſtra, vice dextræ vtitur. Vlpiã.* ὁ λαιφὸς, οῦ. *Heſychio eſt* ὁ ἀριστερᾷ χειρὶ χρώμενος. *eiuſdem ſignificationis erant illa* Scæuola & Læuinus, *quæ poſtea propria facta. vide Sigonium de nominibus Romanorum.*

Mánná / kaßá Polſka. *Semen oryzæ minoris vocat Vrſin. ob ſimilitudinem. Manna Polonicum vocat quidam Theologus vir doctus, quòd nuſquam gentium tale prouenire putetur, rectè id, ſed quod addit vocans hoc manna miraculoſum, (vt pote quod inquit, noctibus cælo depluat, & herbis vt ros innatet, atque ante ſolis ortum colligi debeat, cùm illo conſpecto decidat & euaneſcat) deceptus eſt homo extraneus fabuloſa alicuius Poloni narratione. Scimus enim certam herbam eſſe, quæ manna fert in ſpicis tenuibus, cuius grana ſtatim adoleſcunt & matureſcunt, & ſolem ferventiſsimum ferunt aliquot hebdomadis, triturari etiam poſſunt collectæ ſpicæ vt alia frumenta & ſeri. quod ego expertus ſum, qui ſtudioſè hanc herbam Cracoviæ colui & collegi ac grana excuſsi.* τὸ μάννα Πολωνικόν.

Mánná źiele / z ktorego kaßę zbieráią. *Oryza minor. Gramen herbæ. Gramen eſculentum. Gramen Cereale, Siren. Vrſin. Herbarijs.* ἡ ὄρυζα μείων. ὁ χόρτος σιτοφόρος. τὸ βοτάνιον πυροφόρον. [*Sanguinella Officin. ab effectu eliciendi ſanguinis.* Gramen mannæ, & Aculeatum gramen *Plinij, vocat Matthiolus herbam ipſam: & grana eius, manna cæleſte more vulgi. Tria genera mannæ apud Petrum Creſcentinum leges, vnum pratenſe: aruorum duo.*

Mánná żydowſka cudowna / ὁ τῶν ἀγγέλων ἄρτος. ὁ ἄρτος οὐρανοῦ, *Pſalm. 77. Panis angelorum: panis cæli, i. è cælo, vel cæleſtis,* ὁ ἄρτος μελίρρυτος *Nonno. panis mellifluus.* τὸ εὔτηκτον κρυσταλλοειδὲς γένος ἀμβροσίας τροφῆς. *Sapi. 19. i. diſſolubile, ſeu facile liquens cryſtallinum genus ambroſiæ eſcæ.* τὸ μάν. Manna *n. indeclinabile S S. Scriptoribus. Manna hoc puro & ſereno cælo decidebat, ſimile rori concreto ſeu granis grandinis; album inſtar tritici in pila decorticati; colore bdellij ſeu cryſtalli, aut onychis margaritæ; ſapore mellis vel ſaccari ordinario, ijs qui nullum alium cibum cogitabant, nam alter aderat ſtatim eius cibi quem quis deſideraſſet. nec ſoli boni hunc ſentiebant, vt quidam putarunt, ſed omnes, vt probat Cornel. à Lapide. Sole orto euaneſcebat calore diſſolutum, ſed id in agro tantùm, in domibus enim iam collectum non liqueſcebat, ſed durum erat & contundi ac in farinam redigi poterat. toto anno quotidie per 40 annos colligebatur, Exod. 16.* τὸ μάννα, *Deuteron. 8. Ab hoc manna fabula orta Ethnicorum de Ioue mel pluente. Gorr.*

Mánná / ſok lekárſki. Manna, *fem. Cælius Rhod. Gorræ.* ἡ μάννα, *Dioſcor.* Ros Syriacus, *Celſ.* Mel aëreum, roſcidum. *Virg.* Saliua ſiderum, *Plin. Ruelli.* τὸ μελικέδρινον: τὸ ἀερόμελι, δροσόμελι *Galeno. quia in folijs arborum & herbarum halitus terræ & aquæ ſolis calore exactè attenuatus & coctus frigore noctis condenſatur in manna Medicum.* Manna *Latinis veteribus aliud ſignificat.* v. **Kadźidłowe iodrká.**

Mániſtwo/ lenno/ lenne práwo. *Feudum I. C. vox barbara à fide ducta, vt volunt ijdem. Sic vocatur ius quoddam, quo dignitas, vectigal, prædium ea lege alicui datur, vt is & poſteri eius, auctorem ſemper agnoſcant, & vt patronum colant, eiuſq; caput, exiſtimationem, & fortunas tueantur. eſtq; vel ſummum quod datur Ducibus, Comitibus; vel medium quod mediocribus; vel infimum quod infimis conceditur, & eſt plerumq; maſculinum. Item reale quod tranſit ad poſteros, perſonale quod non tranſit. Item Eccleſiaſticum & profanum, &c. vide Hotom. Cuiac. Bodin. Dicitur etiam Vaſallitium ſeu vaſaligium æquè barbarè, vt & Hominium & Homagium, quamuis hoc poſterius aliqui I. C. ducant ab* ὁμόω *iuro, quod iuramento firmetur, vel ab* ὁμοῦ *&* ἄγω *ſimul ago, vel ab* ὁμὸν ἅγιον *ſimul ſacrum. Dicitur & Fidelitas, ſed ea vox latè patet.* [τὸ ὁμάτζιον *Anonymo, homagium. Fides, Meurſ.* Clientelam & beneficium *Latinè vocat Budæ. Ligium ius I. C. poſterioribus à ligando, quem ritum deſcribit Iouian. Pontan. Feudum ligium idem. Obſeruandum verò eſt aliquos I. C. ſubtilius hæc diſtinguere, & homagium vocare ipſam profeſsionem fidelitatis, quæ fit domino à cliente, ſeu adſtrictionem liberi hominis patrono ſuo, flexis genibus cum iuramento conceptis verbis, & ritu certo promittentis fidelitatem, & ſe vaſallum eius profitentis. Polonicè* **Leńſtwá przyiećie / abo leńſkiego poddáńſtwá**

dáńſtwá czynienie. Clientaris officij agnitio & ſponſio, *Bud.* *vicinum* przyiaćielſtwo przypowiedźiáne.

Mánſtwo *aliter.* dobrá lenne/ *vt* ma lenno ábo máńſtwo od tego / owego. to dáie z lenná krolowi/ *&c.* *Feudum, & bona feudalia I. C. vulgò barb. Res beneficiarias quæ iure clientelæ poßidentur Latinè vocat Budæ. Conceſſa res aliqua pro homagio, Tacbolienſi. Prædium beneficiarium, Goclenio. Beneficium militare, quod Soldata dicitur non eſt feudum, ſed præſtatio ſtipendij militibus benè meritis, qui auctorati, matriculati, & ſolidati dicebantur, Schardius.*

Mánſyonarz / [*ὁ μανσιονάριος. Gregor. Dialogus. ὁ μεσομονάριος. Balſam. Menolog. vulgò Manſionarius. Sacerdos à publicis Deiparæ laudibus in Eccleſia. ὁ τῆς Θεοτόκου ψάλτης Ἐκκλησιαστικός.*

Mántyká / Pera, *Martial.* Pera mendica prandia ferens. *ἡ τοῦ πτωχοῦ πήρα. Suid. Mendici pera.* Perula, *Senec.* Mantica, *Perſ. Horat.* Manticula, *æ. Paulus Feſti. Manticularum vſus pauperibus in nummis recondendis fuit.* vide Bieſági.

Mántykorá źwierz Indyyſki. iáko go z Indyyſka Grecy y Łacinnicy zowią/ ábo Ludo-iad. iáko to ſłowo brzmi v Indow. Manticora, *Solino.* Mantichora, *Plin. ὁ μαρτιχώρας, α. Ariſtot. Ælian. μαρτιχώρας, Cteſia. μαρτιόρας. ἀνδροφάγος. Pauſani. ἀνθρωποφάγος. Ælian. Fera Indica, triplici ordine dentium pectinatim coëuntium armata, corpore leonis, facie hominis, cauda ſcorpionis ſpicula iaciente, voce horribili & multiſona, humanæ carnis appetens, humanas voces imitans, velociſsima. ex Solino, Plin. Ariſtot. Cteſia. At Pauſanias hanc tigridem eſſe ait, cuius ob metum tam multa falsò ſint illi attributa. Reijcit hunc Geſner. & potius Leucrocutam eſſe putat. Sed huius forma longe diuerſa eſt.* v. Lew mießániec.

Mápá krájopiſow/tablicá/płáchtá/ *ὁ πίναξ γεωγραφικὸς, Tabula geographica. ὁ πίναξ γεωγραφικὸς καθολικὸς. Tabula geographica vniuerſalis. quæ ſcilicet totius orbis terræ deſcriptionem continet. ὁ πίναξ χωρογραφικὸς, Tabula chorographica, quæ tantùm alicuius vel aliquot regionum deformationem habet. Item γραφὴ κόσμου, pictura mundi: Διαγραφὴ οἰκουμένης, deſcriptio orbis terrarum. ὁ πίναξ κοσμογραφικὸς, tabula coſmographica, cui præter regionum totius orbis deſcriptionem, circuli cæleſtes adduntur, cum gradibus in Æquatore & Meridiano ad ſitum regionum & vrbium indagandum. quin & geometrica aliqua iiſdem appingi ſolent, ad metiendam milliaribus, vel paßibus longitudinem ac latitudinem regionum, ac diſtantiam ab inuicem. Et quia in iiſdem tabulis fluuij, lacus, maria, cum ſuis oris, ſinubus, differentijs deſcribũtur, Hydrographicæ etiam tabulæ appellari poſſunt. πίνακες ὑδρογραφικοί. Delineantur inſuper in iiſdem ex Nautica, ventorum nomina & viæ, iuxta acum Magneticam diſpoſitæ nauigantibus vtiliſsimæ. Denique hiſtorica aliqua tum ex natura rerum admirabilium, tum ex moribus hominum deſumpta, quæ omnia iucundam & vtilem ſpectatori etiam benè literato occupationem exhibent.*

Márá / v. Obłudá. & Widok fałßywy.

Márcépan / *Marci panis. Cælio. Rhod. Rader. Iuni. Panis ſaccharites, Iunio. ὁ ἄρτος σακχαρίτης. Marci paſtillus. Cælio Rhod. è Græcis. & Rader. Maza panis, Hermol.* [*ὁ μαρζιπανὶς, μαρτζαπὰς. Gloſſæ. Græcobarb.* v. Łákoći.

Márcépannik / Cruſtularius, *Senec. Iunio.* (*vel etiam* **Androtnik** / piekarz ándrotow.) Panchreſtarius, *Arnobi. vt legit Meurſ.* Panifices cruſtarios *apud Arnobium legit Turneb. ſed ſenſus idem eſt. ὁ παγχρηστάριος, Gloſſar. Meurſi.* Dulciarius, *Lamprid. Apulei. Firmic.* Dulciarius piſtor, *Mart. interprete Iunio, Radero. vel* **Miodownikarz** : vide Piernikarz. *ὁ γλυκεοπεάτης, ου. Gloſſa Græcolatina i. dulciarius, qui vendit dulciaria. ὁ μαζοπέπτης, ου qui mazas coquit.*

Márchew ogrodna żołta / *τὸ σίσαρον, Siſer ſecundum Matthioli. Siſer luteum Sirenio. ὁ σταφυλῖνος κηπευτὸς vel ἥμερος. Paſtinaca ſatiua vel lutea. Siren.* Nam Paſtinacæ *nomine Plinius 4 plantas complexus eſt ait Dalecampi.* [*Baucia, Officin.* { *Marella Barbarum.*

Márchew włoſka / károtá. Paſternak głudy. *Siren.* **Márchew czerwoná.** *Vrſin. ὁ δαῦκος κηπευτὸς. Daucus hortenſis, Paſtinaca gallica, & Daucus Theophraſti. Vrſino.* [*Carota Officin. Carotes rubra, nigra, &c. Siren. τὸ κάρωτον. Athenæo.*

Márchew polna/ Gniazdo ſrocze / & Paſternaczek. *Vrſin.* Swiniak / Serdecznik/ *Siren.* Paſtinaca agreſtis, *Plin. ὁ, vel ἡ σταφυλῖνος ἄγριος. ὁ δαῦκος. Dioſcor. Siren. Daucus, Paſtinaca ſilueſtris, Rob. Steph. Matthiol. Daucus Creten. & ſilueſtris, Siren.*

Márchutt / *Sorodæmon. Rhodigino. Larua ſepulchralis. ὁ σορόδαιμων, ονος. Capularis dæmon. Larua ſepulchralis vel buſtuaria. Marcolphus vox & perſona ficta, de terriculamentis nocturnis vel ſepulchrorum.*

Márcowy / Martius, *a. um. Martial.* Martiæ Calendæ. *Cicer.* Nonæ Martiæ. *ὁ Μάρτιος.*

Márcowy kwiát / Jácynt. Hyacinthus, *Plin. Virg. Eſt duplex, vulgaris, & orientalis Matthiol. ὁ, ἡ ὑάκινθος. inſcriptum habet* A I. A I. *Græcum σχετλιαστικὸν ἢ θρηνητικὸν: αἶ, heu, ô, nota eſt dolentis, quam funeſtam literam vocat Ouid. qui fabulam narrat. flos hic vtilis eſt ad tincturam purpuræ. [illegible]and. Plin. Cerda.* bićkitnego ieſt kwiátu. *Siren.* Purpureum vocat, *Virg. quia ad nigredinem vergit, Cerda.* Vaccinium *Virgilij idem, vt vult Turneb. Dalecamp. Hermol. Matthiol. Conſtantin. Cerda. Vacciniũ arborem eſſe vult Pomponi. Sabin. & Parrhaſius. arbuſculam ſepium Dalecamp. ex Plinij l. 15. c. 18. Paluſtres baccas Iunius. Mora rubi vel ſentis interpretatur Iunius & Brodæ. Vaciniam pro arbore aliqui ſcribunt. adi Cerdam.* Hyſginum, *Vitruuij & Plinij, idem Hermolao. Dalecamp. & Philandro. τὸ ὕσγινον.*

Márdáć / márgać ogonem. v. Macha ogonem.

Morgraf / Márgrábiá. *Præſes limitaneus Iunio. ὁ μαρκεζιόνης, ου, Codino.* [*Marchio vulgò barb.*

Márkoce / mrucze / (*ſeruorum & vilium perſonarum eſt*) Murmuro, *Plaut.* Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat! *μορμυρίζω.* Commurmuro, *Plin.* Commurmuror *deponens, Cicer.* Vt ſcriba ſecum ipſe caput ſiniſtra perfricans, commurmuratus ſit. *ὑποφθέγγομαι, ὑποτραυλίζω, ſubmurmuro. γογγύζω, τονθορύζω, ὑποτονθορύζω. ὑπ᾽ ὀδόντα τονθορύζω. ἰλλὲς τῶν χειλῶν ὑποσίνω, μύζω.* Muſſo, *as. Enni.* In occulto muſſabant. Muſſito, *Plau.* Hæc ego mecum muſſito. o to morkoce/ ſtyſkuie/ ábo o to mi márkotno. Murmurillo, *as. Plaut. Noni. Vicinum* Szemrze/ Odwarkam.

Márkot/ márkocacy/ márkotliwy. v. Szemrácz.

Márkotánie / mruczenie. Murmuratio querula, *Plin.* *ὁ μυγμός.*

Márkotno mi. Niemiło mi. Gniewno mi ná co / ná kogo. Ægrè, moleſtè, iniquo animo fero: grauiter accipio: grauiter & acerbè fero: Angor exſpectatione. *Cic. βαρέως, χαλεπῶς φέρω.* Iniquiſſimè fero, *Sue.* Indignè fero, *Plin.* Ingratè fero, *Tacit.* Indignanter fero, *Ammian. δεινάζω, δυσχεραίνω, δυσκολαίνω,*

ἀχθέω, δυσανασχετέω, ῶ. Δυσχεραίνω ἀκούων τοῦτο! Χαλεπαίνω πρὸς τοῦτο: Χαλεπῶς τι φέρω. Iniqua mente fero, *Ouid.* Malè me aliquid habet, *Teren.* Ægre me id habet, *Plaut. Liu.* Cui ego ſtomachans faſtidioſe inquam, *Cicer.* Ægrè mihi eſt aliquid, *Plaut.* Grauiter hæc audio, *Teren.* Ægrè eſt aliquid animo meo, *Plau.* *ὑποδυσφορέω, ῶ.* Subiraſcor, ſubmoleſtè fero. Durius accipere hoc mihi viſus eſt quàm vellem. Eſt mihi id ſtomacho. Ex hac re moleſtia affectus ſum. *Cicer.* *ἐδάκον τὰ χείλη. Ariſtophan.* Mordere labra. v. **Przykro mi co. Za złe mam co.**

Marmur / Marmor, *oris. n. Cic. Plin.* *ὁ μάρμαρος.*

Marmur biały / Parius lapis, *Virgil.* *ὁ λίθος πάριος, vel ἡ λίθος παρία.*

Mármur czerwono-biały / Porphyrites, *æ. m. Plin.* *ὁ πορφυρίτης, ου.* Porphyreticum marmor, *Suet. in hoc ſi candidæ macula aut vena appareant,* Leucoſtictos *dicitur Plin.* *ὁ λευκόστικτος.*

Marmur drętwiący/martwiący członki. Memphitis lapis, *Rob. Conſtant.* *μεμφίτης λίθος. Dioſcor.* Memphites, *æ. m. Plin.* *Marmor gemmantis naturæ (varium, diſcurrentibus venis aureis Rob. Conſtant.) Obſtupefacit corpus ad cruciatum. quare vrendis vel ſecandis, ex aceto illinitur. Sic Plini.*

Marmur popiéláſty / Tephria, *æ. Plin. à cinere quaſi ὁ τεφρὸς μάρμαρος, cinereum marmor.*

Mármur żélazney máśći i twárdośći/ Baſaltes, *æ. m. Plin.* *ὁ βασανίτης Rob. Steph.*

Mármurék/ *ἡ ἀλώπηξ, ἡ ἀλωπεκῆ μαρμαρίζουσα. Vulpes, vel pellis vulpina marmorei coloris.*

Marmurem położony / Marmoratus, *Varr. Stat.* [*μαρμαρωτός Rob. Steph.*

Mármurowánie / **pokładánie mármurem.** Marmoratio, *Apule.* *ἡ μαρμάρωσις Eclog. Impp.*

Marmurowány / **tynkiem mármurowem powléczony.** Marmorato loricatus, *Varr.* Parietes & ſolum, opere tectorio marmorato loricandum. *τῷ μαρμάρῳ κονιατός.* Marmorato oblitus, *Varr. infrà.* Marmoratus, *ex Silio. Lamprid. & Cic. tralatè vtitur.*

Mármurownik / **kámiennik mármurowy.** Marmorarius, *Senec. Firmic.* [*ὁ μαρμαρουργός, οῦ.*

Mármurowáty / Marmoreus candor, *Lucr.* Marmoreum gelu, collum. *Ouid. i. marmori ſimile.* Marmoroſus, *Plin.* *μαρμαρίζων, οντος. μαρμαρόεις, εντος.*

Marmurowy / Marmoreus, *Cic. Lucret.* *ὁ μαρμάρινος, μάρμαρος, μαρμάρεος.*

Mármurowy ſek / Centrum, *Plin.* *τὸ κέντρον. Iunio.*

Mármurowy pokład / **poſadzki**: *αἱ μαρμάριναι πλάκες. Marmorea cruſta, tegula.* v. **Poſadzka.**

Mármurowy tynk / Marmoratum, *ſubſtant. Plin.* Marmorati experimentum in ſubigendo. Marmoratum tectorium, *Varr. i. è marmore & calce, Philand.* *τὸ μαρμάρινον κονίαμα.*

Marmuruię / **mármurem pokładam** / **ſadzę.** Marmoro, *as. Lamprid.* Hoc genere marmorandi, *Senec.* Marmorata plaga, *ſ. ponti, Stat.* [*μαρμαρόω*] *τῷ μαρμάρῳ πλακόω. Marmoreis cruſtis operio.*

Marmuruię / **tynkuię marmurem.** Marmorato oblino parietes, *Varr.* *τῷ μαρμάρῳ κονιάω, ῶ.*

Márnie / v. **Nikczemnie.**

Márność / v. **Próżność/ Nikczemność.**

Márno-trawcá / v. **Vtratnik. Rozrzutny.**

Marno-trawſtwo/ v. **Rozrzutność.** **(dząć ſtroie.**

Márnuię/ **márno-trawię.** v. **Przémarnowáć/ Rozgar-**

Márny / **prożny**/ **nikczemny.** Inanis, *Cicer.* Inane ſomnium, *ὁ κενός, διάκενος.* Vanus, *Virgil.* Vana ſomnia. *Horat.* Vana imago, vanum gaudium. *ὁ μάταιος, ὁ ψευδός.* Futilis, *Cicer.* Vani & futiles aruſpices, *ὁ εἰκαῖος.* Euanidus, *Senec.* Euanidum gaudium. *ἐξίτηλος, ἐξίτηλος.* Subinanis, *Cic.* *ὁ ὑπόκενος.* v. **Prożny**/ *paulo diuerſo ſignificatu,*

Márſk / v. **Zmárſk,**

Marſowa gwiazdá / Stella Martis, *Cic.* Mars, *Propert,* *ὁ ἄρειος ἀστήρ.*

Márſzałek powſzéchnie / Anteambulo, *onis. m. Matt. Suet.* *ὁ πρόπομπος, ῥαβδονόμος.* Deſignator, *Plaut. Buda. & Lauin. ex Cic.* Diſſignator *legit Camerar. Lipſi. Taubm. Manut. qui loca publica diſtribuit.* Submotor *rectè dicetur Liui. aliter* vide *Indicem.* *ὁ βραβευτής, οῦ.*

Márſzałek koronny w Polſzcze. Irenarcha. Magiſter pacis ac diſciplinæ publicæ *(circa Regem) Vlpian. Martian.* *ὁ εἰρηνάρχης, ἡσυχοποιός.* Adminiſter publici conſilij, *Cromer. vulgò Mareſcalcus magnus, Cromer,* *ὁ ῥαβδοφόρος βασιλέως.*

Marſzałek królewſki / **ábo nadworny.** Prætor comitatus Auguſtalis, *Sueton.* Præfectus Auguſtali prætorio, *Sueton.* *ὁ ἔφορος τῆς αὐλῆς. ὕπαρχος τοῦ βασιλέως. vulgò Mareſcalcus Curiæ Cromer.* *μαρισχάλκος, Nicetæ. Apud Imperatores Græcos dicebatur κουροπαλάτης, [à cura palatij Euagrio, ex voce Latina.] Is, vt Caſiod. l. 7. variarum ſcribit, aurea virga decoratus inter numeroſa obſequia ante pedes regios incedebat, vt vel ipſo teſtimonio vicinitatis, palatia illi commiſſa agnoſceres. ῥαβδίκιον Imperatoris, i. virgam ferebat, ait Cedren. Eratq; dignitas ex primarijs. Item Silentiarius in C. qui præeſt ſilentio, & quieti interiori in domo Principis & conſiliorum arcanorum eiuſdem eſt conſcius, Procopius. Idem audientiam facit, Nicephor. σιλεντιάριος, ἡσυχοποιός. Gloſſar.*

Marſzałek pogrzebny / Deſignator, *Horat. Senec. interprete Lambin. Bud. Lauin.* Diſſignator *ſcribunt Camerar. Lipſi Taubman.* Funerum arbiter, *Tertullianus, Lauin.* *ὁ διοικητὴς νεκύσιος.*

Marſzałek tanéczny / **réy wodzący.** Choragus, *Plau. Sueton. Bud.* *Χορηγός, Χορηγός, Χοροστάτης, Χοροδιδάσκαλος. Choroſtates, æ. Chorodidaſcalus, Bud. κορυφαῖος. Magiſter chori, Budæ.* Præſultor *etiam verbo Cicer. &* præſultator, *Liuij verbo dici poſſet.* Præſul *apud Lucilium, i. præſultor Saliorum Douza, & Capitolin.* Fuit & præſul (ſaliorum) & vates, & magiſter, *i. præſultor Caſaubon.* *ὁ μεσόχορος.* Meſochorus, *Plin. iun. Sidonio. qui in medio choro (ſaltantium aut canentium) ſignum dat.*

Marſzałek wéſelny / **bieśiadny.** Sympoſiarchus, *Donat.* *ὁ συμποσίαρχος, συμποσιάρχης, v. præfectus conuiuij. ὁ ἀρχιτρίκλινος. Græcam vocem apud Ioannem Latinus interpres retinuit.* Architriclinus. Thaliarchus, *Horat. Turneb. Chaboti. è voce Græca* vide **Bieśiadnik 2.**

Marſzałkoſtwo / [*τὸ κουροπαλατικόν, Conſtantin.* Cura palatij, *Meurſ. & κουροπαλατίσσα. Chronicon Conſtantinop.* Curopalatiſſa, *vxor Curopalatæ. Meurſ.*

Márſzałkuię / *ῥαβδουχέω, ῶ. Virgam fero, προπομπεύω ἔξω, vel ἔσω. Anteambulonem ago. πομπός τίς εἰμι. προπορεύομαι πρό τινος, vel ἔμπροσθέν τινος. Prægredior, antegredior aliquem honoris cauſa.*

Marſzczę co / *lege ſequentia.*

Marſzczę śię / **marſzczy śię co.** Contraho frontem, *Plaut.* Contraho vultum, *Cicer.* *Συνίστημι τὸ πρόσωπον.* Duco vultum, *Martial.* Capero frontem, *Varr. à caprorum frontibus Noni. vel à cornibus rugoſis, Feſt.* *Συνάγω τὴν ὄψιν.*

Caperat

Caperât illi frons ſeueritudine, *Plautus. pro caperatur.* Conſulco. Corrugo frontem, *Plaut.* συνοφρύω τὰ βλέφαρα. *Eurip. alluſit Horat.* Deme ſupercilio nubem. **wéſolym ſie pokaż.** Traho rugas, & vultum. *Ouid.* Rugis anilibus perarauit ora, *Ouid.* Corugat alicui nares mappa ſordida, *Martial.* Senili triſtitie ſtriatam gero frontem, *Apule.* ῥυσσόω, ῥυτιόω, ῥυτιδόω, & ῥυσαίνω τὶν. Rugat palliolum, *pro rugatur, Plaut.* ῥυσοῦται. Deturpo rugis aliquid, *Plin.* Torpeſcunt rugis gemmæ, *Plin.* Irrugatur ventris æquor, *i. planities Gelli.* Aſſeuero frontem, *Apul. i. ad ſeueritatem compono.*

Marſzczenie/ (*actio*) Contractio frontis, ſuperciliorum, *Cicer.* ἡ ῥύσσωσις, εως. ἡ ῥυσότης, ητος. ῥυτίδωσις. vide **Fałdowánie Zmarſzczenie** *aliud eſt.* v. **Zmárſk.**

Martwię/ *proprie i.* martwem czynię. *inuſitatum.* νεκρόω. Affero mortem, afficio morte. *Cicer.* ναρκάω, *obſtupeſacio. Mortifico non leges apud veteres Latinos.* v. **Zábiiam.**

Martwię kogo/ *tr.* νεκρόω, ῶ. τινά. *in SS. libris vulgo mortifico aliquem, à Sacris ſcriptoribus vox facta noua noua rei. Latinè loqui volenti periphraſi vtendum eſt.* Exerceo aliquem ad vitam auſteram. ἀσκέω τινὰ πρὸς τὴν σκληρότητα: σκληροδίαιτον τινὰ ποιεῖν σπουδάζω· τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης τινὰ διδάσκω. σκληραγωγέω τινά. τῇ αὐστηρᾷ διαίτῃ ἐθίζω. *Imperare cupiditatibus & corpori aſſuefacio. Frangere cupiditates doceo. Voluntatibus alicuius aduerſor. Libertatem pro libidine quiduis agendi eripio. Lege ſequentia.*

Martwię ſię / νεκρόω, θανατόω ἐμαυτόν, *i. Mortifico meipſum apud Eccleſiaſticos Scriptores. Latinè dices:* Vinco me ipſum: vinco animum: frango cupiditates, libidines, meipſum. Reſeco libidines. Coërceo, contineo cupiditates. Domitas habeo libidines. Refreno libidines, cohibeo libidines. Reſtinguo incenſam cupiditatem. Impero cupiditatibus: imperium ſeuerum teneo in *&c.* Bellum mihi indixi, *Cic.* Bellum ventri indicere, *Hor.* Belligerare cum genio ſuo, *Plau.* Defraudo genium, *Teren.* Denego naturæ iucunda. Contineo me, contineo me in aliqua libidine. *Cic.* ἀφειδῶς ἔχω ψυχῆς, *non parco animæ ſeu vitæ.* κρατεῖν ἑαυτοῦ. ἐγκρατῶς ἔχειν σώματος, *durè habere corpus.* κρατέω τῶν ἡδονῶν, *i. contineo me à voluptate.* ἐγκρατής εἰμι ἡδονῆς, γαστρός. τὸν αὐστηρὸν καὶ σκληρὸν βίον ζηλόω, *auſtera & dura vitæ ſtudeo.* σκληροδίαιτον βίον ἄγω, *duram vitam ago.* σκληρῶς διάγω. τὰ σαρκικὰ κινήματα καὶ φρονήματα νεκρόω, *carnales motus & ſenſus aboleo.* ἀπροσπαθῶς ἔχω πρὸς τὴν παροῦσαν ζωήν. *nullo vitæ huius affectu teneor.* ἀνηλεῶς τοῖς κινδύνοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι, καὶ μηδὲν ἔχειν κοινὸν πρὸς ἑαυτόν, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλου πάσχοντος, οὕτω διακεῖσθαι. *Philotheus Patriarcha Conſtantinop. i. ſine commiſeratione periculis ſe obijcere, nihilq́; ſecum habere commune, ſed perinde affici ac ſi alius quiſpiam pateretur. Tales ſunt illæ locutiones in SS. libris.* ἀρνέομαι, ἀπαρνέομαι ἐμαυτόν. *Abnego meipſum, i. naturæ grata denego, nullam mei & meorum commodorum rationem habeo.* αἴρω σταυρόν, *tollo crucem, i. moleſta quæuis Dei & virtutis cauſa æquo animo tolero.* σταυρόομαι, *vel* ἐσταυρώθην τῷ κόσμῳ, καὶ ὁ κόσμος ἐμοί. *Crucifixus ſum mundo & mihi mundus.* καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω *quotidie morior.* ἀποθνήσκω τῷ κόσμῳ, *morior mundo. Item* ἀπολέσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, *perdere animam ſuam.* μισεῖν ἑαυτὸν καὶ ψυχὴν ἑαυτοῦ, *odiſſe ſeipſum & animam ſuam.* ἐκκόπτειν τὸν πόδα, *abſcindere pedem.* ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγεῖν, *Caſtigare corpus & ſubijcere.* σταυρῶσαι τὴν σάρκα, *Crucifigere corpus, i. nunquam ei in Dei & virtutis cauſa indulgere.*

Martwieię / nie czuię ſię. Obrigeſco, *Cicer.* καταξηραίνω. Diriguit, *Virgil. à* dirigeo. Rigeo, *Ouid.* Lingua riget. Stupeo, *Ouid.* Stupuit ceu ſaxea. Demorior, *Cels.* Demortuum eſt caput. Emorior, *Celſ.* Emortuum eſt membrum. Intermorior, *Cato.* Intermoriuntur ſtirpes aſparagi. νεκρόομαι, ὦμαι. Obtorpeo, *Cicer.* Obtorpuit manus. *Curt.* Obtorpuit metu concio. ναρκάω, ἀποναρκάομαι. Obbruteſco, *Lucret. Lambin.* Membratim vitalem deperdere ſenſum, *Lucret.* Tardeſcit lingua, *Idem.* Sideror, *Plin.* Sideratur ſilurus, *ſ. piſcis.* σφακελίζομαι. *Infeſtor* σφακέλῳ. ἢ γαγγραινοῦμαι, *gangrena infeſtor.* μαλκίω, μαλκιάω, *frigore obtorpeſco.*

Martwienie członká/ ábo ćiáłá/ gdy mártwieć poczyna/ ábo martwieie. Gangræna, *Plin. Eſt mortificatio membri ab inflammatione, quæ nec digeri poteſt, nec in pus conuerti: non eſt perfecta ſideratio, ſed via ad illam, membrum hæc facit liuidum, ſideratio nigrum. Gorræ.* ἡ γάγγραινα, ἡ γαγγραίνωσις. **Zmartwienie** *aliud eſt.*

Martwienie kogo / *tr.* ἡ νέκρωσις. *Mortificatio SS. Scriptoribus, i. Exercitatio dura alicuius ad virtutem.* ἄσκησίς τινος πρὸς τὴν ἀρετὴν πρὸς τὴν σκληρὰν διαίταν.

Martwienie ſamego śiebie / ſrzodek do vmartwienia. νέκρωσις ἑαυτοῦ. *Mortificatio ſui in SS. Latinè compreſsio cupiditatum. Imperium durum in corpus & cupiditates. Salutare odium ſui. Perpetuum cum ſenſibus corporis & illecebris bellum. Voluptariæ vitæ odium hoſtile & infeſtum. Corporis vltronea afflictatio, & vexatio Dei & virtutis cauſa. Vincendi ſui iuge ſtudium.* ἄσκησις ἑαυτοῦ πρὸς τὴν σκληρότητα βίου. σπουδὴ τῆς σκληρᾶς διαίτης, ἀπώλεια τῆς ψυχῆς. *Xiphilin.* ἡ κατοχὴ ἐπιθυμιῶν, ἡ ἄνεξις τῶν ὁρμῶν.

Martwy / Exanimis, *Ouid.* Exanimes artus, exanimis lingua. Exanimus, *Virgil.* Exanimum corpus. Exanimatum corpus, *Lucret.* Exanimata verba, *tr. Cicer.* Emortuus, *Celſ.* Emortua caro. Præmortuus, *Ouid.* Præmortua membra. Intermortuus, *Sueton.* Exanimalis. *Plaut.* Exanimalem illum faxo. ἄψυχος, νενεκρωμένος, ἔκψυχος.

Martwy / *tr.* vide **Nieochotny.**

Máruná / Parthenium, Leucanthe, tamnacus, *aliter* amaracus. *Plin. & Dioſcorid.* τὸ παρθένιον, λευκάνθεμον, ἀμάρακον, *eadem herba. Plin. item vocat eandem* Muralium, *quod improbat Dalecamp.* ἡ ὑστερική. *Matricaria. Ruellio. Officin.* ἡ χρυσόκαλλις *Solis oculus, Iunio.*

Máry / Feretrum, *Plin. Virgil.* Sandapila, *æ. Martial. Sueton. Iuuen. plebeiorum erat ſandapila, nobilium feretrum, Fulgentius.* Capulum, *Plaut interprete Feſto. aliter Nonius.* vide **Truná.** Ferculum, *Sueton.* Matris fratriſque cineres, in vrnas condidit ac duobus ferculis mauſoleo intulit. Fericulis *etiam legit Læuin. Lectus Stygius. Orciniana ſponda Poët. Martial. vide Loënſem l. 3. c. 3.* τὸ φέρετρον, ἡ σορός, οῦ.

Máry poczéſne / prożne. κενοτάφιον *multi vocant, quod in funere imaginario, (. vt apud Spartianum & Capitolinum legimus) geſtatur, Bud. alioqui Cenotaphium Vopiſco, & Lamprid. eſt tumulus inanis. quare potiùs dicendum Feretrum honorarium inane.* ἡ σορὸς τιμητικὸς κενή.

Márynárz / vide **Żéglarz.**

Márzano śiele/ ábo **Reta** *Latinè verò* Rubia, Ereuthodanus, Ereuthodanum, Erythrodanus. *Plin.* τὸ ἐρυθρόδανον, ἐρεύθεδανον, *Theophraſt. Eſt duplex, ſatiuum maius: ſilueſtre minus.*

Márzec mieśiąc/ Martius, *Plin. Ouid.* ὁ μουνυχιών, μάρτιος.

Marzec piwo. τὸ πῖνον μάρτιον. *Cereuiſia Martia, quæ Martio menſe coquitur, aliter* vide **Piwo** 2.

Márzne / Gelo, *as. Martial.* Manus gelatæ. Gelaſco, *Plin.* Viri natura non gelaſcit. Gelantur feminæ, *Iuuen.*

Congelat lingua, *Ouid.* Congelor, *Colu.* Congelaſco, *Macrob. Gell.* καταπήγνυμαι ὑπὸ ψύχεος, ἀποπήγνυμαι, ἐπιπήγνυμαι. Rigeo gelu, *Liu.* Rigeo frigore, *Lucret.* ῥιγόω. Concreſco glacie, *Liu. Ouid.* πήγνυμαι διὰ τοῦ ῥίγους. Obriguit terra frigore, *Cicer.* Perfrigeo, *Martial Iuuenal.* καταψύχομαι. Glacior, *Plinius.* Glaciatur humor, aqua. Conglaciat frigoribus aqua, *Cicer.* κρυσταλλόομαι. ὕημαι. κρυσταίνομαι. Vror, *tr. Cic.* Venatores vri ſe in niue, in montibus patiuntur. καίεσθαι *tr.* Adſtringor frigore, *Plin. iun.* Adſtrictum gelido frigore pectus erat, *Ouid.* Prærigeo, *Tacit. Egelidor Sidoni. i. gelu diſſoluor.*

Márznie *abſolutè Imperſonale.* **Márznie ná dworze / mroź ieſt.** Gelat, gelant frigora. *Plin.* Glaciat *abſol. vt* glaciat aqua *&c. vt Plin. glaciat vnguentum.* Vrunt montana niues, *Lucan.* καίω. *Xenophon.* ἡ χιὼν καίει τῶν κυνῶν τὰς ῥῖνας, τὸ ψῦχος ἐπιτείνεται. *frigus intenditur, vel intendit ſe, vt Liu. intendentibus ſe tenebris.*

Márzy mi ſie / Vexant me inſomnia, *Ouid.* ἐνυπνιάζω. Multa modis ſimulacra videt volitantia miris, *Virg.*

Márzy-mietká / vide **Mietká** 4.

Máſa / ábo máſſá v áptekarzow. ἡ μᾶζα. Maſſa ficuum, *Columus.*

Máść do námázowánia lekárſkiego rozmáita / τὸ χρῖσμα, χρῖμα, ἄλειμμα, ἄλειφαρ. ἡ ἀλειφὴ, τὸ ἐπίχρισμα. τὸ ἐμπλαστικὸν φάρμακον. τὸ χριστήριον. Vnguen, *inis. Cato. Varr.* Vnguen ceti, *Colu. (Vnguentum aliud ſignificat. v.* **Olieÿ wonny.**) Vnguilla, *Solino. tenax vnguen, quo ſimiæ, exemplo hominis, oculos ſibi illinunt & ſic capiuntur.* τὸ ἐνάλειμμα, **máźidło.** Vnguedo & Vnctulum, *Apul. veneficarum vnguen.* τὸ μάλαγμα. Malagma, *atis. neutrum. Celſ. Colu.* τὸ ἔμπλαστρον *id eſt materia emplaſtri. At* τὸ ἔμπλαστρον, *vel* ὁ ἔμπλαστρος, *eſt compoſitio emplaſtri ex medicamentis. aliqui tamen hæc confundunt. nam Gorræo* ἔμπλαστρος *eſt medicamentum ipſum in maſſam coactum, quod præmollitum vulneribus apponitur. ab* ἐμπλάττω, *illino.* τὸ ἐπίπλασμα, τὸ κατάπλασμα, Cataplaſma, *Plin. Cataplaſmata alia ſunt ſolidiora & craſſiora, vt cerata &c. alia liquidiora* συγχρίσματα, *vnguenta, Gorræus. Lucilius* Cataplaſmo *habet in ſexto caſu tanquam à Cataplaſmus, vel um. alij ibi legunt Cataplaſmâ ſuuere ventrem, in ſexto ſimiliter priſcè. vt item Schema. Epilimma Feſto, vel potius (vt corrigit Gotfred.) Epalimma, genus vnguenti viliſſimi.* τὸ ἐπάλειμμα *inunctio.* Liparæ, *arum. Plinio ſunt medicamenta pinguia, Hermola. vel* emplaſtra lenia, *Celſ.* αἱ λιπαραί. *At* Hygremplaſtrum, *Plin.* ὑγρέμπλαστρον, *i. humidum, liquidum emplaſtrum. Obſerua inter hæc differentiam. Malagma fit ex floribus & ſurculis herbarum: Emplaſtrum ex metallicis. Item Cataplaſmata ſunt molliora: Emplaſtra & Cerata craſſiora:* τὰ συγχρίσματα *verò liquida. Gorræ.* τὸ κολλύριον, κολλύριον, Collyrium, *oculorum præcipuè vnguen, ſed & aliarum partium, Celſ.*

Máść goiąca / Sarcocolla, *Plin.* ἡ σαρκοκόλλα. *lacryma arboris eiuſdem nominis in Perſide, glutinans vulnera, Gorræus ex Dioſcoride. quaſi carnis gluten.*

Máść / aliter. vide **Farbá** 1.

Máść zapáśnikow / Ceroma, *atis. n. Martial. Plin. ex oleo & terra fiebat.* τὸ κήρωμα. *vnde* Ceromaticus, *Iuuen. ceromate perunctus.* ὁ κηρωματικός. **námázány tą máśćią.**

Máślanká. τὸ γάλα ὀρρῶδες, *Theophraſt.* Lac ſeroſum. *Lexica vetera, Iuni.* Lac crebro iactatu coactum, *ex Plin.* Lac agitatum, *Iunio.* ἡ τοῦ γάλακτος ἀπὸ τοῦ βουτύρου ἀποσέθμη. Sedimentum lactis à butyro ſeparato. Oxygala, *Plin. l. 28. c. 9. i. acidum lac à butyro agitato ſeparatum, Dalecamp. (eſt altera Oxygala ſignificatio. vide* **Mleko kwáśne.**) Acor lactis iucundus à butyro ſeparatus, *Plinius l. 11. c. 41.*

Máślarz / *propr.* **co máſło robi / przedáie.** *inuſitatum eſt.* vide **Mlecznik** 1.

Máślarz *tr.* v. **Koſtoſznik / Ciáſtoch.**

Máśleſká / ziele. Złotogłów / złote głowki / Lilia żołta. *Vrſin. Martagum, Matthiol. Vrſin. Lilium ſilueſtre, Lilium Saracenicum, Herbarijs.*

Máślny /. ὁ βουτύρινος. *Butyrinus, Henr. Steph. ex vet. Lexic. Dioſcor.* βουτύρινον μύρον, *è butyro vnguentum.*

Máſło / Butyrum, *Plin. anceps eſt media ſyllaba, (vſus tamen obtinuit apud nos produci.)* τὸ βούτυρον, *quod ex bouino lacte potiſſimùm cõficiatur.* τὸ λιπαρὸς τοῦ γάλακτος. Spuma lactis, *Plin.* τὸ πικέριον. *Galen. Hippocrat.* τὸ λίπος τοῦ γάλακτος κινουμένου καὶ χωριζομένου, *Dioſcor. pinguedo lactis crebro agitatu in longo vaſe expreſſa vel ſeparata.*

Máſtok Turecki / mákowy ſok. *Succus herbæ Ceruariæ rubræ,* (**ſerdecznik**) *aut papaueris nigri, Siren.* Mænomenon *poteſt dici ab effectu.* τὸ μαινόμενον. *vt vocat Plin. mel ex flore rhododendri confectum, quod edentes illud in furorem vertit.*

Máſtokowie Turecczy / *Milites Turcæ ſucco papaueris nigri epoto feroces & furentes facti.* Deuoti *apud Romanos ſimiles, Liu. ſed multò ſimiliores* Soldurij *apud Gallos, quos* deuotos *Cæſar l. 3. &* clientes *l. 7. interpretatur.* Solidarios *vocat Radeuic. Hotoma.* οἱ τῶν φιλοδύνων *Athenæ.* Synapothneſcontes, *Plaut. Terent.* οἱ συζῶντες καὶ συναποθνήσκοντες *Athenæo.* Commorientes *vertit Terent. Apud Thebanos* ὁ ἱερὸς λόχος, *Plutarch. i. ſacra cohors. Acerrimus miles, & vſque in extrema obſtinatus.*

Máſtykátorium / lekárſtwo ktore w vśćiech trzymáiąc / głowę od flegmy czyśćiemy. ὁ ἀποφλεγματισμός. Apophlegmatiſmus *Medicis.* Commanſum, *Iunio. quòd manſum pituitam ex capite educit.* ἀποφλεγματίζω, *pituitam ſic elicio.*

Máſtykowa iágodá. ἡ σχῖνος, ἴδος. *Bacca lentiſci.*

Máſtykowa żywicá. ἡ ῥητίνη σχινίνη. Reſina lentiſci. ἡ μαστίχη. Maſtiche, *ſe. Plin.* Maſticum, *Palladio. Ixines herba ſucco, aliqui loco Maſtiches vtuntur.* v. **Lepczycá.** Maſtix, *icis. vulgò vitioſè. vt refellit rectè Sipontinus hanc originem.*

Máſtykowe drzewko / Lentyſzek. Lentiſcus, *Colu. Martial. Plin.* ἡ σχῖνος. Schinus *apud Danielem, Laurn. Lemnius. à* σχίζειν, *quòd ex eo aſſulæ findantur, purgandis dentibus, apud Martialem ter in anno fert baccas. Conſtant. Geopon.* Murciolum *ex Columella profert Hermolaus, & interpretatur ſemen lentiſci, quòd ſit muricatum quaſi, vel adiectiuè pro languido poſitum ait.*

Máſtykowy / Lentiſcinus, *Plin.* Oleum lentiſcinum. τὸ σχινέλαιον. ὁ μαστίχινος, σχίνινος, σχινώδης. *Lentiſcifer, Ouid.* Maſtichinus, *Pallad.* Oleum maſtichinum. *Hinc* Maſtichatum *poculum aut vinum, Lamprid. eſt Maſtiche conditum.* Maſtichites, *Caſaub.* μαστιχίτης, *v.*

Máſz-li dáć day. &c. v. **Day-że** 1. & **Zdzierſz-że.** & **Li.**

Máſz mie po woli. Tuus ſum. Ero vt me voles eſſe, *Plau.* Promitto, recipio, ſpondeo me talem ſemper fore, qualem maximè velle & optare debetis, *Cicer.* Pro rota me vti licet, vel ego huc, vel illuc vertar, quò imperabitis, *Plaut.* Do me tibi, *vt Terent. & Cicer.* Da te mihi. ἐπιτήδειος ἔσομαί σοι. ἐπιτήδειον ἐμαυτὸν παρέχω σοι: ἐπιτήδειος εἰς ἅπαν εἰμί. ἐπιτηδείως διάκειμαί σοι. v. **Powolny.**

Máſzcze / máśćią námázuie / (*máża latè patet & minus nitidum*

Mießániec / z rożnych zwierząt vrodzony. Hybrida, *æ. m. Martial. Horat. Plin.* ὁ ἑτερόγονος. *ex diuerſis animalium generibus natus, potiſſimùm de canibus dicitur ait Acron, Porphyrio. de ſuibus etiam ac hominibus Plin. itemq́; de hominibus Mart. Horat. Sueton. Vſurpatur de hominibus tr. cùm notare volumus eum qui nobilis non eſt natus, ſed irrepſit. Lauin. in Sueton. à voce* ὕβρις, εως. *ducunt pleriq́; quæ vox contumeliam, probrum, & ſtuprum ſignificat, quaſi per ſtuprum vel ignominiam natus.* Ibrida *legendum ſuſpicatur Lauin. & Dalecamp. ab Vmbris, qui Imbri & Ibri olim vocabantur, quaſi ſpurij & inſititij, & apud Plinium Vmbri, ouium mixtum genus.* ἡμίονοι προβάτων: ὀμβρείκαλοι. Ambiguus infans, *Senec. Hippol. de Minotauro, quem Cochanouius reddit* **Mießániec** */ quo modo & Centaurus, Onocentaurus, & Hippocentaurus reddi poſſet.* τὸ ζῶον ἑτερόγονον, *animans diuerſorum generum, vt Mulus ex aſino & equa. Hinnus ex equo & aſina. Varr. Colu.* Muſmones *vel* Muſimones, *vel* genus muſmonum, muſimonum, *vel* muſinonum, muſmunium, *vel* muſmunum genus (*ita variant codices*) *Lucilio, Nonio, ſunt breues equi, muli, aſini Dalecamp. At Hermolao, Plinio, Catoni, Straboni* μούσμωνες *ſunt arietes pilis caprinis non lana tecti vt pote miſti.* Ophion, *onis. Plin. Pilo ceruo ſimilis, idem qui Muſmon Dalecamp.* Lamia, *fera Libyca monſtroſa, draconis forma, vultu fœmina, crudeliſſima & homines deuorans. Dionyſ. Chryſoſt. & alij Græci ac Latini apud Geſnerum.* ἡ λαμία. ‡ *Threnorum quarto capite apud LXX.* δράκοντες *vox habetur, vbi Latinus interpres Lamias reddit.* Cepus vel cephus, *Plin.* κῆπος *Strabonis, animal inter vrſum & canem, Satyri facie. alij ſimiæ ſimilem aiunt, alij leoni ac panthera.* ‡ Sphinx, *apud Plin. fera ex ſimiarum genere. Poëtæ monſtrum fecerunt ore virginis, pennis auium, pedibus leonis. Nomen ei* σφίγξ *ab effectu quod viatores ſuis interrogationibus obſcuris* σφίγγειν, *i. ſtringere ſoleret & ignorantes præcipitare. Diodor. Siculus. Natalis Comes. & Anonymus ad Pierium additus. At* ὁ, ἡ παμμιγής, έος. *generale eſt, de quouis ex varia miſtura conflato vſurpandum.* Biformis, *Colum. Biformatus, Cic. P. Bigener, ris. Feſt. Varr.* Ægipan, *nis. Feſto. Plin.* αἰγίπαν. *Semicaper. Pan. Ouid. Faunus idem Turneb. Bicorpor Cic. P. Bicorporeus, Firmic. P. Bimembris, Ouid. Virg.* Inſititium animal *vocat Varro, quod non ex ſuopte genere ab radicibus naſcitur vt mulus & hinnus. Semibos, Ouid. Tricorpor, Virg. Silius. Monſtrum hominis capita duo & partes ſuperiores diſcretas, inferiora coniuncta habens, duos homines diſcordes continens apud Comitolum, ex Henrici quodlib. 6. q. 14.*

Mießániec / oboiey płci. Androgynus, *Cic.* ὁ ἀνδρόγυνος, ἀνδρογυνής, οῦς. ἀρρενόθηλυς, ἀνδρόθηλος, γυνάνδρος, *quaſi mas & femina.* Hermaphroditus, *Plin. Mart. Ouid.* ὁ ἑρμαφρόδιτος, *u. quaſi ex Mercurio & Venere, ſeu maſculino & femineo ſexu conflatus.* Hermathena, *æ. Cic. imago Mercurium & Mineruam exhibens.* Infans incertus maſculus an femina eſſet, *Liu.* ‡ Ambiguus mo-

dò vir modò femina, *Ouid. 4. Metam. At Claudian. ambiguum marem vocat Eutropium eunuchum. Hermaphroditas equas viſas in carpento Neronis aſſerit Plin. Et Brodæus l. 10. c. 1. ſcribit ſe vidiſſe equum hermaphroditum, in capris ſexum vtrumq; reperiri Cælius Rhod. ſcribit, in piſcibus, Plinius. Obſeruat Gorræus tales neutrius ſexus officio fungi poſſe. Mergi aquis ſolitos androgynos ſtatim natos ſcribit, Iul. Obſequens.* ὁ ἀνδρόθηλυς, υος. ὁ, ἡ διφυής, έος. ὁ ἡμίανδρος, *Semiuir. Cælio. Rhod.* Diphyis, *apud Plin. vt legit Turneb.* (*al.* diphris) *gemma candida & nigra maris ac feminæ membra exhibens.* **Mieſzániec** oboiey płći kámień. *reddi poteſt.*

Mieſzániec / *aliter.* v. Półſzláchćicá.

Mieſzánina / rzéczy pomieſzáne. Miſtura ex aquis cunctis, *Plin.* Miſtura iocorum, *Martial.* ἡ κυκεία, τὸ κύκημα, τὸ μίγμα, σύμμιγμα, ἡ πολυμιγία. Permiſto, *Cic.* Permiſtionis reliquias fundes. ἡ κατάμιξις, τὸ κέρασμα. Miſcellanea, *orum. Iuuen. i. gladiatorum cœna miſta ex varijs cibis, Vetus Scholiaſt. Ludos miſtos intelligit Britannicus, miſcellos Suetonio dictos.* Farrago libelli, *Iuuen. tr.* ὁ φορυτός. Congeries variarum rerum. Silua rerum & verborum, *Cic.* Colluuio rerum, *Liu.* Satura *Feſto, lex multis alijs referta quæ miſcella I. C. dicitur. Caſaub.* Satura *etiam cibus ex varijs rebus. Feſto. Apitio. Scalig.* τὸ χάος, εος. Chaos, *n. Virg.* Permiſtum, permixtum, *Cic.* Commixtum, *Cato. ex aqua & amurca.* Intrita, *æ. Columella vinacea expreſſa cum ſpumis ſapæ ſeu defruti, & fæce ex lacu vinario ac aqua dulci, vocat intritam.* **Mieſzáne pićie.** Pancarpiæ *Feſto, coronæ ex varijs floribus.* αἱ παγκαρπίαι. *Fenicium vel fœnicium Scribon. miſturam herbarum vel medicamentorũ interpretatur Turneb. ſed dubitat de ſuo ſenſu.* ὁ κυκεών *Sineſio. vide in Adagijs noſtris* Wdzięczna rzécz. & Pomieſzánie 1.

Mieſzánká bydłu / Farrago, *Varr. Feſt. & Plin. ait* : quadrupedum cauſa farrago ſeritur. Farraginaria pecori vtilia per hiemẽ futura, *Colu.* ὁ κυκεώνσαῖος. ἢ τὸ ὤκιμον. Ocimum *Græcis*, farrago *Latinis, a farris ſegete, ait Varr. ex qua olim fiebat, vel a ferro quo metitur. Eſt autem ocimum, vt Plin. & Varro ſcribit, pabulum è ſegete viridi vere præciſa, boum cauſa ſeri ſolitum, ex varijs leguminibus, vt vicia, faba, eruilia, auena, &c. ciet aluum bobus Varrone teſte, vnde ei nomen ab* ὠκὺς, *vel* ὠκέως, *i. à celeritate creſcendi, vt Feſt. & Varro putat : nihil eo fecundius, cum maledictis & probris ſeritur, ait Plin. ex Theophraſto, vnde cantare alicui ocima apud Perſ. i. malè dicere. Ocinum ſcribit Victor. & Commelin. vt differat ab ocimo hortenſi. Ocinum pabulum pecudum,* (v. Bazyliká) *alij ocymum ſcribunt ex Varr. & Plin. Ocimum L. Biſciola, & Henric. Steph. è Græca voce : idem ocimum, vocat Baſilicon pratenſe.* Migma. *Iſaiæ 30.* τὸ μίγμα. & ἡ πανσπερμία, i. miſtura ſeminum omnis generis. Secale, *is, n. Plinio frumenti genus viliſſimum, idem quod farrago.* Ocimum *prima longa apud Perſium. tr.*

Mieſzány / pomieſzány. Miſtus, *Cic. Liu.* ὁ μικτός, ἐπίμικτος, σύμμικτος. ὁ, ἡ συρφετώδης, εος. ὁ μιγάς, άδος. ὁ, ἡ συμμιγής, έος. Promiſcua connubia, cædes. *Liu.* Miſcellus, *Sueton.* Miſcelli ludi. *Varr.* Miſcellum genus columbarum. *Gelli.* Miſcella doctrina. Miſcellaneus, *Apul.* Miſcellanea turba. ὁ, ἡ πολυμιγής, έος. *è multis miſtus* : ὁ, ἡ παμμιγής, *ex omnibus miſtus.* ἀμφιμιγής *vtrinq; miſtus.* ὁ πάμφυρτος, φυρτός. Confuſaneus, *Gelli.* Confuſanea doctrina ὁ συγχυθεὶς ἰντός. Conſeminalis vinea ex varijs generibus vitium, & Conſeminea vinea, ſilua. *Colu.* ὁ, ἡ πολύσπορος, ου.

Mieſzczánie / Miáſto / *de hominibus collectiuè.* Ciuitas *ſunt incolæ, vrbs, ædificia. Noni.* Prudentiſſima, fideliſſima, maledicentiſſima, amiciſſima ciuitas. *Cic.* Nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas. *Idem.* ἡ πόλις, εως. Thucydid.

Mieſzczánin / Ciuis *hic, hæc. à coëundo quòd in vnum coëant cœtum, Cic.* Ciuis femina; defende tuas ciues. *Plaut. In ſexto caſu* ciue & ciui *Priſcian.* Oppidanus, *Caſ.* ὁ πολίτης, ου. ὁ κατὰ τὴν πόλιν : ὁ ἀστός. ἡ πολῖτις, ιδος. *hæc ciuis, Plaut.* ἡ ἀστή. **Mieſzczká.** Municeps, *Iuuenal. Vlpian. eſt qui iure ciuitatis gaudet, ſed non dignitatibus, magiſtratu, ſuffragio. Feſtus. Gellius.* μέτεστι τούτῳ καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν. *hic omnia iura ciuitatis habet.* Vrbanus, *Cicero.* Omnes vrbani ruſtici qui Latinè loquuntur, ὁ ἀστύτριψ, βος. ὁ συντελεστής, οῦ.

Mieſzczánin niepráwy / wlazł do miáſtá / nieprzyięty vrzędownie. ὁ ἀστόξενος, ξένος. ὁ, ἡ ἔπηλυς, υδος. Peregrinus, *Budæ. Valla, Vlpian.* Furatus ciuitatem : Qui irrepſit in cenſum ciuitatis, qui imprudenter ſurripuit ciuitatẽ. *Ex Cicer.* ὁ ξενίας διωκόμενος *ſeu* φεύγων. Peregrinitatis reus, *Sueton. in Claudio. Ibid.* In peregrinitatem redigere, **miáſtá odſadźić kogo / ábo mieyſkiego zbronić / mieyſkie odiąć / i. práwo.** Municipalis homo. *Turneb. ex Iuuenal. apud quem Ciceroni obijcitur quod non optimo iure ciuis Romanus eſſet, ſed aduentitius.* Eſſe pro ciue qui ciuis non ſit, non licere, *ait Cic.* Improlus *vel* improlis, *Feſto qui nondum eſt adſcriptus in ciuitatem* ; μήπω πολιτευόμενος. *Contrarium* Duicenſus *qui cum prole adſcribebatur, quaſi cum altero cenſus, Feſt. Scalig. ex Gloſſ.*

Mieſzczáninem kogo czynię / do mieyſkiego przyymuię. Adſcribo *vel* aſcribo aliquem in ciuitatem; in ciuitate; ciuitati. *Cic.* ἀναγράφω, ἐγγράφω τινὰ εἰς τοὺς πολίτας : ἐγγράφω τῇ πόλει : πολιτογραφέω, ῶ. τινά. Ciuitate aliquem dono, ciuitatis compotem facio, ciuitatem alicui do, tribuo, dono, impertior, communico, largior, recipio ciuitate, in ciuitatem. Adſciſco aliquem ciuem, aliquem in ciuitate legibus conſtituo. *Cicero.* Communico cum aliquo ciuitatem. *Liu.* ἀστόν τινα ἀποφαίνειν : τὴν πολιτείαν διδόναι.

Mieſzę / mieſić. v. Rozczyniam.

Mieſzek / worek ſkórzány. Folliculus, *Liu.* Folliculis frumentum vehere. *Cicer.* Folliculo os obuoluere. τὸ θυλάκιον, φυσκίον, θυλακίσκιον, ὁ θυλακίσκος, τὸ σακκίον, ὁ μολγός. Melina, *Plaut. Epidico. i. ſcortea mantica ex pelle ouis. Scalig. & ſic erit prior longa.* μηλωτή. *Lamb. Douza à mele deducunt* v. Zbik. *Turnebus. à melle Mellinam ſcribit. & lagenam mellis ſeruando interpretatur.* Vidulus, *Plaut.* ὁ κώρυκος. *ſaccus coriaceus,* τὸ κωρύκιον *dimin.*

Mieſzek pieniężny / burſá / worek &c. Crumena, *Iuuen. Horat.* ἀπὸ τοῦ κρέμασθαι. *quòd in collo appenſam geſtarint priſci. Noni. Lambin. Boſſ.* Crumina *apud Plautum legit Feſt. Scalig. Gruter. Taubman.* Marſupium, *Plaut. Varr.* τὸ μαρσύπιον, ὁ μάρσυπος, ὁ κώρυκος. Sacculus, *Plaut. Aſcon.* τὸ σακκίδιον. Aſcopera, *Sueton. vt legit Leuin. & interpretatur marſupium, ac refutat alios.* ἡ ἀσκοπήρα. *Suid.* Scortea, *æ. Aſcon.* ἡ διφθέρα. Funda, *Macrob.* Demiſſa manu in fundam, paucos denarios protulit. Loculi. Locellus, *& hi* locelli. *Martial.* Paſceolus, *Plaut.* Centum minæ in paſceolo, *eſt ex aluta ſacculus ait Nonius.* Phaſcolum, *i.* pera, *Feſt. Turneb.* ὁ φάσκωλος, τὸ φασκώλιον. Bulga, *Varr. Lucil. Noni.* τὸ βουλγίδιον. Follis, *m. Veget. Iuuen. Steuech.* Folliculus *ſacculus è collo pendens Nonio. Hinc* Follitim ductare aliquem, *Plaut.*

Plaut. Zá mieſzek kogo wodźić / i. wytrząſác mieſzek / kalete komu. ćiągnąć go / wyćiągáć / trawić. Vomica, *tr. Plaut.* Quid hoc in collo tibi tumet? R. Vomica eſt, parce preſſare. *Et noſtri ſic iocantur.* Suffiſcus *Feſto, eſt marſupium ex folliculo teſtium arietinorum.* Sacцellus ære ſonans, *Petron.* τὸ βαλάντιον, βαλαντίδιον.

Mieſzka mi śie / Mora eſt, *Plaut.* Si alia memorem quæ &c. mora eſt. μακροχρόνιος ἔσομαι: χρόνιόν ἐστι. Longum eſt, *Cic.* χρονισμός ἐστι. Mora mihi fit, *Cicer. Horat.* v. Báwię kogo.

Mieſzkáć gdźie przychodzę. ἐνοικίζω, παροικίζω, ἀποικίζω, ῶ. *Habitatum venio, colonus fio.*

Mieſzkáia tám. Colitur & habitatur ea pars frequentiſſime, habitabilis eſt regio. *Cic.* νέμεται, ἐνοικεῖται, κατοικεῖται ἡ χώρα.

Mieſzkam gdźie / Habito in hac platea, *Teren.* Habito apud aliquem, cum aliquo, ſub terra. habito benè, laxè, magnificè. *Cic.* Habito viciniæ, *Plaut.* Habito duabus vrbibus, *Liui.* Habito ad occaſum, *Plin. Habito caſæ humiles, Virg.* Habita tecum, *Perſ.* οἰκέω, ἐνοικέω, καλοικέω, ῶ. οἰκοτροφέομαι, ναίω, ναιετάω. *Homer.* Habeo, *Saluſt. pro habito, & Plaut. Aſinar.* Auo huius qui nunc hic habet, *i. habitat. Lambin. Varr. 4. L. L. aliquoties, & Nonius.* ἔχει ὄλυμπον. Inhabito in. *Plin. Liui.* Incolo aliquem locum, *Cic.* ἐπιχωριάζω, ἐνναίω. *Incolo locis piſculentis, Plaut. P. vi præpoſitionis In.* Colo vrbem, locos, terras. Commoror apud aliquem, circum aliquem locum, in vita miſera: Moror in Italia. *Cic.* Demoror alicubi, *Vlpian.* Maneo domi, apud aliquem, ad exercitum. *Cicer. Liui. Teren.* παροικέω, συνοικέω. Tenet ſe trans Tyberim, *Plin. iun.* Agitare in tugurijs, *Saluſt.* διατρίβειν. Degere inter feras. Verſor in aliquo loco, inter aliquos. *Cic.* τρίβομαι τῶ. μιῶ χρόνον ποιῶ. ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν. Agemus illic annum, *loquitur ſic Liuius, Vlpian. Et Siſenna apud Nonium.* An supernè agentes (dij) humana negligant. Stabulor, *quanquam Virg. ſtabulant Centauri dixit pro ſtabulantur, i. habitant. Seruius.* περιοικέω. Circumcolo aliquem locum, *Liui.* ὑπεροικέω. *habito ſupra.* ὑποικέω, ῶ. *habito ſub.* ἐνσκηνίζω, ἐπισκηνίζω. In loco maneo. φιλοχωρέω, χωροφιλέω. *idem.* ὁ φιλόχωρος, *non vagus. At Manto Feſto eſt ſæpè maneo. Ommentans apud Liu. Andron. pro obmanens, Feſt.* Manſito, *as. Tacit.* Manſitaſſe vnà continebatur. Intermaneo medijs agris, *Lucan. i. in medijs agris.*

Mieſzkam z kiem dobrzé. v. Chowáć śię z kiem dobrzé.

Mieſzkam / nie ſpieſzę śię. Ceſſo, *Teren.* Æſchinus odioſe ceſſat. *Idem.* Paululum ſi ceſſaſſem, domi non offendiſſem. *Commorauere. i. commorauerunt, à Commoro, as. apud Plin. al. Commorere, commouére.* i. ruſzyli śię. *Pigro as. abſol. Accius.* Quieſco, *Cic.* Si viginti dies quieſſem. *Gelli.* Quieſcebant ſtatuere. Tardo, *Cicer.* Sedeo. *ſic Cic.* Malitia pelagi detentus dixit ſe Corcyræ ſedere, *& Liu.* Pœnos ad Trebiam ſediſſe narrat, *eò quòd diu illic commorati eſſent.* βραδύνω, χρονίζω, διατρίβω, χρόνον περιδιατρίβω. v. Báwię śię 4.

Mieſzkánie / mieſce abo budowánie do mieſzkánia. Habitatio, *Colu.* Villico iuxtà ianuam fiat habitatio, *Cato.* Delutetur habitatio. Domicilium Romæ habeo, *Cic. & tranſ.* Domicilium ſuperbiæ Capua: domicilium mentis humana figura, *Idem.* ἡ οἴκησις, κατοικία: τὸ οἴκημα, κατοικητήριον, οἰκητήριον, οἰκητήριον, τὸ διαιτητήριον, τὸ ἐνδιαίτημα. Commoratio, *Cicer.* Villa commorationis eſt, non domicilij. *Obſerua diſcrimen, quaſi* pomieſzkánie / przebywánie / nie mieſzkánie. Sedes, *Cic.* Qui ſedem ſtabilem & domicilium certum non habet: muſtela quotidie catulos ſuos transfert, mutatque ſedem. *& tr.* ſedes animi in cerebro. *Cicer.* ἡ ἕδρα *Sophocl.* Manſio, *Pallad.* Æſtiuæ manſiones Orientem aſpiciant. Habitaculum, *Palladi. Sipontin. Inhabitatio, Sapient. 9. Manſiuncula, Geneſ. 6.* Mieſzkániczko. ἡ σκηνή. *Matthæi 17.* Tabernaculum.

Mieſzkánie ſkryte / táiemne / wnętrzne. Penetrale paternum, *Ouid.* τὰ ἔνδον: τὰ ἔσω. v. Pokóy 3.

Mieſzkánie górne w domu / Górá / vt ná górzé on mieſzka / á iá ná dolé Non dicas: *In monte &c. ſed In ſuperiore cœnaculo habito, Plaut. Grut.* τὸ ὀρὸς *tamen huius ſignificationis eſt apud Pollucem.* i. góra w mieſzkániu. Superior domus, *Cicer.* Domus ſuperior tota vacat. τὸ ἀνώγεων, ω. τὸ ὑπερῷον. τὰ ὦα. Cœnaculum *etiam abſolutè ſic vſurpat Senec. Iuuen. Feſt. Turneb. Scalig. Cœnacula ſunt ait Feſtus ad quæ gradibus aſcenditur, Martial.* Et ſcalis habito tribus, ſed altis. *Pauperum hæ habitationes erant, Horat.* Quid pauper? cœnacula mutat, *vocantur etiam* Sub tegulis, *Iuuenal.* Quem tegula ſola tuetur à pluuia, molles vbi ponunt oua columbæ.

Mieſzkánie / aliter báwienie śię gdźie. Manſio alicubi diutina, *Terent.* ἡ οἴκησις, εως. ἐνοίκησις, καλοίκησις. *Cic.* De tua manſione & deceſſione *&c.* Commoratio Pompeij diuturnior erat quàm putaram, *Cicer.* Habitatio, *Pallad. Moratio ſolis, ſtellarum. Vitruu.* διατριβή.

Mieſzkániná / vide Omieſzká.

Mieſzkániu ſłużący / gdźie może mieſzkáć: mieſzkálny *inuſitatum eſt.* ὁ οἰκήσιμος, οἰκητός. Habitabilis, *Cicer.*

Mieſzśie / grubiéie. Ingrandeo *vel* Ingrandeſco, *Colu.* Ingranduit porrum. Craſſeſco, *Plin.* Sues craſſeſcunt, *i. pingueſcunt, quod etiam cum craſsitudine fit,* παχύνομαι. Turgeſco, *Plin.* Turgeſcit virgultum. *Ouid.* Turgeſcit ramus. οἰδίσκομαι, οἰδαίνω. σφριγάω. Grandeſco, *Lucr.* Grandeſcunt pabula, grandeſcit aliquid felici adauctu. *Incraſſor, & incraſſatus in SS. libris.* ἁδρύνομαι, *&* ἁδρύνω. ἡ πάχυνσις. mieſzśenie.

Miételnicza / kuglárſka obręcz / koło. Petaurum, *Manil. Martial. Iuuen. i. rota ſaltatorum, Scalig. Turneb. Britannic. licet aliter alius eam deſcribat.* τὸ πέταυρον *vide Raderum in Martial.* πέτευρον *etiam ſcribit Scaliger.*

Miételnik / Petauriſta, *æ. m. Noni. Britannic. Rader. ex Manilio. Scalig. Turneb.* ὁ πεταυριστής, οῦ. *quaſi volans in aëre, Varr. Scalig.* Petauriſtarius, *Firmic.* Cybiſteter, *eris. m. è Græco* κυβιστητὴρ, ῆρος. *Budæo, à cubo, quod inſtar teſſeræ manibus pedibuſq; ſe conuoluat. Qui vt ait Quintil. corpus habet formatum ad flexus membrorum. vel ſaltator qui flexu corporis multa ſchemata edit, Scalig.* Grallatorem, *(licet à Feſto Pantomimus appelletur) meritò petauriſtam voces, quia per aërem ſe librans mouetur, & quidem ſic vt conſiſtere difficile ſit, teſte Feſto.* Cernulus, Cernuus *&* Cernuator, *Scalig. Douza. idem qui* κυβιστητής. Tichobates, *æ. m. qui viſu eluſo per parietem excurrit, Vopiſc.* ὁ τειχοβάτης, ου. Petaurum, *pro petauriſta apud Martialem accipiendum probat Cornelius Vitellius in Merulam cap. 13.* Mechanicus, *Lucil. Scalig. Douza F.* πλανείζομαι. *Cernuo Gloſſ.* Cernulo *etiam* v. Koźiełek 3.

Miętká domowa / Menta, *Cicer. Plin.* ἡ μίνθη, μίνθα. Mintha, *Plin.* Hedioſmos, *f. Plin.* ἡ ἡδύοσμος. τὸ ἡδύοσμον. *quaſi ſuaueolens.* ἡ ἡδύοσμος ἥμερος, *Dioſcor.* Mentham, *apud Ouid. legit Volaterran.* Mintham, *Fanenſis.*

Miętká czerwona kędźierzáwa / *Menta criſpa, & Siſymbrium hortenſe, Menta Romana, Balſamita. Matthiol.* Si-

zen. τὸ σισύμβριον & ἕρπυλλον ἄγριον, *Dioſcor. degenerat facilè in mentam ait Theoph. eſt & ſilueſtre ſiſymbrium, quod non degenerat in mentam Matthiol.* Thymbræum, *apud Plin. vel vt corrigit Dalecamp. ex Dioſcor. Serpyllum ſilueſtre, idem quod Siſymbrium.*

Mietká polna / léśna / kobyla. Mentaſtrum, *Plin. Colu.* Menta agreſtis, *Plin.* ὁ ἡδύοσμος ἄγριος. [*Menta Caballina, Officin.*

Mietká Grecka / márzymietká / Szałwia Rzymſka / Piwonija wonna / P. Máricy mietká / Bárupień. *Vrſin. Menta Græca. Saluia Romana, S. Maria menta, Matthiol. Siren. Vrſin.* [*Laſſatula, Offic. Lepidium.* τὸ λεπίδιον *Dioſcoridis, Vrſino. Menta corymbifera, & Coſtus herba, Coſtus hortenſis Herbarijs.*

Mietká kocza / [*Menta cataria Siren.*] *Gattaria Officin.*

Mietká proſta / vide Burzyślep 2.

Mietká wodna / vide Lébiotká.

Miewa chorobe te / owe. Morbus ei (*talis*) interdum venit, *Plaut.* εἴωθε κάμνειν ὑπὸ τ' νόσου. v. Chorowie 2.

Miewam co / Habito *ab* habeo *frequentatiuum. Varr. apud Nonium.* Verumq; mulieres, & epicrocum viri quoque habitarunt. *Nonius verbo vter declarat, i. epicroco vtebantur. Eſt vero epicrocum amiculum, v. indicem.* εἴωθα ἔχειν: συχνῶ ἔχω.

Miey śie dobrze / (wliśćie piſząc.) Vale: vale mi Tiro vale. Vale & ſalue. Etiam atq; etiam vale. Valebis igitur. Mi frater vale. Cura vt valeas etiam atq; etiam mi Tiro, *Cicer.* ὑγίαινέ μοι, & ὑγίαινε, ἔῤῥωσο; *in fine epiſtolæ,* ἔῤῥωσο καὶ εὐτύχει διατέλει. ἔῤῥωσο καὶ διατέλει ἡμᾶς σέργων. Vale & me amare perge. ἔῤῥωσο καὶ προσαγόρευε τ' ἀδελφόν. *Vale & ſaluere iube fratrem.* ἔῤῥωσο σὺν ἐῤῥωμένοις δὲ καὶ τέκνοις σου. *Vale cum filijs tuis.* Χαίρειν σοὶ *vel* σε. *ſubaudito verbo, & abſolute* Χαίρειν. τὸ περὶ τοῦ ἐῤῥῶσθαι, εὐτυχεῖν, τὸ διάγειν *ſ.* σε εὔχομαι.

Miey śie dobrze / (odchodząc / odieżdżáiąc) v. Żegnam śie.

Miey śie dobrze / (ſenſu inimico) Rozbrát z tobą / ábo wypowiádam ći przyiaźń. *Χαίρειν Græcis & μακρὰ* Χαίρειν σοι λέγω. *Longum vale tibi dico. Renuntio tibi ſocietatem. Repudio amicitiam, &c. ſume ex* Rozbráćić śie.

Miey śie ná pieczy / Fac ſis apud te, *Terent.* Vide quid agas, *Terent. Donat.* πρόσεχε σεαυτῷ ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἴσθι πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου. *Tobiæ 4.* πρόσεχε τῷ πράγματι, πρόσεχε τῷ νῷ.

Miéyſki / Vrbanus Prætor, *Cicer.* Vrbana vita, *Terent.* Vrbanus mus, *Horat. Vrbanicus miles Paul. I. C. i. præſidio vrbis relictus, Horat. Vrbicarius, Fulgent.* Aſticus, *Varro.* Aſtica corona, *i. ciuica Gotfred. Iuui.* Aſtici ludi, *Sueton. Turneb.* ὁ ἀστικὸς, ἀστεῖος. Ciuilis mos, conſuetudo, lex. *Cicer.* Ciuicus, *Cicer.* Ciuica corona, *Gell.* Ciuica iura, *Horat.* Ciuica arma, *Ouid.* ὁ πολιτικός. *Politicus, Sipont.* Oppidanus ſenex, oppidanum ius, genus dicendi. *Cicer.* Vrbicus, *Martial.* Vrbica occupatio. *Gell.* Vrbica res. *At* Vrbanitas *pro vita vrbana Cicer.* Depone deſiderium vrbanitatis & vrbis. Mieſzkánia w mieśćie / miéyſkiego żyćia. (miéyſki.

Miéyſki ſługá / vide Céklarz / Woźny miéyſki / Sługá.

Miéyſkié / vide Po miéyſku.

Miéyſkie / práwo mieſzkánia w mieśćie zá mieſzczaniná. Ius ciuitatis, ius oppidanum, *Cicer.* τὸ πολιτικὸν δίκαιον. *Actor. 22.* ἡ πολιτεία. *Ciuilitas.* Mieſzczańſtwo / *Vuiecus.*

Miéyſkie daie komu / vide Mieſzczáninem kogo czynię.

Miéyſkie komu odiął / z miáſtá wyrzućić. Adimere, eripere alicui ciuitatem. *Cicer.* ἀποξενόω, ῶ. ἢ. In peregrinitatem aliquem redigere, *Sueton.* Excidere è numero ciuium aliquem, *Plin. iun. At* ἀποξενοῦμαι, οῦμαι. *Reus agor peregrinitatis.* O miéyſkie śie ſpráwuie.

Miéyſkie przyymuie / Adſcribor in ciuitatem, & ciuitati: data eſt *vel* datur mihi ciuitas lege: publicè ciuitate donatus ſum: adſcitus in ciuitatem: adſcitus ciuis ſum: conſecutus ciuitatem. *ex Cicerone.* Dico me in ciuitatem & ciuitati, *Cicer.* πολιτογραφοῦμαι, ἐμπολιτεύομαι.

Miéyſkie trzymam / Ciuis ſum ciuitatis huius iure, vel optimo iure. Teneo ius huius loci, horum ciuium. Ius mihi ciuile cum his hominibus intercedit, *ex Cicerone.* κλῆρόομαι τὴν πολιτείαν.

Miéyſkie vtráćić / Perdere ciuitatem, *Cicer.* Ad peregrinitatem redactus, *Vlpian.* In peregrinitatem redigi, *Suet.* ἀπόξενος γίνομαι. ἀπόλιτις εἰμί. ἔξειμι τ' πόλεως.

Miéyſkie / aliter wkupne do miáſtá. Precium ciuitatis, *vt apud Cicer. pretium Ordinis, i. datum vel acceptum pro collato Ordine.* ἡ τ' πόλεως τιμή. *vel* ὁ ἀντὶ τοῦ πολιτικοῦ δικαίου ὦνος διδόμενος. ἢ τὸ μετοίκιον. *penſio quam ſoluit nouus incola.* Sportula, vide Wſtepne.

Miga śie co / migoce. Vibrat mare, *Cicer.* Vibrans lingua ſerpentis, *Lucret. Virg.* πάλλω, πάλλομαι, κραδαίνω. Palpitat ignis, *Stati.* στίλβω. Splendor aquæ radiatus lampade ſolis diſſultat per tecta, *Virg.* ἀστράπτω. Præſtringit aliquid aciem oculorum, vel oculos. *Cicer.* Micat ſerpens linguis triſulcis, *Virg.* ἄττω *vel* ἀΐσσω, τρέμω. Nictantia fulgura flammæ, *Lucret. i. micantia, vibrantia, Lambin. à nicto vel nictor apud Feſtum.* Perlabitur aciem noſtram & quaſi pertergens pupillas, atque ita tranſit. *ſ. imago rei viſæ, Lucret.* Miga śie w oczách / błyſka śie co. Coruſco, *as. Virgil.* Vibrans ſupercilium, *Ouid.* Migáiące śie brwi.

Migam / migániem dáię znáć co / vide Mrugam.

Migi / vide Mrugánie.

Migocący śie / Tremulus cometa. Tremula flamma, *Cic.* ὁ τρομερός. Nictans, *Lucret.* Nictantia lumina flammæ. *i. micantia, vibrantia, Lambin.* ὁ στίλβων, ἄττων. Coruſcus, *Virgil. Lucret.*

Migotánie / Tremor ſtellarum, *Lucret.* ἡ στίλβωσις, ὁ παλμός. Splendor aquæ radiatus, *Virg.* Vibramen, *Apul.* Vibramina triſulca, (*linguarum draconum.*)

Migdał drzéwo / Amigdala, *æ. Colu.* ἡ ἀμυγδαλῆ, ἀμυγδαλέα, ἡ ἀμύγδαλος. Amygdalus, *f. Pallad. Iunio. Plin. qui ſtultiſsimam appellat, eò quod maturè frondeat ac germinet, frigoreq; correpta fructus perdat. Amygdalas amaras ſumptas inter potandum fugare ebrietatem, Druſi Tiberij Cæſaris filij Medicus proprio docet experimento apud Cœl. Rhod. lib. 29. cap. 27. Nec repugnant Phyſici, quia amaritudo illa exſiccandi vim habet, nec oppleri venas permittit, quibus præter modum diſtentis contingit ebrietas, Idem.*

Migdał owoc / Nux Græca, *Colu. Plin.* Nux Thaſia, *Plin. Macrob.* Amygdalum, *Pallad.* ἡ ἀμυγδάλη, ἡ ἀμυγδαλίς, τὸ ἀμύγδαλον.

Migdałowy / Amygdalinus, *Plin.* ὁ ἀμυγδάλινος. Amygdaleus ramus, *Pallad.*

Migdałowy oléiek / Amygdalinum oleum. Metopium, *Plin.* τὸ ἀμυγδάλινον μύρον.

Miia co / vide Przémiiam 2.

Miiáiac / vide Przemiiáiac.

Miiam co / kogo / omiiam / przémiiam. Prætereo villam, *Terent.* Præterire dignos populus ſolet: prætereo ſuffragio aliquem. *Cicer. Præterbito, priſcum.* vide Ide. Prætercurro vrbem, *Ammian.* παρέρχομαί τινα *vel* τι. Præteruehor ſcopulum, locum periculoſum, claſſis præteruecta eſt conuiuium. *Cicer.* Præteruehor oſtia, *Virgil.*

Virgil. παρελαύνω, παράγω, παραβαίνω, παρατρέχω τ. Tranſeo, *Senec.* Grando agellos alicuius tranſijt. **Chybił.** παραφέρω & παραφέρομαι, παραλλάττω. Declino ciuitatem, *Cic.* παρακλίνω. Flecto promontorium, viam. *Cicer.* κάμπτω, *vnde Campſo vſurpauit Ennius apud Priſcianum. Flectere Leucaten. Præterago, Horat. Diuerſoria nota præteragendus equus, Poët. pro præter diuerſoria agendus, vel diuerſoria præter agendus.* παράγομαι. Tranſabeo difficultates, *Apulei.* περιέχομαι.

Miiam ſie z kiem wdrodze nie widziawſzy go. vt Wiewiem gdziem ſie z niem minoł/ i. niepotkał chcąc ábo mogąc potkáć. ἀβροτάζω τινός, ἀβροτάζομεν ἀλλήλων. Aberraui ab aliquo, aberrauimus ab inuicem. ἀποτυγχάνω τινὸς ἐν ὁδῷ, διαμαρτάνω τινὸς συναντῆσαι μέλλοντος. Deuio ab aliquo obuio mihi in quem incidere debui. ἡμαρτήκαμεν ἀλλήλων συναντῆσαι θέλοντες. Aberrauimus à congreſſu mutuo cupito.

Miiam/ *aliter* vide **Przemiiam 2.**

Mikołáiek ziele/ Erynge, *es.* & Eryngion, *Plinius. Colu. Capitulum Martis. Iryngis Officin. Iunius.* τὸ ἠρύγγιον. *Eryngion montanum, Matthiol. alterum autem vocat marinum.* Erynge *item* alba, *apud Plin.* Centum-capita, *dicta.* ὁ ἑκατοντακέφαλος.

Milkſtatnik/ vide **Trágarz.**

Mil znák v ſtárych Rzymian i Grekow/ τὸ σημεῖον. Lapis, *Liu. ad quartum lapidem &c. nam lapidibus mille paſſibus à ſe diſtātibus milliaria deſignabantur, teſte Plutar. & Herodiano.* Cippus, *Valer. Probus apud Iunium. Sed obſerua quòd cùm lapis vel cippus pro milliari ponitur, tropica fit locutio, nam ſignum pro re ſignata, aut terminus pro interuallo vſurpatur.* ὁ κίων λίθινος.

Milá Polſka poſpolita miérna/ *Menſura longitudinum 32 ſtadia ſeu quater mille paſſus longa.* Schœnus, *poteſt dici qui apud Plinium l. 5. c. 10. continet ſtadia 30. & l. 12 c. 14. ſtadia 32. al. ſtadia 40. ſeu paſſuum 5000.* ὁ, ἡ σχοῖνος. *Herodot. ſtadia 60. Similis eſt* Paraſanga, *apud Plin. Feſtum. Hieron.* Paraſanges, *æ. m. Sipont.* ὁ παρασάγγης, ου. *Perſica vox menſuram 30 ſtadiorum ſignificat Bud. Poteſt etiam dici milliare Polonicum, non abſolute milliare vt mox leges. Leuca item Polonica, vt Clauius Germanicam leucam vocat menſuram paſſuum 4000. quæ par eſt noſtræ, ſic & Cromer.* Ratta *barbar. quo nomine ſpatia viarum à Germanis appellata docet S. Hieron. in Ioël.*

Milá Włoſka/ i miérnikow/ ziemiopiſow/ ábo kraiopiſow. Milliare, *is. n.* milliariū, *n. Cicer. quod mille paſſibus 5 pedum ſingulis, ſeu 8 ſtadijs, ſeu quinq; millibus pedum conſtat, Georg. Agricola (Quare Polonicum milliare, quod Italica 4. ſeu 32. ſtadia, ſeu 4000 paſſuum continet, milliare abſolutè dici propriè non poteſt)* τὸ μίλιον, μιλιάριον. *Mille paſſus etiam Cicer. vocat ſic:* Millia paſſuum ſeptem, *& abſolutè,* millia quadraginta abeſſe: ſeptem millium interuallo abeſt. *idem Cicer. in quibus locutionibus ſubaudienda eſt vox paſſuum. quanquam Nizolius. & Alexander. Scot. millia, millium, abſolute poſita volunt à themate ſingulari millium, ij. id eſt milliarium, ſecuti hac in re Calepinum qui Budæum citat in prioribus Pandect. Sed Budæus ibi nullam huius rei mentionem facit, ſed more Ciceronis millia vſurpat, dicens: Stathmos, i. manſio continet millia 28 ſemis. vbi optimè paſſuū vocem ſubaudies, & id ego rectiùs puto* Milliarij *item bona periphraſis peti poteſt ex Varr. & Suet. quorum his porticum milliariam vocat conſtantem mille paſſibus vt Beroald. & Egnat. intelligūt, vel potiùs vt Læuin. mille pedibus; ille autē milliarias decurias appellat, mille continentes. quare milliare rectè milliariū ſpatium, adiectiuè vocabis. Et milliarenſe ſpatium, vt apud Vopiſc. milliarenſis porticus. Ita milliari ſimplex l aliqui ſcribunt.* Milliarium *item columna aurata in foro Romano ab Auguſto erecta, in qua omnes viæ Italiæ nobiles inciſæ: ab ea milliaria computare omnes incipiebant. Plin. Tacit. Sueton.* τὸ μίλιον χρυσοῦν. Milliarium aureum, *P. Victor. Sueton.* χρυσοῦς κίων. *Plutarch. Dion. & Plutarch. In Gloſſ. Latinogr. Decimus lapis,* δέκατον μίλιον. *vbi lapis mille paſſus continere indicatur, vt & apud Liu. Budæ. Ad quartum lapidem, ad decimum, &c.*

Milá Ruſka/ Podolſka/ *&c.* Milliare Ruſſicum, Podolicum, *Cromer.* Leuca *Suenica 5000. paſſuum continet.* ἡ λεύκη, λεύγη, *Heſych. Poſſet etiam dici Schœnus, qui apud Plin. l. 12. c. 14. continet 40. ſtadia ſeu paſſuum 5000. quanquam apud Herodotum 60. ſtadia ſeu duas paraſangas capere dicitur. At leuca Gallica ſeu Hiſpanica continet paſſus 1500. Clauius & Pithœus ex Iordane, Ammiano, &c.*

Mila brácia/ *Idiotiſmus anomalus, pro* **Mili brácia/** *Cari fratres, ſic* **mila kſieża/** *&c.*

Milcz/ nie powiaday/ miey iezyk zá zebámi. St. *Teren.* Tace, tacito id opus vel vſus eſt, *Plaut.* Caue id palam fiat. Taciturnitate & fide hic tua opus eſt. *Terent.* Aut tua Sigaleon Ægyptius oſcula ſignet, *Auſon.* σιγὴν ἔχε. Verbum caue taxis verbero, *Plaut.*

Milcz lépiey/ cudnieyby milczéć. *Quin taces? Quid ſi hoc potiùs eſt vt taceas? Non taces? obloquere? obſtrepis? etiam muſſas? etiam mutire audes?* **á iéſzcze ſie czyniaſz:** Ohe iam ſatis eſt comprime te, nimium tinnis, *Plaut.* **o dość-eś ſie iuż nágadał/ milcz-że téż iuż.** Relinque aliquantùm orationis cras quod mecum litiges, *Plautus.* Quod boni eſt, id tacitus tecum taceas & gaudeas, *Plau.* **Milcz kiedy dobrze/ milcz nie krzywdoć.** Etiam aduerſum me exordire argutias, qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet, *Plaut.* Satis jam verborum eſt. Iſtactenus tibi libertas data eſt orationis, ſatis eſt. ſequere me, ac tace, *Plaut.* σίγησον ἄρα.

Milczac/ Tacitus audies, *Terent.* Tacitus aſſentitur. *Cicer.* Tacendo loqui videbantur, *Cicer.* σιγῶν ὤν. Tacens, *Plaut.* Neque loquens neque tacens vnquam es bonus, **Ani mowiac/ áni milczac. ábo milczecy/ mowiecy.** *hac enim forma orationis, Latina Gerundia optimè reddit,* **milczacy** *autem aliud ſonat, vt infra habes.* Per ſilentium adeſſe, *Terent.* διὰ σιγῆς. Tacitè ſpectare, *Plaut.* Tacitè rogare, *Cicer.* **milczac ábo milczkiem.** *nam ſimillimum eſt, vide infrà* σιγῇ, *&c.*

Milczacość/ *in vtramq; partem.* Taciturnitas *ad laudem, Terent.* Fide & taciturnitate opus eſt. ἡ ἐχεμυθία. *Ad vituperium illud Cicer.* Noſtis hominis tarditatem & taciturnitatem. ἡ ἀφασία, ἀφωνία, ἀῤῥημοσύνη.

Milczacy/ ſłowá ſie ná niem nie dopytaſz. Taciturnus, *Horat. Ouid.* Taciturniſſimus, *Plau. Taciturnulus, Apul. dimin. quaſi dicas* **Milczek/** ὁ σιγηρὸς, σιγηλός, σιγαλέος, σιωπηρὸς, σιωπηλὸς. ὁ, ἡ ἀβακὴς, ἔος. Mutus, *Cicer.* Mutum forum, *i. homines in foro agere ſoliti, non audiebantur loquentes.* Mutum tempus à literis, *Cicer.* ∤ *Sic Plin. iun.* Elinguis curia. *& Cicer.* Redditus eſt elinguis, *i. tacere coactus.* Nihil reſpondes? lingua huic excidit, vt ego opinor, *Plaut.*

Milcze/ Sileo, *Cicer. Virgil.* Sileſco, *Terent. Catul. Virgil.* σιγάω, ῶ. σιωπάω, ῶ. σιγῶ σιγήν. Obticeo, *Teren.* Virgo lacrumās obticet. διασιωπῶ, κατασιωπῶ. Tenere ſilentium, *Liu.* Tenere ſe in ſilentio, tenere ſe intra ſilētium, *Plin. iun.* γλωσσοκρατέειν, ἐν ἀφασίᾳ εἶναι. ἀφασίη με ἔλαβεν. καταληφθεὶς εἰμὶ τῇ ἀφωνίᾳ, τὴν σιγὴν ἔχω, ἄγω.

Ago ſilentium, *Ovid.* Præſto ſilentium, *Liv. Ovid.* Do ſilentium, *Terent.* Hanc accipite & ſilentium date. Taceo, *Plaut.* Stultus tace, milcz głupi. Moderari linguæ, *Plaut.* Ne me cuiquam indicaſſis, *Plaut.* Nie powiaday nikomu o mnie. *Paſcere linguam, i. continere in ſacrificijs, Feſt. Peſcere, legit Gotfred.* ἐχεμυθεῖν, & ἔχειν ςόμα, milczenie chowam. ἐν ςόματι γλῶσσαν φορεῖν. mieć ięzyk za zębami. ἄφωνον ςόμα. Włożić ſię w ięzyk. μακρὰν σιγῶν σιγὴν, *Chryſoſt.* włożyć piſzczele w miech. Muſſito, *Teren.* Muſſitãda iniuria adoleſcentium eſt, *vbi Donat. muſſitare ſeu muſſare eſt diſſimulandi cauſa tacere, dictum à muto vel ab m quæ litera eſt preſſæ ac nullius vocis, ſic Enni.* Neque mu facere audent. Tu tace ego muſſitabo, *Plaut.* Muſſare *apud Ennium, & Cæcilium, tacere interpretatur Feſt. Et Lucret.* Muſſabat tacito medicina timore. *Item.* Quia multa ſibi cernunt contraria, muſſant. *i. tacent, Lambin.* μύζειν. Ne mutire quidem audent, *Soſipat.* Fauere ore, *Virg.* Premere vocem, *Virgil.* Fauere linguis, *Cicer. Donat. Senec. Item* vide Zámilczeć.

Milczeć każe / milczenie nákázuie / czynie. Facio ſilentium, *Plaut. Liv.* τὴν σιωπὴν ποιῶ. Facio per præconem ſilentium, *Liv.* Iubeo ſilentium, *Lucan.* ὑποκηρύττω, *abſolutè.* σημαίνω, τάττω, κηρύττω σιωπήν. Maieſtate manus facio ſilentium, *Perſ.* τῷ νεύματι χειρὸς καταςείζειν τὸν δῆμον. καταςείειν τῇ χειρὶ & καταςείειν, *abſolutè.* & καταςείειν τῇ χειρὶ σιγᾶν. *manu ſilentium indico.* Fauere linguis iubeo, *Plin.* τὴν σιγὴν κηρύττω, ἐπέχειν γλῶτταν ἀνακηρύττω. *At* σιγάζω, καταςιγάζω, ἐμφράττω ςόμα, καταςομίζω τινά. *Conticeſcere facio,* Zámykam gębę komu.

Milczęcy / vide **Milczac.**

Milczenie / Silentium, *Cicer. Virgil.* Taciturnitas imitatur confeſſionem, *Cicer.* ἡ σιγὴ, σιωπὴ, ἀγλωττία, ἀφθεγξία, ἀφασία, ἀφωνία. *At* ἀχυξία, *ſilentium ob metum.* Angerona, *dea ſilentij ore obuolato pingebatur, Plin.* Angeronia, *Macr. Plutarch. indifferenter Deos ſilentij magiſtros conſtituit, ſermonis verò homines.* τοῦ μὲν (*inquit*) λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, *i. loquendi magiſtros habemus homines; tacendi verò deos.*

Milczkiem / Silentio ferre plagas, *Cicer.* Nocte ſilentio Dictatorem dixit. Tacitò prætereuntem exſecrari, *Liv.* Tacitò intelligere. Tacitè rogare, *Cicer.* Per ſilentiũ deducti, *Liv.* σῖγα, σιγῇ, σιωπῇ, σιγηλῶς, ἀφώνως, ἀλόγως. Valis non conclamatis abire, *Cæſar.* Silenter, *1. Reg.*

Milczkiem kąſáiący pies. ὁ λαθροδήκτης, *v.* λαθροδάκνης, *v.* λαίθαργος κύων, χωρὶς ὑλαγμοῦ δάκνων. *Clanculò mordens canis.* λαθραίως δάκνων. Læthargus, *Iunio.*

Mile / miłośnie. Amanter, peramanter, amabiliter, amantiſſimè. *Cicer.* περιφιλῶς, φιλοςόργως, ἀσπασίως, φιλοφρόνως. Non ingrate nomináre aliquem, *Plin.*

Mile maiący / ná mile długi. ὁ τῶν χιλίων βημάτων. *Milliarius, milliarenſis.* vide **Milá włoſká.**

Milion / dźieśięć kroć ſto tyśięcy / tyśiąc tyśięcy. ἑκατὸν μυριάδες. *Centum myriades.* χίλιαι χιλιάδες, ἡ χιλιὰς χιλιάδων. *mille millia, millies mille.* ἑκατοντάκις μύριοι, μυριάκις μύρια. *decies centies milleni, millena, millena. vtitur hac voce Sipontin.* ἑκατοντάκις μύρια. *decies centena millia,* χιλιάκις χίλια. *millies mille. Millio non eſt Latina vox, licet ea vulgus Arithmeticorum vtatur.*

Milknę / poczynam milczeć / vmilkł. v. **Vmilknąć.**

Milknę / *aliter* **zmilkłá reká / nogá.** vide **Martwieię.**

Miło mi / vide **Lubię / Podoba mi ſię /** *& pro* **Przyiemno mi /** *ſume ex* **Przyiemny.**

Miłość / Amor, *Cicer. Terent. Generalis eſt vox, & tam honeſtum quàm turpem amorem ſignificat, etiam naturalem qui in brutis eſt, & plerumq; ad voluptatem vel vtilitatem ſpectat.* ὁ ἔρως, πόθος. ἡ ἀγάπη, ἡ φιλότης. ἡ φίλησις. *propriè* miłowánie / *vt &* ἡ ἀγάπησις, ὁ ἀγαπησμός, τὸ ἀγάπημα. *Amatio Plauti vox duriuſcula & paulò aliter ſumpta apud illum. Dilectio apud SS. ſcriptores.* Charitas *vel (vt recentiores eruditi paſſim ſcribunt)* caritas, *eſt hominis in hominem, vel in Deum, vel in patriam cum honeſtate coniuncta, Cicer.* ἡ ςοργὴ, φιλοςοργία, *amor in parentes vel in liberos.* Pietas eſt erga deos, parentes, patriã, propinquos, per quam ſanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens cultus tribuitur, *Cicer.* ἡ ἀγάπη, εὐσέβεια. Affectio, *Plin.* Simiarum erga fetum affectio. Affectus, *us. Quintil.* Affectum parentis alicui exhibere. ἡ προσπάθεια.

Miłość ſámego śiebie nieporządna / Philautia. ἡ φιλαυτία, *Cicer.*

Miłość záwiſna / Æmulatio infenſa inter Agrippinam & Domitiam exercebatur, *Tacit.* Inſtinctu æmulationis animo diſſidens, *Valer. Max.* ὁ ζῆλος, ἡ ζηλοτυπία.

Miłość nieuczćiwa ßalona / ἡ ἐρωτολυσσία, ἐρωτομανία. Amor inſanus, *Virgil.* Amor perditus, *Catul.* Amabilitas *pro impuro amore, Plaut.* Amabilitati animum adijcere. Ignis, *Lucret. Horat. P.* Venus, *Terent. Lucret. Virgil. Ovid.* ἡ ἀφροδίτη. Cupido, *f. Plaut. Horat. Virg. ſed Cupido, m. Horat. Plin. i. filius Veneris, P.* ὁ πόθος. Pothos, *Plin.* Malus error, *Virgil. interpr. Paſſerat. Sic Cuiac. pro graui ardore Catulli reponit errorem, id eſt amorem.*

Miłośćiwe láto żydowſkie / Iubileuß. *Septimus quiſq; annus apud Iudæos erat ſolennis, & dicebatur Annus remiſſionis: Sabbatum terræ, quo debita ceſſabant & ſeruitus, fructus etiam terræ erant communes omnibus, Levit. 25. Deuteron. 15. Quinquageſimus verò quiſq; annus celebrior erat ob maiorem indulgentiam quàm illa ſeptimi anni, Ioſue 6. Levit. 25. Dictus eſt hic annus quinquageſimus Iubileus, à Iobel voce Hebræa, quæ ſignificat vel cornu, (vt Abulenſis, Pagninus, Eugubinus, Vatablus docent) quia cornu bubulo ait Cornel. à Lapide non arietino neq; argenteo (vt Abulenſis vult) indicebatur: vel libertatem vt Ioſephus interpretatur ſonat, vel vt Hierony.* τὴν ἄφεσιν. *i. remiſſionem. Bellarmin. à Iabal. i. germinare ducit, & annum germinantem ac fructuoſum reddit. à Iabal. i. reducere cum lætitia, Ribera. Serari. Oleaſter. Cornel. à Lapide. Iobeleum & Iobileum alij ſcribunt. Iubileum, Hieron. Bellarm. Iſidor.* ὁ ἰωβηλαῖος, *Moſchopul.* ἐνιαυτὸς ἀφέσεως. *Nazianzeno.* Annus remiſſionis, *Iſidor.* ἰωβιλαῖος, *Suid.* Sæcularis annus, *rectè etiam poteſt dici.* Scalaris annus, *ex 7. ſeptennijs conſtans, Franc. Valeſia.*

Miłośćiwe láto Krześćiáńſkie / Rok święty / Iubileuß / Odpuſt zupełny. *Iubileus vulgò & annus ſanctus. Iubileus etiam apud Chriſtianos eſt, teſte Iſidoro, l. 5. c. 37. etiam rectè dicitur,* ὁ ἐνιαυτὸς ἀφέσεως, *i. annus remiſſionis.* Itemq; Annus ſæcularis, *quia centeſimus quiſq; olim fuit huic rei à Bonifacio Octauo Pont. Max. deſignatus anno 1295. & primùm anno 1300. celebratus, dictuſq; eſt exemplo Iudæorum Iubileus vel Iobileus, vel Iobeleus, quia indulgentia pœnarum temporalium peccatis remiſſis debitarum, eo anno à ſummo Pont. poteſtate Apoſtolica concedi ſolet ampliſſima, Romæ Baſilicas Apoſtolicas adeuntibus. poſtea Clemens ſextus, anno 1450. pro centeſimo quinquageſimum annum deſignauit. anno verò 1475. Sixtus Quartus hoc ſpatium contraxit ad viceſimum quintum annum. Extenditur autem vox Iubilei ad alias etiam indulgentias*

extra ordinem dari ſolitas, vide Bellarm. de indulgentijs. Annus piacularis totius orbis Chriſtiani. Annus ſæcularis ſanctus.

Miłośćiwy / ὁ ἵλαος, ἵλεως, πανίλαος, εὐίλαος. Propitius *longá prima ſyllaba, Prudent. Iuuenco, Damaſo. breuis Seneca, Agamem. 6.* vide **Łáſkaw / Litośćiwy / Mośćiwy.**

Miłośćiwy ieſtem / ἱλάω, ἵλημι, εὐιλατέω, ῶ. Sum propitius.

Miłośćiwym śię ſtáię / ἐξιλάσκομαι. Propitius fio.

Miłośierdźie / *(habitus)* vide **Litość.**

Miłośierdźie *(actus vel opus)* **Vczynić miłośierdźie komu.** Miſericordia, *Cicer.* Impertiri, tribuere alicui miſericordiam, viuere aliena miſericordia. ὁ οἶκτος, τὸ οἴκτημα.

Miłośierny / vide **Litośćiwy.**

Miłoſna źiele / **kóni ábo koczy pázur.** Cacalia, Leontice, *es. Plin.* ἡ κακαλία, ἡ λεοντική. *Diuerſa ab hac* ἡ κατανάγκη *Dioſcoridis herba. Catanance Ruellio. ob effectum ſimilem* **Miłoſna** *a Sirenio vocatur, habes infrà.*

Miłośnicá / Amatrix, *Plaut. Martial. plerumq; minus honeſto ſenſu vſurpatur.* ἡ ἐραστρία, ἐρωμένη. *Sororem vocabant amicam ſuam, Petron. Lipſi.*

Miłośniczy / **miłośći ábo miłośnikom ſłużący.** Amatorius ſermo, amatoria leuitas, *Cicer.* ὁ ἐρωτικὸς, φιλικὸς, φιλικώτερος. Cupidineus, *Ouid.*

Miłośniczy podárek / miłość v kogo iednáiący kámień / źiele / &c. τὸ φίλτρον, *i. res amorem (honeſtum, inhoneſtum,) concilians. Suda.* Philtrum, *Iuuen.* Hic Theſſala vendit philtra quibus valeat mentem vexare mariti, *Ouid.* Philtra mouent animos vimque furoris habent; *nam veneficijs plerumq; imbuuntur, philtra turpem amorem conciliatura.* Amatorium. *Subſtant. Senec.* Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ carmine: Si vis amari, ama. τὸ ἐρωτικὸν *abſolutè, vel* ἐρωτικὸν χαριστήριον, *i. amatorium munuſculum. Huc referri poſſunt, verba, lapides, gemmæ amorem, opinione ſtulta vulgi aut priſcorum ſcriptorum, conciliantes.* Anacampſeros, *otis. f. Plin. herba tactu amorem vel in odio reducens. dicta* ἀπὸ τοῦ ἀνακάμψαι τὸν ἔρωτα, *quòd reflectat amorē.* ἡ ἀνακάμψερως, ωτος. *Eruta viuit Heſychio teſte. ſed Plin. inter magicas & fabuloſas eam rectè ponit.* Pæderos *gemma ex genere Iaſpidum, Plin.* ἡ παιδέρως, *quaſi amorem puerorum concilians.* Anteros *ſimiliter ex Iaſpidum genere, Plin.* ἡ ἀντέρως, ωτος. *mutuum amorem concilians.* Veneris gemma, *ſimiliter Plin.* Catanance, ἡ κατανάγκη. *Dioſcor.* Herba veneficijs & philtris apta. ἡ δαμναμένη, *&* φιλικλᾶ *in nothis Dioſcor.* Cemus *Plinij, herba ad amatoria tantùm vtilis.* ὁ κημὸς, *frenum.* Charitoblepharon *Plinij, frutex marinus in amatorijs efficax.* τὸ χαριτοβλέφαρον. *i. gratia palpebrarum genarum.* Ex eodem genere eſt ἴυγξ Iynx Græcorum. *De quo in Adagijs noſtris vide ſi lubet* **Ciągnie do śiebie ludźie.**

Miłoſnie / v. **Mile / Łáſkawie / Przyiemnie.**

Miłośnik vczćiwy / Amator ſapientiæ: tuus non ſolum amicus, ſed etiam amator: aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem. *Cicer.* Amator vrbis, ruris. *Horat.* ὁ ἐραστὴς, οῦ. φιλητὴς, οῦ. Dilector, *Apule.* ὁ στεργητικὸς, φιλόστοργος. Cultor veritatis, *Cicer.* Cultor Mineruæ, *Horat.* ὁ θεραπευτὴς, οῦ. λατρευτὴς, οῦ. Spudaſtes, *æ. m. Tertul. Hieron.* ὁ σπουδαστής, οῦ. Studioſus, ſtudioſiſſimus mei: Cupidus, cupidiſſimus noſtri. Percupidus tui, *Cic.* ἐρωτικῶς ἔχειν πρός σε: ἔχειν σοι φιλικῶς. Incenſus amore alicuius, *Catul.* Inflammatus amore in patriam, *Cic.* *At* φιλητικὸς, *propenſus ad amandum,* **rad miłuiący.**

Miłośnik niecżćiwy / Amator, Amatorculus, Amaſius. *Plaut.* Amatores mulierum, *Teren.* ὁ ἐραστὴς, οῦ. φιλητὴς, οῦ. ὁ, ἡ ἐρωτομανὴς, έος *amore furens, perditè amans:* Amans *pro amatore inhoneſto. Terent.* Poſtquam amans acceſſit vnus & item alter. *ſic & Tibul. Propert. Ouid. vſurparunt. Amorabunda mulier. Gelli.* Amaſio, *onis. Arnob. Meurſ.* Fratrem *vocabant puellæ amatorem ſuum. Petron. Senec. Martial. Lipſi.* Turpi ambre fractus, *Propert.* Qui animum amori addixit, *Plaut. Lambin.* adiecit *legunt Acidali. Gruter.* ὁ ἐρωτόληπτος. Amore captus. *Amaſius. Diomed. ex Plauti Trucul. Vicinum.* **Wierzadnik.**

Miłośnik ſpólny / ὁ ἀντεραστὴς, οῦ. ἀντερῶν. Riualis, *Cic.*

Miłośnik ſamego śiebie / ὁ φίλαυτος. Se ipſe amans. Diligens ſui eſt omnis natura, *Cic.*

Miłoſny / ὁ ἐραστὸς, ἐρατὸς, ἐράσμιος, ἀγαπητικὸς, φιλητὸς, ἐρατεινὸς, πολυέραστος. ὁ, ἡ προσφιλέστατος. Amabilis, mirabiles amores excitat, *Cic.* ὁ εὔχαρις. ὁ, ἡ πανέραστος. Gratioſus apud omnes, *Cic.* Inſpirat tacitum amorem, *Claud.* ὁ πολυήρατος. *Iactat è toto corpore amorem, Lucret.*

Miłuię kogo / Amo aliquem, amo amore. *Cic.* ἀγαπάω, ἐράω τινὸς: φιλίως ἔχω εἴς τινα. φιλέω, στέργω, ῶ. ἐράζω, ἐράζομαι, στέργω τινά. [Amo *abſolutè vt & Polonicum* **Miłuię** / *inhoneſtum eſt.* v. **Wierzadu patrzáć.**] Amore aliquem proſequor, amplector, habeo amorem in aliquem, erga aliquem. Inſitus menti alicuius rei amor. Capior amore alicuius: Reſidet in me amor erga te. Carum habeo aliquem: Amplexor aliquem: in manibus habeo, foueo. *tr. Cic.* In charitate eſt apud me: complector caritate aliquem. *Liu.* Teneor amore alicuius rei, *Ouid. Virg. Terent.* ἐρωτικῶς ἔχω τινός. ἀσπάζομαί τινα. Diligo minus eſt quàm amo, *Cicer. Vicinum* **Kocham śię.** Amaſco, amare cupio, *Iſidor. & Feſtus, Scaliger, & Diomed. & Næuius.* Nunc primùm amaſco. *Hoc Inchoatiuū eſſe ait Diomed. i. amare incipio.* Pio, *as. Næuius.* Nemo eſt qui magis piet ſuos liberos. *i. piè amet. Nonius.* Colo virtutem, fidem, diligentiam, iuſtitiam. *Cic.* Forma noſtra impulſi nos amatores colunt, *Terent.* Colo aurum, *Propert.* Amabit ſapiens, cupient cæteri. *Afran. Obſerua diſcrimen.* Peramo aliquem, *Cic. paſſiuo vſus eſt.* Amicitia ipſa peramatur.

Miłuię kogo bárzo / ſzalenie. Effundor in aliquem, vnicè aliquem diligo: in oculis aliquem fero: in delicijs habeo: ſummo ſtudio ſum in aliquem. *Cic.* ὑπερφιλέω, ῶ. τινα. Effundi in amorem alicuius, *Tacit.* Effuſè aliquem diligo. Perire aliquem, perire efflictim aliquem, perire amore alicuius: deperire aliquem, demori aliquem. *Plaut.* Deperire amore alicuius, *Liu.* Amo aliquem corde, animo, oculitus, medullitus. *Plau.* Deamo aliquem: amo vt cùm maximè, *Teren.* Amore flagro, inſanio, *Horat.* ἐρωτομανέω, ῶ. Amo plus oculis meis aliquem, *Catull.* Amicus es mihi germanum in modum, *Plaut.* Ardere aliquem, *P. Virg.* ἐρωτόληπτός εἰμι: δυσερώτως διάκειμαι. ἐπιμαίνομαί τινι. *Inſanio alicuius amore.* ὑπέρτερον ὀμμάτων φιλεῖν. Vſque in delicias amare, *Senec.* Alicuius amore pectus terere, *Propert. i. Conficere. Conſumere. Sed hic de amore peruerſo Poëta loquitur. Terere enim apud illum amori additū eſt verbum libidinis, vt notat Paſſerat.* v. **Vprzeymie.**

Miłuię kogo wzáiem / ἀντεράω, ῶ. ἀντιφιλέω, ῶ. τινα. Re-

damo amantem : amori amore reſpondeo : reſpondere in amore ijs à quibus prouocere: mutuò diligo aliquem: tribuo alicui mutuam voluntatem : mutuum in amicitia eſt cùm par voluntas accipitur & redditur. *Cicer.*

Miły / (*Nomen in Recto*) Charus vel carus alicui : charus atque iucundus multis, ſuauitatem filij apud me obtinet : ſic tibi perſuade tantam eſſe apud omnes bonos tui charitatem, *vt &c. Cic.* **táńcé mił wßytkiem** / Antiquior eſt ſalus militum quàm impedimentorum : hoc nihil charius, nihil antiquius habeo, iudico. *Cic.* ὁ φίλος, κεδνός, κήδειος, ἀγαπητός. ὁ, ἡ περιφιλής, ἐος. Percarus alicui, *Tacit. Plin. iun.* Dulcis amicus: dulce alloquium. *Horat.* ὁ γλυκύς, γλυκύτατος. *tr.* Mellitus, *Cicer.* Cum mellito meo Cicerone. ὁ, ἡ μελιηδής, ἐος. *tr. Homer.* ὁ, ἡ μελίφρων, ονος. ὁ μελιτόεις, όεντος. *tr.* Anima, *Cicer. Tullius Terentiæ & pater Tulliæ, duabus animis ſuis. ſ. ſcribit.* ἡ ψυχὴ *Euripid.* αἷμα καὶ ψυχὴ *Antiphan. ſanguis & anima.* Oculiſſimus, *Plaut.* Oculiſſimum oſtium, *i. chariſſimum. Feſt. quaſi oculorum inſtar carum. Turneb. Henr. Steph. Muret. Oculeiſſimum legit Lambin.* Sed *reijcitur ab alijs. Occluſiſſimum legit Camer. Gruter. Taubman. & rectiùs puto, quaſi bene clauſum, vt in Menæchmis excluſiſſimus. i. omnino vel inhumaniter excluſus.* Mellillus, *Plaut. Caſina.* Mea mellilla, *Meurſ. Gruter. Taubman. Palmer.* Penſus, *Gelli.* Vt nihil quicquam eſſet carius penſiusque nobis quàm noſmetipſi. *ſ. quia quæ æſtimantur ſæpè penduntur & accuratè.* ὅλος βίος. *Plato. Tota vita, pro re cara. Et Poloni.* **Żywot to iego. Trzy żywoty.** Ζωὴ καὶ ψυχή. *vita & anima. verba blanda ac meretricia apud Iuuenal. & Martial.*

Miły / (*vocandi caſus, vel Interiectio.*) Mi homo. *Terent.* **myły bracie** / ἀδελφέ μου. Mi homo & mea mulier. Mi homines: mi adoleſcens. *Plaut.* O mi hoſpites, *Petron.* **Mili goście.** Mi dulcis anus, *Tibull.* **Moia piękna ſtarko / moia złota babko. Babuśiu droga.** Mi ſoror, *Apulei.* Ambobus oculis carior, *Catul.* κόρη ὀφθαλμοῦ. *Deuteronom. pupilla oculi.* Affectus, *pro his qui magno affectu amantur. Sueton. Capitolin. Vulcatius : vt* Carcer *pro carcere vincto, Tertull. Lucil.* Ergaſtula, Metalla, *pro damnatis ad illa. Tertull.* Toga, *pro togatis, Ammian.* Ab omni toga rogabatur. *Caſaub.* v. **Moy ty.**

Miły Boże! v. **Boże moi! Miły w Bogu** / v. **W. P. Bogu.**

Mimo / imo. Præter ripam ire, *Liu.* Præter ſtatuam commeare, *Plin.* Illac te præter-ducam, *Plau.* Præter-fluo, *Varr.* Præter-uecta eſt oratio mea aures veſtras, *Cic.* **poßłá mimo vßy : mnie z vſt / a wam mimo vßy ßuſt.** παρά τινα, παρά κ. Præter-duco, *Plaut.*

Mimo *aliter* v. **Oprocz.**

Mincá / **mincárſtwo.** Argentaria, *Cic.* ἡ ἀργυροπρατική.

Minca / **mieśce gdźie biia pieniądze.** τὸ ἀργυροκοπεῖον, ἀργυροπρατικὸν ἐργαστήριον. Argentaria officina, argentarij officina. Moneta, *Cic. 8. ad Attic. 7.* Viaticum, ſiue a Moneta, ſiue ab Oppijs &c. *locum in quo cudebatur pecunia interpretatur Manut. & Turneb. ſed in minuſculum ſcribit. In carmine Probi habes* : Conuenit vt veſpis quarum domus arce monetæ, *ſic apud Auſon.* Opulenſque moneta. Monetæ *in plur. Sidon. Apollin.* Delubris, capitolijs, monetis, *addit Turneb. monetæ dicebantur vbi nummi feriebantur.*

Mincárſka forma / τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον. *i. Signaculum primigenium quo nummi exprimuntur. Harmenop. ex Cod.* Iconium, *Sueton. in Calig.* τὸ βουλλωτήριον. *Harmenopol. Balſamon. Bullatorium Meurſ. forma in qua nummi & bullæ exprimuntur.*

Mincarz / **co pieniądze bije.** Cuſor monetæ, *Liu.* Ærarius, *Mart. Cælius Rhod.* ὁ ἀργυροκόπος, ἀργυροπράκτης, ου. Monetæ præpoſitus, *Ammian.* Monetarius, *Firmic. Sipont. Turneb. Vopiſc.* [μονητάριος. *Heſych. Suid.* Monetales triumuiri æris & argenti conflatores, *Pompon. I. C.* οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται.

Minerá / **rudá** / **kopáne rzéczy w źiemi** / **kruſzcé** / **kámienie** / *&c.* τὰ ὀρυκτά. *Foſſilia in plur. dici poſſunt, nam Plin. & Varro ſalem foſſilem & foſſitium vocat.* Crudum puluerem *vocat Perſi. Caſaub.* Aurum in ramentis collectum, ſiue in globis aut balucis inuentum in maſſam conflatur in fornace, *Plin.* v. **żelázo 2. 3.** *Metallica vocat Cardanus, non malè : nam vox Metalli latè patet,* v. **Kruſzec** / τὰ μεταλλικά. *Metallica ſunt metalla inchoata : & materia metallorum. Iul. Scalig.* [*Mineras vocat Franciſ. Piccolomin.* [*Mineralia Philand. & vulgò alij. Et Iul. Scalig. Matricem ſulfuris mineram vocat, ſed ea ignota Latinis ſunt.*

Minija ſámorodna i robiona / Minium, *Virg. Plin.* τὸ μίνιον. Miltus, *f. Plin.* ἡ μίλτος, τὸ ἀμμίνιον vel ἄμμιον. *Minium inquit Gorræ. alterum eſt natiuum & lapis, Plin.* ὁ ἄνθραξ *ſeu* anthrax gleba rubro pulueri miſta ex qua fit minium, *Vitru.* τὸ λιθῶδες *Theophra. quod ex lapide argentea arena permiſto fit.* Vena minij, *Plin. Alterum facticium ex natiuo, lotum, tritum, cribro ſaccatum, excoctum, rubra arena. Aliqui cum cinnabari confundunt, ſed minium eſt venenatũ, cinnabaris vtilis antidotũ ait Gorræ. Rubrica aliud eſt* v. **Glinká.**

Minija piſzacy / *Miniculator. Vlpian. Minicularius. in Cod. Theodoſ.* ὁ μιλτώνης. [ὁ μιλτογράφος. μιλτόω. Minio, *as. Plin. Minio pingo, ſcribo.*

Minijowány / **minijowáty** / Miniatus, *Plin.* Miniatulus, *Cic.* Cera miniatula. ὁ μεμιλτωμένος. ὁ, ἡ μιλτηλιφής, ἐος. Minianus, *Varr. interpr. Turneb.* Mineus circulus in collo pſittaci, *Apulei.* Minius, *apud Apuleium legit Beroaldus.*

Minijowe góry / Miniaria, *æ. Plin. Henr. Steph. & Rob. Steph.* ἡ μιλτωρυχία *Euſtath.*

Animaduerte laudabile eſſe callere duas tres & plures linguas, eiſq; ſingulatim temporibus & locis vti: miſcere autem in vna & eadem oratione duas linguas, vitioſum eſſe norunt, qui Grammaticen vel primoribus labris attigerunt, & vituperat id Cicer. 1. de Offic. & rideri ait Græca verba Latinis inculcantes. Et ipſe de ſe Tuſculana 1. ait: Scis me Græcè loqui in Latino ſermone non plus ſolere quàm in Græco Latinè. Vnde tale genus orationis Maccaronicum vel macharonicum vocant aliqui, è vocabulo Italico mecherone, *quod ſtultum vel nebulonem ſonat, appellatione ducta. Eos verò qui hoc genere orationis vtuntur,* τοὺς μιξοβαρβάρους, *i. mixobarbaros, vel barbariem miſcentes, appellant eruditi. Et huc pertinet illud Plautinum ex Pœnulo, vbi Hanno ciuis Carthaginenſis Libyco ſermone in Comœdia Latina loquens* migdilibs, *i. miſtus Libs vocatur per probrum, nam* μίγδα *vel* μιγδὴν *miſtim ſonat,* ὁ λίψ *Afrum. At* hercle, *inquit,* te hominem & ſycophantam & ſubdolum, qui huc aduenisti nos captatum migdilibs, biſulca lingua quaſi proſerpens beſtia. *Nam Carthaginenſes ſermone Afro & Tyrio vtebantur. Caſtigata eſt quoq; à Seuero Caßio, Sabini Clodij Latinis Græca permiſcentis oratio, qui interrogatus quonam modo dixiſſet? reſpondit Male* καὶ κακῶς, *Senec. l. 9. Controuerſ. Sunt & Græci ſcriptores recentiores non pauci qui in mixobarbaris habentur, vt Heſych. Suid. Zonaras, Cedrenus, &c. Item Codex Imp. Nouellæ Baſilicorum, & multi alij quorum ſtylus contemnitur, quòd voces Latinas characteribus Græcis ſcriptas multas contineat. Aliqui Poloni literati vitioſum eſſe non putant, ſi Polonicè dicere aggreßi, Latina verba & locutiones miſceant; idq; ſine vlla neceßitate, ſed temerè & fortuitò. Nec ſolùm in orationibus & epiſtolis longis & ſerijs, quæ aures prætervolant, ſed etiam in libris edendis, ac ex Polona vel alia quauis lingua in Latinam vertendis: deniq; cum illiteratis ac etiam cum feminis in quotidianis congreſſibus ſermone texendo. Talia ſunt:* quidem, reuera, rácya/ notowałem to w niem/to ad amuſſim być nie mogło/tylko pro vna vice, á tak per conſequens, *&c. talia multa ſunt apud quoſdam ſcriptores Polonos magni nominis, qui in multorum manibus ſunt, & omnium gratiá ſcripſere. Huc facit & illud, quòd nemo alicuius iudicij vir Polonus, cùm dicere vel ſcribere aliquid ſeriò Latina lingua inſtituit, ſoleat Latinis Polonica interponere, quaſi verò vtriuſq; linguæ non eadem ſit ratio non inquinandæ. Si enim id ſibi cùm Latina lingua loquuntur, non permittunt; cur in Polonica ſunt tam laxi ac diſſoluti?*

Cæterum hunc abuſum profectum arbitror imprimis ex falſa quorundam opinione, qui hac linguarum confuſione, vanam ſibi eruditionis exiſtimationem conciliare ſtudent. Deinde ex *defectu exercitationis in lingua Polonica & temeraria cōfidentia, qua ſe quidlibet ex tempore explicare poſſe arbitrantur, & ſic oblata voce aut phraſi Latina reconditiore, ne interpretando hæreant, eam vſurpant, & quicquid in buccam venit effutiunt. Et tamen multa verba Polonica noua & apta formari poſſunt à ſtudioſo viro, ad fontes Latinos & Græcos recurrendo. fecit id Cochanouius noſter ſæpè feliciter, itemq; Vrſinus, Acernus, Siuenius, & in hoc opere noſtro non pauca talia reperies. vt* **Dreatwił / Trzymionawek / Pław morſki / Łatawiec ptak / Noſo-rożec/** *&c. Sed obijciet mihi quiſpiam, non paucos bonos ſcriptores etiam Latinos & Græcos, qui ſua lingua natiua ſcribentes non pauca inſeruerunt peregrina. Fateor ita eſſe quare non vniuersè hoc damno, immò licere aliquando certis ex cauſis affirmo.*

Prima eſt neceßitas, cùm res aliqua quam in decurſu orationis nominare oportet, caret nomine in ea lingua qua quis ſcribit. Fecit hoc Cromerus ſcriptor certè non inelegans in Polonia ſua, præſertim cùm animalia, aues, piſces regionis recenſet, vbi illa habet : Selaua, Mientus, Berzana, Caraſſij, Sumi, Sedacij, Certæ, Gluſſetz, Parduam *vocamus vernaculo nomine, quia Latinum, inquit, non habemus.* Braſnui, Cleſcij *vocantur.* Martes, Cunas *dicimus.* Roſomaci, *&c. Idem fecit Olaus Magnus, Geſner. Iul. Scalig. Aldrouand. Matthiol. &c. natiua lingua aliqua nominando, cùm Latinè ſcriberent. Facilè verò id accidit in Hiſtoria variarum exterarum gentiū ſcribenda, quare & Cæſar puriſsimus Latinus ſcriptor habet* Geſa, Druydas, Soldurios, Materes *Gallicas voces. vt rectè ſcripſerit Cicero ad Attic.* Verba pariunda nobis eſſe & imponenda noua nouis rebus nomina, *ſ. legibus Latinis conformata. Illud hic addiderim non pauca, quæ Cromerus habet vernacula lingua poſita, Latinum nomen habere, vt hoc* *libro ſæpè obſeruabis.* *Alterum tempus eſt inſerendi peregrina vernaculis, cùm quod vni ſcribimus nolumus ſciri ab omnibus. Sic ſæpè Cicero Attico ſcribens Græca miſcet Latinis, cauſam hanc ſæpè inſinuat, vt cùm l. 1. dicit:* Quotuſquiſque eſt qui epiſtolam paulò grauiorem ferre poſſit, niſi eam pellectione releuârit? *& lib. 2.* Poſthac ad te, aut ſi per fidelem habebo cui dem, ſcribam planè omnia, aut ſi obſcurè ſcribam, tu tamen intelliges. *Item.* In his epiſtolis me Lælium, te Furium faciam, cætera erunt, ἐν αἰνιγμοῖς.

Tertia cauſa inſerendi peregrina, eſt honeſtas & fuga obſcœnitatis, nam neſcio quo modo eadem res obſcœna non ita offendit aures aliena lingua prolata, ſicut vernacula. Quare Romani, vt ſcribit Cicer. lib. 7. ad Famil. epiſt. 24. à multis honeſtis vocibus abſtinebant, quæ ad ſonum obſcœnarum accedebant. Præterea quando cum viris eruditis & linguarum exterarum peritis agimus vel illis ſcribimus, tunc enim ad nos & illos oblectandos, licet aliquantùm indulgere peregrinæ locutioni. Ita ſcripſêre Camerarius, Manutius, Muretus, Brodæus, Politianus, Hen. Iunius, Turnebus, Cælius Rhod. (qui ob Græcas voces abſq; modo & neceſſitate inculcatas obſcurus eſt) & vicintores nobis infiniti propè Galli, Belgæ potiſſimum quorum agmen ducit Iuſtus Lipſius, ſed & Cicer. ob hanc cauſam Græca Latinis interpoſuit ſæpe Attico ſcribens. Lucretius in ſuo Poëmate longo ſæpè Græca accerſit. Accidit inſuper vt peregrina vox vel locutio maiorem habitura ſit vim, quàm vernacula, tales ſunt locutiones ſententiam tritam apud eruditos continentes, vel ex aliquo bono ſcriptore depromptæ, item quæ adagij inſtar vſurpantur. Sic Martial. μισῶ μνήμονα συμπότην Προκίλλε. *Habet non pauca Lucil. & Cicer. ipſe Attico ſcribens, ex Homero, Sophocle, Euripide, & alijs Poëtis multa affert. Talia apud Auſoni. dicta Græcorum ſapientum, & de Chreſto & Acyndino. Adde Plautum qui in Sticho ait:* Cantio Græca eſt. ἢ πέντε πῖν' ἢ τρεῖς πῖν' ἢ μὴ τέτταρα. *apud Iuuenal.* ζωὴ καὶ ψυχή: γνῶθι σεαυτόν, *&c.* *Adhæc Latinam v. g. vocem obſcuram, licet declarare voce peregrina quando periphraſis non ita commodè explicaret. Sic faciunt Feſtus, Nonius, Terentianus, Budæus. Lexicorum ſcriptores, commentatores & interpretes auctorum ſatis alioqui Latini, cuiuſcunq; gentis ſint. Deniq; licitum eſt aliqua ex peregrina lingua noſtræ quā ſcribimus interponere artificij alicuius gratia. Sic Plaut. in Pœnulo facit Hannonem, quaſi ob ignorationem linguæ Latinæ loqui Libycè, vt gratia Comœdiæ accedat ex eodem loquente ſtatim Latinè & agnitione perſonarum repentina. Scriptum eſt & Drama de Ioſepho Patriarcha, διγλώττως, Latinè & Germanicè, Polonicè & Latinè. Vſurpant & Poëtæ aliqui exercitationis vel oblectationis vel oſtentationis cauſa Etbus ſcribentes, vt, Aſtrologi,* λόγοι.

Ad extremum vſurpatur aliquando hoc genus orationis miſtum iocandi & ludendi cauſa, vt in Epigram. Græco Palladæ. οὐκ ἐθέλω Δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι, *Atticè pro δοῦναι, dare, i. Nolo audire Domine, non enim habeo quod dem. alloquitur autem in epigrammate illo quendam, qui cùm munuſculum aliquod ab amico accipiebat, reſcribebat ei appellans eum* δόμινε φράτερ: *cùm nihil erat adiunctum literis,* φράτερ *ſolùm ſcribebat. Conſonant verò benè,* δόμινε & δόμεναι, *iuxta priſcam pronuntiationem, quæ i breue vel in e commutabat, vt ſibe, quaſe, Quintil. nauebus, ornauet, vetus Inſcriptio, ſic domene. vel abſorbebat domne, domna. vide Lipſ. de Pronuntiatione, cap. 7. & 8. Sic Martial. 5. quod* ἄλφα *te dixi penulatorum nuper cùm iocarer, ſi fortè bilem mouit hic tibi verſus, dicas licebit* βῆτα *me togatorum. Simile eſt Auſonij ad Pædagogum liguritorem ſed obſcœnum. Plaut. Trinum. argentum,* οἴχεται, *vt noſtri dicunt,* Toczą ſie pieniądze / bo okrągłe/to ieſt/łácno ſie wydádzą. *Similia ſunt noſtra illa vulgaria & triuialia: Per fas & nefas,* byle było v nas. *Ciuitas Cracouia,* kup ſobie iáko i ia. *Ix pix cum vocali,* kazda liſzká ſwoy ogon chwali. *Item illa: Auis* ptak / *ſuperbia* dworak. *Huc etiam pertinent Epigrammata Auſonij alternis verſibus Latinis & Græcis ſcripta, & potiſſimum epiſt. 12. ad Paulum, quæ ſic incipit.* ἑλλαδικῆς μετέχων μούσης, *Latiæq; Camœnæ* ἄξιος Αὐσόνιος. *ſermone alludo bilingui, &c. eſt longiuſcula. Simillimum huic eſt illud neſcio cuius Poloni. Eſt propè* wyſokum / *&c. benè longum. Sed talia puerilia & inepta ſunt, ad riſum ſolùm triuialibus lectoribus concitandum, (nam eruditus hæc deſpuerit non legerit) & ad oſtentationem ingenij quod hic non magnum eſt, maior eſt corruptela linguarum. Meminiſſe verò hic oportet, ſatis corrupta ex alijs cauſis Latinitate Polonos vti, nec fas eſſe ob meram libidinem ridendi, vltrò & conſultò plures corruptelas conquirere, & in manus omnium dare. Lege quæ hæc de re habet Iacobus Pontanus in Atticis Bellarijs, l. variarum qq. c. 28. ex Eraſmo, Cicerone, & Andrea Schotto.*

Mowá nádęta / wyſtáwna. Ampullæ & ſeſquipedalia verba, *Horat. qualia ſunt, apud Laberium. Reciprocicornis aries, veſtitrahis, lanicutis. Apud Friſchlin. Menalcamyntbyrſidamætacorydon. apud Lucil. Cortinipotens. Repandiroſtrum. Hippocãpelephantocamelus. Apud Pacuu. Rudentiſibilus. Incuruiceruicum pecus. Apud Næuium. Triſeclisſenex. Dulcioriloquus. Apud Varro. Viticapiſeris forcipibus. Quaſſagipennæ anates. Apud Tertull. Scytoſagittipellifer Hercules. Apud Plautum. Turpilucricupidus. Sexcentoplagus. Vaniloquidorus. Virginiuendonides. Nugipolyloquides. Argentiexterebronides. Pyrgopolinices. Polymachæroplacides. Therapontigonoplatagidorus. Theſaurochryſonicochryſides. Bombomachides. Clutinſtaridyſarchides. & plurima talia apud eundem, de quibus lepida legere potes in Trinummo. Sed caue putes hæc Latina & proba eſſe vocabula, quæ ad iocum conficta ſunt Poëtica licentia. quod Quintil. negat licere Latinis. Græci ſunt liberiores, præſertim Poëtæ, vt ex Pindaro & Ariſtophan. conſtat, affert Ioſephus Scaliger. ad Varronem, Hegeſandri veteris Poëtæ Græci epigramma tribus diſtichis & 12. verbis Græcis compoſitis conſtans. Talis illa Ariſtoph. vox in Veſpis,* ὀρθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων. *In Lyſiſtrat.* μαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες. *i. vt Latinus interpres reddit ſimili plauſtrali voce ſeminiſoripiſolecipolæ, vt & illud* Σκοροδοπανδοχευτριαρτοπώλιδες. *i. allicaupopaniuendulæ. Exſtat quoq; iocus in Hermetem huiuſmodi verborum affectatorem. Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes, conſuetudinibus, ſolicitudinibus.* ἁμαξιαῖα ῥήματα, *i. plauſtralia verba Græci vocant.*

Illud in Poëtica Horatij. Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba. Victorius hoc ſenſu explicat, i. loquitur. Lambinus verò, oppoſito ſenſu, i. abijcit, relinquit verba inflata non loquitur, & certè ad mentem Poëtæ. Bullatæ nugæ, *Perſi. Marcil.* Iactatio, granditas verborum, *Cicero.* ὁ ὑψηλὸς λόγος, ὑψηλολογέω, & ὕψος. *ſublimitatem orationis conſectator,* wyſtáwnie mowię. ὁ ὑψηλόφος λόγος. *Ariſtophan.* ὁ μεγαλορρέων, μεγαλορρήμων, ονος. τὰ φλεγμαίνοντα ῥήματα. ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους. *i. criſtas habentia & ſupercilia. Magnidicus homo & magnidica mendacia, Plaut.* Verba inflata, *Cicer.* Omnia magna loquens. *Horat.* Genus orationis pompæ quam pugnæ aptius: ex Rhetorum pompa, adhibere in dicendo quãdam ſpeciem atque pompam, *Cicer.* Dicta phalerata, *Terent. lege Senecæ epiſtolam 114.* Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet ſcribere, *Perſi.*] Nugæ canoræ, *Horat.* Tumor magna flandi, *Quintil.* Turgens ſpuma, *Hieronym.* Caua verba & in modum veſicarum tumentia, *Idem.* Eloquentiæ tympanum, *ex Philoſtrat.*

Mowá nié poetycká / nié rymem / nié wierſſem. Oratio ſoluta, libera. *Cicer.* ἡ λέξις, εως. *Dio. Halicarnaß.* Pedeſtris oratio, *Quintil.* ὁ πεζὸς λόγος. Pedeſtris ſermo, *Horat. interprete Budæo.* Pedeſtre eloquium, *Trebell.* Proſa (*quaſi proſuſa*) eloquentia, *Patercul.* Proſa oratio, *Colu. Quintil. à proſus quaſi prorſus.* Proſaica oratio, *Plini. Hermol.* ‖ Proſa, *abſolutè. Quintil. Gelli.* Numeris fertur lege ſolutis, *ſ. oratio, Horat.* πεζῶς vel καταλογάδην λέγειν. *proſa oratione vti.* πεζογράφος, πεζολόγος, *ſcriptor pedeſtris.* πεζογραφέω. πεζῶς λέγω. *proſa vtor.* Innumeri *vox pro ſoluta oratione, apud Gelli. & Auſoni. vſurpatur, Turneb. l. 10. c. 12.* Verſuum nexu repudiato, auſus eſt primus paſſis verbis, ſoluto loquutu, libera oratione conſcribere, *Apulei. habes aliquot periphraſes ſimul. Ste[illegible]bi.* Proſa facundia, oppoſita verſæ, *Apul. Steuech. Tur[illegible].*

Mowá niépráwa iáſkiego iezyká / (*vt práwy Polak w-mowié*) mowá cudzoźiemcem pachnąca. ἡ ξενοφωνία, λόγος τὸ ξενικὸν, vel τὸ ξένον ἠχῶν, ἡ βαρβαροστομία. Peregrinitas, *Quintil.* Nulla in eo peregrinitas reſonat. **Nié znáć by cudzoźiemcá gdy mowi / mowi po Polſku Włoch / iákby ſię Polakiem vrodźił.** τὸ λάλημα βαρβαρικόν.

Mowá okrągła kráſomowcow / vide **Okrągłość** 2.

Mowá piękna / głádká. Oratio teres, ſermo rotundus. *Cicer.* Cygnea hominis vox & oratio, *Cicer.* Sermo rotatus, *Iuuenal. Ouid. Turneb.* ὁ εὔτροχος λόγος. Phalerata dicta, *Terent. i. ornata, Donat.* Compoſitæ lexes vt teſſerulæ, *Lucil.* Verba quæ belle tangere poſſunt aures & lepido fucata ſonore, *Lucret.* Muſeus lepor, *Lucret.* Muſeum mel, *Idem, Giſani, i. orationis ſuauitas.*

Mowá pieśćliwa / v. Pieśćliwa mowá. Mowić pieśćliwié.

Mowá plugáwa / ὁ λόγος βορβορώδης, *ſermo lutulentus.* λόγος δύσοσμος, *male olens.* ‖ *Plaut.* Spurcidici verſus. Prætextata verba. ‖ *Gelli.* Impudica ac prætextata verba, *Macrob. quanquam hæc vox habet aliam ſignificationem.* Nupta verba quæ virginem loqui non licebat, *Feſt.* *Sic Plaut.* Virgo ſum, nondum didici nupta verba dicere. Cacephaton, τὸ κακέφατον. *Figura Grammatica, cùm ab eadem ſyllaba dictio ſequens incipit, in quam precedens deſinebat, vt* Dorica caſtra, *Seru.* κακέμφατον. *Chryſoſtom.* Cacemphaton. Cacophaton, κακόφατον. *Quintiliano, eſt ſermo in obſcœnum intellectum detortus, vel iunctura deformiter ſonans, vt* patrare bellum, ductare exercitum, *Saluſt.* Aeſchrologia, ἡ αἰσχρολογία. *Diomed.*

Mowá trudna ku wyrozumieniu / τὸ σύμβολον. *Plutar.* Sententia inuoluta, arguta, vt Pythagoræ dicta. Spinoſa oratio, *Cicer.* Spinoſum diſſerendi genus, *Catull.* Senticoſa verba, *Afrani. Feſt.* Sermo per figuras procedens, *Senec.* Intorta oratio, *Plaut.* Confragoſa oratio, *Plaut.* Illud confragoſum quæro, quomodo poſterior ſit prior, & prior poſterior. ‖ Confragoſa argumenta, *Quintil.* Contorta ſophiſmata, tortuoſa diſputatio. *Cicer.* λόγος σκολιός. λόγος σκοτεινός. *vnde Heraclitus teſte Strabone* σκοτεινὸς *dictus eſt, ob orationis obſcuritatem.* Tecta verba, *Cicer.* Tectis verbis ſcribere. Inuolucra & integumenta diſſimulationis. Verſutiloquæ malitiæ, *Cicer.* Ambages allegoricæ, *Arnobi.* Allegoria, *Idem.* ἀλληγορία. ‖ Sermo tectus, *Ouid.* Strophæ, *arum. Martial.* οἱ στρόφοι. Strophæ verboſæ. Ceratinæ & crocodilinæ (*argumentationes.*) *Quintil.* ‖ Crocodilites, *æ. m. Politian. è Græcis* ὁ κροκοδειλίτης, ου. Voces minùs vſitatæ, *Quint. Perplexabile verbum, Plaut.* *Contortiplicata oratio, idem.* πολύπλοκα τὰ ὀνόματα. [*Tortiloquium, Gloſſar.*] Aenigma, *atis. n. Cic. Gelli.* τὸ αἴνιγμα, ὁ αἰνιγμὸς. ὁ αἰνιγματώδης λόγος. Griphus, *Gell.* λόγος γριφώδης. *tr. à reti intricato* ὁ γρῖφος *Græcè dicto.* Gloſſa, lingua ſecretior. *Quintil.* Gloſſema, *atis. n. Varro. Quintil.* τὸ γλώσσημα. Scirpi, ſyrpi, *vel potiùs Sirpi. Gelli. vt legit apud eum Ioſ. Scaliger. & damnat vocem ſuppoſititiam* (*ſcrupi*) Flexiloqua & obſcura oracula. *Cicer.* Scotina ſcripta, *qualis Heracliti & oracula SS. Budæ.* ‖ *Lucianus in Lexiphane deridet eos, qui verbis obſoletis & nouatis orationem obſcurant. Lege Andream Schott. l. 2. c. 21. Tullianarum qq.* Βοιώτια αἰνίγματα. Bœotia ænigmata, *ſ. Sphingis.*

Mowá wątpliwa / Ambiguà verba, ex ambiguo dicta, genus eſt quoddam ambigui in oratione. *Cicer.* ἡ ἀμφιλογία. Ambiguitas orationis, verborum amphibologia, amphilogia vel potius amphibolia, anceps & multiplex verborum poteſtas in ambiguis. *Cicer.* ἡ ἀμφιβολία. Amphibolon, *Quintil.* Dilogia, *Auſon.* ἡ διλογία, διπλασιολογία. ‖ ἀμφιλογέω, ῶ. *oratione ambigua vtor.*

Mowá wolna / vide **Wolno-mowność.**

Mowá wſpániáła / ἡ σεμνολογία. ὁ σεμνόστομος λόγος, τὸ σεμνολόγημα, ἡ μεγαλορρημοσύνη. Magniloquentia. *Cicer.* Magniloquentia Homeri hexametrorum. σεμνολογέω, ῶ. & ἠμῶ. Magnificè loquor, magnificè ſe iactat & oſtentat. *Cicer.* Ad dignitatem rerum exſurgit oratio, *Senec.* ὁ κόμπος. *Cothurnus, Virgil. Horat. Ouid. pro grandi, & magnifico genere orationis præſertim Poëticæ. Hinc cothurnatus. Martial. Ouid. qui ſic loquitur. Cothurnarius ſtylus, Ammian. tr.*

Mowá życzliwa / ſzczęśćia życząca. ἡ εὐφημία, τὸ εὐφήμισμα, ὁ εὐφημισμός. Bona ominatio. Fauentia *Feſto. i. precatio fauſta.* ‖ Benè ominata verba. *vt Horat. malè ominata.* ‖ Bona verba, *Teren. Macrob.* Ora fauentia, *Proper.* ‖ *Et* εὐφημεῖν *vel* τὰ ἀγαθὰ λέγειν. *erat, fauere linguis, Horat. Iuuen.* Ominibus fauſtis auguſtam adhibere fauentiam. Malè ominatis parcite verbis. *Horat. vt legit vetus interpres & Briſſon. Formulæ erant illæ:* Quod bonum fauſtum felixque ſit, *Cicer.* Benè mihi, benè vobis omnibus. Benè me, benè te. Benè ſit tibi, *Plaut.* Benè viuas, *Terent.* Viuas benè, *Ouid.* Dij deæque te ament. Te Iupiter benè amet, *Plaut. vide Briſſon. lib. 1. formul. & hoc erat benè dicere, benè precari.* Eia benè dicite. Benè dicatis inter vos, *Plaut.* εὔχεσθαι μετ' εὐφημίας.

Mowá niéwłaſna / vide **Zámiáná ſłow.**

Mowcá / Aretalogus, *Sueton. Iuuenal.* a *mediam produxit Iuuenal. & Auſon. in Græco verſu* ἀρεταλόγος, *vt correxit Turnebus. ab* ἀρετὴ *ducit Porphyrio. & loquaciſſimum interpretatur in oſtentatione virtutis. meliùs Turneb. ab* ἀρεστὸς, *i. placens, gratus, qui narrationes & fabellas auditoribus gratas loquitur, quare hoc nomine inquit, & garruli & nugatores cenſentur, Ciarlatani Italis. ab* ἀρεσὸς *format Lauin. eodem ſenſu quo Turneb.* Tractator, *Spartian.* ὁ ἀδολέσχος, *Caſaub.* Locutor. Linguax. Blatero. Locutulcius. *Gelli.* ὁ σπερμολόγος. Qui verba funditat, *Plaut. In Actis Apoſtol. Seminiuerbius. Idem* **Mowny** / *ſed adiectiuum.*

Mowię dáć niememu / rozwiązáć ięzyk niemy. Coarticulare ora mutorum, *Arnob. i.* articulata tacere, ἀρθρόω, διαρθρόω τὴν φωνήν.

Mowiá / v. Powiádáia.

Mowiá o niem wßyſcy / noſzą go. In ore eſt omni populo. *Teren.* διὰ ςόματός ἐςι πᾶσι; λόγον παρέχει ἅπασι. In ore omnium verſatur: in ſermonem omnium venit: in ſermone omnium eſt, incurrit noſtra laurus in voculas maleuolorum, vapulat omnium ſermonibus. *Cicer.* Sermo eſt omnibus, *Plaut.* Fabula nunc ille eſt, *Tibul.* Omnibus in triuijs vulgatur fabula paſſim, *Catul.* In fabulis eius cœna fuit. *Suet.* v. **Złé o niem mowia. & Dobrzé o niem.**

Mowiący / (oppoſitum Niemy.) Vocalis, *Valer. Max.* Vocalis factus eſt ex muto Crœſi filius, ὁ λαλητὸς. Vocalis quercus, *Ouid.* φωνήεις δρῦς. Loquens, *Cicer. Ouid.* v. **Mowię vltimum.**

Mowię / Loquor aliquid, dico aliquid. Loqui eſt Dialecticorum, dicere Oratorum. *Cicer.* λέγω, φράζω, λαλέω, μυθέομαι, μυθίζομαι, φημί, à φάω, φημίζω, φατίζω, φάσκω, φραδάζω, αὐδάω, φωνέω, ῶ. φθέγγομαι. Aio aliquid: verba facio. fundo: diſſero de aliqua re: operam do ſermoni: vti voce: fari: vocem mittere: promere voces: pronuntio vno ſpiritu verſiculos. *Cicer.* Profundo verba vẽtis. *Lucret.* **Wołam ná wiátr.** Profundo omnia ex ore veridico, *Idem* Sermocinor. Habeo ſermonem, facio, inſtituo, ordior. *Cicer.* Satis iam dictum habeo, *Plaut. Cicer.* **Doſćiem iuż mowił.** *Seco Sequor. Inſequor, i. dico priſce.* v. **Odpowiádam** 1. Verba fundo, *Terent.* Verba fundito, *Plaut. Amphitr.* *à fundo, is. Lamb. At* Tantula tanta verba funditat, *in Pœnulo. a fundo, as. i. fundá iacio. Turneb. Lamb.* Fari, faris, fatur, *à for inuſitato. Cicer. Virgil.* Vocem humanam reddit pſittacus, *Plin.* Profari, *Virg. P.* Infit, *Liu. Virg. antiquum.* ‖ *Loquitor, aris. Plaut. priſcum.* ‖ *Autumo, Plaut. Si vera autumas, i. dicis. Gelli.* Inquio, inquam. *Cicer. Terent.* Intercludit vocem dolor, *Cicer.* **Od żalu mowić nie mogę.** Alio ſermonem tranſferamus, *Cic.* **Mowimy o czym inſzym** Ago. Eſtne ipſus de quo agebam? *Terent. Noni.* v. **Rozmawiam.**

Mowię dobrzé / v. Wymawiam dobrzé.

Mowię dobrzé po Łácinié / po Kártáińſku / po Włoſku / &c. Dobrą mam Łácinę / nié zepſowána / nié mieſzána. Purè loqui, pure & Latine loqui: pure & emendatè loqui Latinè, perbenè Latinè loqui putabatur: verba efferamus ea quæ iure nemo reprehendat: oratio eius pura ſic vt ſolus penè Latine loqui videretur: Latinè non peſſime loquebatur. *Cicer.* Incorruptè loqui. *Gelli.* ὀρθοεπέω, ῶ. καθαρῶς λέγω. ‖ *Plautus hanc locutionem per Comparatiuum ex gente formatum lepidè expreſſit in Pœnulo, vbi ſic habet.* MILPH. Vin' appellem hunc Punicè? AGORAST. an ſcis? MILPH. Nullus me eſt hodie Pœnus Punior. *Cuius exemplo ſic iocari licebit. Nullus me eſt Germanus Germanior, vel Italus Italior.*

Mowię do kogo / Compello aliquem, affari aliquem, alloquor, appello aliquem. *Cic.* προσλαλέω τινί. λέγω πρός τινα, λέγω τινί. προσφωνέω ῶ. τὸν vel τῷ: πρόσφημι· προσειπεῖν· προσαγορεύω τὸν, προσφθέγγομαι. Appello aliquem Punice, *Plau.* Adeo aliquem blandis verbis. *Idem.* *Adorat populum cauſidicus, Apul. pro orat ad populum.* Tecum ago, *Plaut. i. tibi loquor.* Tibi ego dico, *Plau.* *Paucis verbis intergarritis, Apulei. ab Intergarrio.* **Przémowiwßy / rzekßy kilá słow. v. Rozmawiam.**

Mowię do vchá / v. Do vchá mowię.

Mowię głośno / mocno / pełną gębą / beſpiecznié / zuchwálé / pyßnié &c. Dico contentè, contenta voce, ſumma contentione: quantùm potero voce contendam vt hoc populus Romanus audiat, *Cic.* Voce toto inſtructa organo, *adde* vtor *vel* clamo. *Quintil.* Profundo vocem, *Catul.* Plena, magna voce aliquem vocare, *Virg.* Ebullio virtutes & ſapientias, *Cic.* Tono ore, *Virg. Propert.* Tono laudes alicuius, *Plinius.* Ampullor: Proijcio ampullas & ſeſquipedalia verba. *Horat.* Crepo genus antiquum, *Lucret. Horat.* Eructo aliquid, *Cic.* Qui nunc accubantes in conuiuijs eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum. ‖ Tragœdias ago, excito. *Cic.* τραγῳδέω, ῶ. Monſtra & portenta loqui, *Lucret.* Altum loqui, *Creſſol.* μέγα φθέγγεσθαι. *Demoſth.* Monſtra dicere, narrare. *Cicer.* τερατολογέω, ῶ. τερατεύω, τερατίζω. ‖ Latro, *as. Cic.* Latrant quidam oratores non loquuntur. *habet & Horat. Tertul.* Cauſas elatrare *dixit. Fulgent.* Legicrepi tundunt latrant fora. ‖ Deblatero, *Gell.* Debla[illegible]nus multis millibus verſuum. λαμπροφωνέω, ὑψη[illegible]ω, μεγαληγορέω. Lapides loqui, *Plaut.* *Dure & aſpere [illegible]qui.* Cerebrum mihi excutiunt tua dicta, *Plaut.* Vulnerat aures nuntius, *Virg.* Emugio, *Quintil. i. craſſa voce & vaſta pronuntiatione proloquor.* **Wybeknąć.** *Sic Lucian.* τὸ μέγα κεκραγέναι. i. Boare. *Homer.* ὡς ἐν τραγῳδίᾳ βοᾶν. Sicut in ſcena clamare. ὑπέρφρον καὶ ἀφνειὸν πνεῖ. *Philoſtrat.* Elatum & opulentùm ſpirat.

Mowię ná kogo co / In te hæc dici audio, *Plau.* λέγω σοι, *vel* περὶ σοῦ. In me quiduis harum rerum conuenit quæ ſunt dicta in ſtultum, *Terent.* πρὸς τρόπου ἐςί μοι. ἁρμόζει μοι.

Mowię nié rozmyślnié / Effutio aliquid, *Cicer. Terent.* Effutio leues verſus, *Horat.* Effutio aliquid ex tempore: effutio aliquid de aliqua re. *Cic.* ἀσκέπτως λέγω. κολωάω. ἐκχέω λόγον: ἐκχέω τὸν λόγον. Effundo: hæc ætas effundit hanc copiam. *Cic.* ἀποφθέγγομαι. ἐκλαλέω, ῶ.

Mowię nié wyrozumnié dußąc słowá w gębie / βαύζω. κοιλοςόμως λέγω. *Ore cauo verba vel vocem formo.*

Mowię pieśćliwié / ßépłuniąc dobrowolnié. Balbutio, *Horat.* Balbutit Scaurum, *i. fracta & tremula voce loquitur more amantium, Lambin.* Verbiſque ſonat plorabile quiddam vltra nequitiam fractis, *Claudian.* Supplanto verba palato, *Perſ. i. infringo vt ſint blæſa & dulciora. Marcili. Vt ſuppreſſa & effeminata ſint. Turneb.* ὑποσκελίζω, ψελλίζω. *Caſaub.* ‖ Balba feris annoſo verba palato, *Horat.* **Bábás á pieśćią śię w-mowié.** Frango vocem, *Quintil.* Nec enim puerum fœminea vocis exilitate frangi volo. Blanda atque infracta loquela, *Lucret.* Infractis vocibus delinitus, *Arnob.* ῥόδα μ' εἴρηκας *Ariſtophan.* *Roſas locutus mihi es.* ‖ Vt mulſa loquitur! Vt mulſa dicta dicis! *Plaut.* Nimiùm lepide fabulata eſt. Veneris mera eſt oratio. *Idem.* Eliquo vocem, *Perſ. i. Lenocinio vocis pronuntio, ſeu vocem diſſoluo in cantilenam, Cornutus.* Balbutientem linguam in dimidiata verba moderari, *Hieron. ad Lætam.* Ad muliebres blanditias vocem extenuare, *Senec.* κλάσιν φωνὴν *Græcis.* Molliculam ſubigere vocem. μαλακὴν φυράσασθαι φωνήν. *Ariſtoph.* Aures non ſatis viriliter mulcere ac titillare. κνήθειν καὶ γαργαλίζειν οὐκ ἀνδρικῶς τὰς ἀκοάς. *Clem. Alexand.* Fracta voce loquendi libertas, *Iuuen.* Et ſibi blanditias tremula componere voce, *Tibull.* Canticum ore tereti & ſemi-

antibus in conatu labellis eliquare, *Apul.* ¶ Orationem latebroſas paſſam iuncturas per cameram palati volutatam balbutire, *Sidon. more ſuo durè & obſcurè.* τῷ μαλακῷ λόγῳ χρῶμαι. *Depingit & Lucian. in Rhetor. Præcept. Oratorem mollicellum,* Αὐτὴν Θαΐδα *(inquit)* τὴν κωμικὴν, ἢ Μαλθάκην, ἢ Γλυκέραν τινὰ μιμούμενος τῷ προσηνεῖ τοῦ φθέγματος. *i. Comicam Thaidem ipſiſſimam, vel Malthacen, aut Glyceram tenella voce imitatus.* vide **Pieſzcze ſie 2.**

Mowie ſobie pod noſem / *Græci ſic:* κατὰ ῥινὸς φθέγγομαι. *Loquor ſic vt vix ſonus ad nares perueniat.*

Mowie wiele / v. **Wiele mowie.**

Mowie że nie / twierdzę że nie tak. Nego, *Cicer.* Nega homini honeſto, equiti Romano, iudici tuo credi oportere. Nego ita eſſe. Nego quenquam eſſe quin ſæpè audierit, *Cic.* ¶ Nego neſciſſe, *Varr.* Ego illud ſedulò negare factum, ille inſtat factum. Negat quis? nego; ait? aio. *Terent.* *Lucret.* Negito fieri poſſe aliquid. ἀντίφημι, ἀρνέομαι ὡς οὐκ ἔστι. οὔ φημι. ἠρνήθη μὴ λαβεῖν, *i. negauit ſe accepiſſe.* μὴ λέγω. ἔξαρνός εἰμι τούτου. Ἀπόφημι. *vnde* ἡ ἀπόφασις Apophaſis, *Quintil. Figura Oratoria, quaſi Negatio, quæ in exemplis Cicer. & Lucretij apparet. Vicin.* **Zapieram ſie.**

Mowie záwikłánie / trudno / nie wyrozumnie. Perplexè cum aliquo loquor, *Terent.* Perplexè reſpondeo, *Liui.* Perplexor, *aris.* Perplexabilia verba facio. Perplexabiliter *(loquor) Plaut.* περιπλέκω. Senſum obumbro, *Quintil.* δυσνοήτως λέγω. *difficili intellectu ſermone vtor.* Contorquere orationem, *Cicer. Turneb.* αἰνίσσομαι : αἰνιγματωδῶς λαλῶ. *Et* ὁ αἰνιγματιστής. *qui perplexè loquitur.*

Mowie z kiem pacierz / przyſiegę &c. przemawiam komu. Præeo alicui verbis, *Plaut.* Præire carmen, verba, *Liui.* ¶ Præire obſecrationem, *Sueton.* Diſcipulis præeunt prius præceptores, *Quintil.* Concipio verba, *Liui.* *vnde* conceptis verbis iurare, *apud Ciceronem. i. deliberatè ac dictatu verbis.* Concipere iuſiurandum, *Tacit.* Dicto, *as. Cic.* προηγοῦμαι λόγων. ¶ Votum in hæc verba præeunte Pontifice factum, *Liui.* Præire, *inquit Buda. eſt præfari : & ſubſequi. ſ. aliquem dictantem, eſt dictata verba pronuntiare.* **Mowić z kiem abo zá kiem.** Præi verba quibus me pro legionibus deuoueam, *Liui.* ¶ Præire aliquem de ſcripto ne quid verborum prætereatur aut præpoſterum dicatur, *Plin. Bud.* ¶ Præfante illo carmen, vouerunt, *Liui.* ¶ Heſterna concione incitati ſunt vt vobis voce præirent, quod iudicaretis, *Cicer.* ἐξηγοῦμαι τὸν νόμον κήρυκι, *i. præeo verba legis præconi promulganti ſuggerens.*

Mowie źle po Łácinie / po Polſku / zło Łáćine / Polſzczyzne mam. Inquinatè, barbarè, corruptè, vitioſè loquor. *Cicer.* βαρβαροφωνέω, ῶ. βαρβαροστομέω, ῶ. Solœciſmum facio, *Mart.* σολοικίζω.

Mowie z pamieći / v. **Ná pamieć.**

Mowie / aliter. v. **Rzekę / Powiadam.**

Mowie / aliter i. mowiacy ieſtem / mogę mowić. Człowiek mowi / wol nie mowi. *Verbum* Loquor *hic vſurpandum, non verò Dico.* *Cic.* Magiſtratum eſſe loquentem legem, legem autem mutum magiſtratum. *Ouid.* Penè loquente ſupercilio ſigna dare. *Idem,* Supercilia ſine voce loquentia, λαλέω.

Mowie zá kiem / po kiem / v. **Po kiem mowić.**

Mow-że / v. **Powiaday-że.**

Mowienie czego. Dictio ſententiæ, *Cic.* Dictio teſtimonij, *Terent.* ἡ ῥῆσις, εως. λέξις τῆς γνώμης : ἀπόφασις.

Mowienie do kogo / Compellatio, *Cicer.* Compellatio hominis, vrbis, loci, aut cuiuſpiam rei. ἡ προσφώνησις, εως. τὸ προσφώνημα, τὸ πρόσφθεγμα. ἡ πρόσρησις, προσηγορία. Alloquium, *Plin.* Allocutio, *Plin. iun. Affamen, n. Apulei.*

Mownoſć / ſłownoſć / ábo łácnoſć do mowienia. Profluentia loquendi : Redundantia iuuenilis, *(in dicendo) Cicer.* Fluentia loquendi, *Ammian.* ἡ εὐφραδία. Loquentia, *Gell. ex Valer. Probo. illud Saluſtianum :* Satis eloquentiæ, ſapientiæ parùm, *ſic legit :* Satis loquentiæ, *i. loquacitatis.* Garrulitas, *Mart. Quinti.* ἡ λαλιά, ᾶς. *vicinum* **Wielo-mownoſć / &** **Wymownoſć.**

Mowny / ktoremu łácno mowić o czymkolwiek / choć nie wiele mowi / ále może gdzie trzebá / ábo chce. Wielomownem być / wádá ieſt : mownem / dar przyrodzony : wymownego ćwiczenie y náuká czyni. Diſertus, *Cicer. Horat.* ¶ A natura ſolutus ad dicendum : celeriter verba voluens : Volubilis orator : non deeſt illi oratio. *Cic.* Loquax, *Cic. Ouid.* Verboſus, *Cic. Catul.* Linguax, *Gell. Lingulax idem Sipont.* ὁ λάλος, λάλιος, λαλητικός, ἔκλαλος, λάλητρος, λαλόεις, στωμύλος. λεσχηνώδης, ὁ φάτης, v. ὁ λογικός, ἀδόλεσχος, ἀδολέσχης, v. ὁ κυλικηγόρος, *inter pocula diſertus. &* κυλικηγορέω *inter pocula diſertè loquor.*

Mowny / aliter *(quaſi paſſiuè vt* **łowny lás / ſtáw***)* **o ktorem wiele może mowić / Szeroki tr.** Verboſus, *Quintil.* Verboſiſſimus locus, ὁ πολύλογος. πολλῶν λόγων δεόμενος.

Mowy iákiey / ábo iezyká właſnoſć rożna od drugich. ἡ ἰδιότης λέξεως. *Proprietas ſermonis. Idiotiſmum vocat Meurſ. Purus inquit putus idiotiſmus Italicus. Apud Senecam Controuerſ. l. 7. Idiotiſmus oratoria virtus vitio victa, ſed paulò aliter intellexit de plebeio & abiecto ſermone, vt ego colligo ex controuerſiæ ſerie.* Idiotiſmos *Pincian. legit terminatione Græca,* ὁ ἰδιωτισμός.

Mowy iednegoż narodu / ábo iezyká rożnoſć. Dialectus vel dialectos, *cti. f. Suet. in Tiber.* ἡ διάλεκτος.

Mowy kſztałt ábo ſpoſob / rozmáitoſć w każdem iezyku iáko wſpániáłoſć / podłoſć / &c. ἰδία λόγου. ἡ φράσις. Phraſis, *i. modus dicendi, Quintil.* Character, *eris. m. Cic. Gelli.* ὁ χαρακτήρ, ῆρος. *Formam reddit, Cic.* Genus dicendi, *Cicer.* Textum orationis tenue. *Quintil.* Stylus vnus totius orationis : Attico ſtylo ſcripta oratio. *Cic.* Impari ſtylo duæ comœdiæ, *Terent.* Stylus rudis, *Quintil.* ἡ ἀγωγή *Halicarnaſ.* Contextus & ſtructura orationis oratoriæ, *Bude.*

Moy / Meus, *Cic. Terent.* ἐμός. Meopte, *i. meo ipſius, Feſt.* **Moiem-że.**

Moyſki / εἰθισμένος ἐμοί, συνήθης ἐμοί. *Conſuetus mihi, vſitatus mihi, cui ego aſſueui.* ¶ ᾧ μάλιστα χρῶμαι, *quo plurimùm vtor.* ¶ ἐνάρμοστός μοι, *aptus & congruens mihi.* ἐπιτήδειός μοι. *commodus, vtilis mihi.* ¶ ᾧ ἀσμενέστατα χρῶμαι, *quo libentiſſimè vtor.* ¶ σύμφυτός μοι. *congenitus mihi.* ¶ ᾧ πολὺ τέρπομαι, *quo multùm delector.* καταθύμιος, ἀρεστός μοι. *Iucundus, gratus mihi.* ¶ *Cic. dicit.* Tui ſtomachi eſt : tuorum neruorum. **po twych plecach / twoyſki.** *Sic.* **Nie mego to mieſzká /** *idem,* **nie moyſki /** οὐ κατ' ἐμὸν βαλάντιον *vel* χρῆμα. *Sic reddes,* **twoyſki / iegoyſki / naſki / waſki / &c.** τοῖς μου τρόποις πρέπων : πάνυ μοι πρὸς τρόπου.

Moy ty / moy miły / moy duſzko / moy drogi / &c. Mea tu. Mi Æſchine. O mi germane : Mi homo. Anime mi, *Terent.* Ocule mi, *Plaut.* Meum ſauium *vel* ſuauium, *Plaut. Terent.* Mea ſuauitudo, mea feſtiuitas,

mea mulſa, meus ocellus; meum labellum, mea ſalus, mea voluptas, mea delicia, meæ deliciæ, mea vita, mea amœnitas, meum mel, meum cor, mea coloſtra, meus molliculus caſeus: Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa, tu crocum & caſia es. Meus feſtus dies: meus pullus, paſſer: mea columba. mi lepus. Verculum, *tr. & diminut. a vere.* Mi animule Olympio. Mi homines, *Plaut.* Mea pupula, *Apulei. i. pupilla, vel puppa, puella. Beroald.* ὀφθαλμός μου: φίλον φῶς | Mea cura, *Virg. Ciri. Diriſ.* τίμιον μέλημα. | *Plaut.* Sine mea pietas te exorem: Senex optime omnium, quantum eſt in terra, Hercules te amabit. Ita te amet Minerua. ὦ ἱερὰ κεφαλή. *Iſidor. Peluſiota Epiſcopo ſcribens. i. ô Sacrum caput.* Deliciæ pueri, *Plaut.* Pægnium deliciæ pueri ſalue, ὦ ἑταῖρε. Mea lux: meum deſiderium: Vos meæ cariſſimæ animæ. Vocum: Ego te quam primum mea vota videre cupio. *Cic.* Te fidele caput, *Propert.* Fili indulgentiſſime, *Quintil.* Mellicule, *ex Plauto.* Sodes, *Cic. Terent. interiectio eſt blandiens, & licet Cic. componat hanc vocem ex* ſi *&* audes, *tamen iam ſonat blandimentum teſte Donato. Si audes diuiſim legit vetus Scholiaſt. Perſij. apud Plautum. Dic mihi ſi audes.* Mellitula, *Apulei.* Sanguis meus, *Virg.* O noſter Demea. *Terent. blandientis vox.* **O mily Demeaſzu.** *Noſter eſto: pater puero dicit apud Plaut.* | Noſter eris, *Virg.* Eu noſter ! laudo vir es. *Terent.* O mi hoſpites, *Petroni.* *Huc pertinent diminutiua de quibus* v. **Pieśiu.** *Item.* vide **Bochan / Proſzę cię.** *& Salaputium. in* **Kárzeł.**

Moździerz / Mortarium, *Plaut. Plin.* Pila (*ænea*) *Cato. Varr.* ὁ ὅλμος, ἡ ἀκόνη, θυΐα, θυεία, θύα, ἡ ἴγδη. *At τὸ* θυΐδιον, θυείδιον, ἰγδίον: ὁ ὀλμίσκος. *dimin. mortariolum.* **moździerzyk.**

Moździerz woienny / *Tubus æneus bellicus ſurſum vi ignis globos ſaxeos eijciens. Pyrobolus arrectus dici poteſt, hæc vel hic. nam Græcis eſt ὁ, ἡ πυροβόλος: πυροβόλον μηχάνημα ὀρθοστάδον. vt differat à iacente.*

Moździerzowy kamien. Ná moździerze dobry. Pyrrhopœcilus *ſeu* Piaronius, *Plin.* ὁ πυῤῥοποίκιλος. *Flauo-varius. Item.* Baſanites, *æ. addit* Thyitem *Dalecamp.* Lapis mortariorum, *Plin.*

Może być / można rzecz. Fieri poteſt, *Cic. Teren.* δυνατόν: δυνατόν ἐστι. ἐνδέχεται: οἷόν ἐστι: οἷόν τ' ἐστι: οἷόν τε, *ſubaudito* ἐστί. οἷόν τε εὑρίσκειν. *Eſt inuenire nonnunquam. Gell.* Poteſt, *abſolute Plaut.* Poteſt vt alij ita arbitrentur. *Poteſtur, Plaut. Te dum poteſtur collocet. ita Camerar. Lambin.* Fieri pote eſt, *Arnob.* Sit finis, ſi pote eſt, *Cic ad Attic. 10.* Eſt vti poſſit congeſtus arenæ opplere oſtia fluminis, *Lucret.* ἔστιν ὅπως: ἔστιν ὡς. Non eſt fieri comparationem vllius rei inter patrem & filium, *Valer. Max.* Si fortè ita fert natura locorum, *Lucr.* Si impetrari poteſt, *Plaut.* **Może-li być.** Poteſt corradi trecentos nummos. Memorari poteſt mille &c. *Plaut.* *Cuidam falsò ſe iactanti apud Plautum, alter non credens reſpondet* Fortaſſe. *Fortaſſe non negaſſim.* Licet, *Cato.* Si voles vinum miſtum bibere, licebit bibas. *Cicer.* Licet ora ipſa cernere iratorum, ἔξεστι μὲν ἰδ. Hæc verbo eſt negare, *i. licet. Liuius.*

Możeſz-li ſnadnie / Si commodo tuo facere potes, *Cæſar.* Quod commodo tuo fiat. Si ita rationes tuæ ferent. Quod abſq; moleſtia tua fiat. Quod commodo valetudinis tuæ fiat, *Cic.* **Jeślić zdrowie dopuści / możeſz-li przez złe zdrowie.** ἂν οἷόν τ' ᾖ.

Mozg / Cerebrum, *Cicer.* Cerebellum: vitalia capitis. *Iſin.* ὁ ἔγκαρος, ὁ ἐγκάρανος. ἡ [illegible]. ἡ παρεγκεφαλίς, ίδος. μυελὸς ὁ ἐγκέφαλος. ὁ ἐγκέφαλος, ἐγκέφαλος μυελός. οὐρανὸς, *Homer. tr. quòd ad inſtar primi orbis eius influxu inferiora moueantur & ſentiant. Vnius hominis cerebrum duobus boum cerebris grandius eſt, ob animalium functionum varietatem & perfectionem, Ferrer.*

Mozgowiec / ſzumiłeb. Cerebroſus, *Plautus, Lucilius. Horatius.* τὸν ἐγκέφαλον σεσεισμένος ὁ μὴ τὸν ἐγκέφαλον αὐτόνομος. vide **Vporny.**

Można rzecz / vide **Podobny 3.**

Możność / podobieńſtwo. Poteſtas, *Plaut.* Poteſtas adipiſcendi, ἡ ἐξουσία. *Item* v. **Przemożenie**

Możny / Potens, *Cicer. Terent.* Valet opibus & potentia, *Cicer.* πρῶτος τῇ δυνάμει: δυνάμενος ἐν τοῖς μάλιστα: δυνατὸς, δυνηρός. *Primipotens, Dei epitheton, Apule. P.* Factioſus, *Plaut.* Pollens factionibus, *Apulei.* *Factio opes & clientum multitudinem ſonat Beroald.*

Możny / *quaſi paſſiue* ktory może być / v. **Podobny 2.**

Mragowáty / vide **Moragowáty.**

Mre ná co / v. **Zadam bárzo / Miłuie kogo bárzo.**

Mre głod / Enecor fame, *Cicer.* Inceſſit me fames, *Colu.* Inuaſit me fames, *Plin.* Patior, tolero famem: *Ouid.* Suſtineo famem, *Senec.* τῷ λιμῷ πιέζομαι, λιμαίνω.

Mroczek / vide **Mrużek.**

Mrok / vide **Mierzch.**

Mrok pada / vide **Mierzcha ſie.**

Mrokiem / vide **Z-mrokiem.**

Mrówczany / Formicinus gradus, *Plau.* ὁ, ἡ μυρμηκώδης, τον.

Mrowik / abo mrowinek kamien drogy / Myrmecites, *æ. m. Plin. gemma formicæ effigiem exhibens.* ὁ μυρμηκίτης, *ου.*

Mrowiſko / ἡ μυρμηκιά. *formicarum nidus, agmen.* ὁ μυρμηκῶν οἶκος. ἡ μυρμήκων ἀγορά. *Conuentus formicarum. Graniferum agmen, Ouid. P.* Claſſis formicarum, *Apul.* Nidificium formicarum, *Idem. At* μυρμηκίζω. *formicas repentes ſentire videor.* **Mrowiſko po mnie idzie.** *Et* ἡ μυρμηκία, *affectio cutis in corpore, quæ* formicatio. *Plin.*

Mrowiſty / Formicoſus, *Plin.* Formicoſa arbor, ὁ μυρμηκιῶν, ῶν, ἀ μυρμηκιάω. *formicis infeſtor.*

Mrowka / Formica, *Plaut. Cicer. à ferenda mica, i. grano (quod micam vocat Plinius.) Cerda.* ἡ μύρμηξ, ηκος. ὁ μύρμος. Herculaneæ formicæ, *Plin. grandiores & atriores vulgaribus, Dalecamp.* Solpuga, *Cicer. apud Plin.* ἡ ἡλιοκεντρίς, *eſt formica venenata,* Solpunga *item. apud Lucanum item & Feſtum Solipunga beſtiola malefica quæ acriùs pungit feruente ſole.* Solifuga *legit Sipont. Solin. Agricola. Dalecāp.* Solipuga, Salpunga, Solpunga, Solipugia, Solipugna, Solipagna, Solipaga *legunt apud Feſt. Antonius Auguſt. & Gotfred. ſed ſi à præterito ducas Solipuga, Solpuga;* u *breue eſt. Alter* vide **Cżik.** Formicula, *Arnob.* μυρμήκιον. *Prodigioſæ magnitudinis fuit illa formica Indica (ſi credimus Authori) quam Thamus Perſarum Rex Solimano Turcæ inter cætera munera ſubmiſerat, canis enim mediocris magnitudinem adæquarat. Thuan. lib. 23. Iſidor. quoq; in Æthiopia formicas ad canis formam inueniri docet quæ pedibus aurum egerunt. Strab. l. 2. Herodot. in Thalia. Hinc Propert.* Inda cauis aurum mittit formica metallis.

Mrówko-low abo mrowko-lew robak / mrowki pożerdiacy. Myrmicoleon, *onis.* ὁ μυρμηκολέων, οντος. *vermis formicis infeſtus. Apud Pinedam in Iob. 4. varia de eo ſententia, alijs auctoribus verum, alijs fictum ſcribentibus.*

Mroz / Gelu, *n. Plin. Virg. Gelum venenum eſt radicibus tenellis, Varr. Stramentis circūdate ne gelus noceat, Cato. Gelus, li. m. Afran. Noni. Priſciā. Lamb. & Gelum, li. n. Lucret. Lambin. Giſan. priſca.* Gelatio, *Plin.* Gelatio magna conſecuta paucis diebus necat, *ſ. fructus editos, márznienie propriè, ſed durè verteres.* Gelicidium, *apud Cato. Varr. Colu. pro gelû accipi quidam volunt.* *τὸ κρύος, ὁ κρυμὸς, ἡ πηγυλὶς, ἴδος. ὁ πηγετός.*

Mroz vpuſzcza / ſpuſzcza. Regelat zephyrus brumam: regelat aliquid. *Colu. τὸ κρύος ἀνίησι.* Zephyri minuunt frigora, *Ouidius.*

Mroz ſie ściſli / vide **Márznie.**

Mrożny / Gelidus December, *Ouid.* Glacians aura, *Valer. Argon. ὁ κρυερὸς, κρυόεις, εντος. κρυμαλέος. ὁ, ἡ κρυμώδης.* ¶ *ὁ κρυσταλλόπηκτος, congelans.*

Mrucze / *de homine.* vide **Markoce.**

Mrucze / *de brutis.* Fremo, *is, Virg.* Fremuit leo, *βρυχάομαι, φρυάττομαι.* Mutio, *is.* v. **Warcze.**

Mruczenie / vide **Mamránie / Márkotánie.**

Mrugam ná kogo / migam / przez migi mowie / dáie co znáć. Nictor, *aris. Lucret.* Nicto, *as. Plaut.* Nulli homini nutet, nictet, annuat. ¶ Adnicto ſæpe & leuiter oculo annuo, *Feſtus. Nuere inquit Sipont. propriè, eſt ſigno capitis voluntatem ſuam oſtendere, ſed hoc verbum in compoſitis & deriuatis tantùm eſt vſitatum.* *σκαρδαμύττω, vel μαλὰ χρῶμαι, ὀφρυάζω.* Supercilio penè loquente ſigna dare, *Ouid.* Vibrante ſupercilio loqui, *Idem.* Verba ſupercilijs ſine voce loquẽtia dicam, *Idem.* ¶ *νεύω abſol. & νεύω ὄμμασι, & νεύω στόμασι vel τοῖς χείλεσι. i. do ſignum oculis, ore, labris.* Do ſignum oculis. *Plaut.* Dicere aliquid ſignis, *Ouid.* Per digitos arcana loqui. Per nutus accipere notam, *Idem.* **przez migi zrozumieć.** Loqui nutu & ſignis, *Idem ἰλλίζω, ἰλλωπίζω.*

Mrugam czeſto oczymá nad wolą / bláſko-oki ieſtem / mrużę / zamrużam oczy czeſto. Nictor, *aris. Plin.* Nictantur alites. Nicto, *as. Plin de hominibus loquens.* Plerique *inquit,* nictare non ceſſant quos timidiores accepimus. Conniueo, *Plin. de Haliæto.* Et ſi conniuentem (*pullum implumem ſoli oppoſitum*) animaduertit, præcipitat è nido. *σκαρδαμύττω: βλεφαρίζω πυκνῶς: σκαρδαμυκτέω, ῶ. σκαρδαμυκτὶ βλέπω: νεύω τοῖν ὀφθαλμοῖν. ἰλλωπίζω: ἐπιλλίζω. ὄμμασιν ἐννεύω: ἐπινεύω ὀφρύσι.*

Mrugánie oczymá przyrodzone / zmrużánie. Nictatio, *Plin.* Neq; nictationes ſunt ijs quæ animal generant. **Nie zmrużáiąc oczu /** *ἡ σκαρδάμυξις.* Nictatio & nictus, *us. Feſto.*

Mrugánie dobrowolne ná kogo / dáiąc znák czego / mrugi / migi. *νεῦμα τῶν ὀφθαλμῶν.* nutus oculorum. Nutu ac renutu reſpondere, *Plin. iun.* ¶ Signum, *Ouid.* Nutu & ſignis loqui; dicere aliquid ſigno. Ludibundi oculi, *Gelli.* vide **Skinienie.**

Mrużek / co oczy czeſto zmrużą. *Conniuens oculos vel conniuentibus oculis homo: nictans, vel vt Plin habet.* Nictare non ceſſans. *ὁ σκαρδαμυκτικὸς, σκαρδαμυκτὶ βλέπων.*

Mrzé ludy / zapowietrzyło ſie. *λοιμώττει πόλις, χώρα, τόπος, &c.* Conflictatur graui peſtilentia locus aliquis, *vt Cæſar loquitur.* Lacerat exercitum peſtilentia, *Patercul.* Triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt, *Sueton.* 30000. **ich vmárło.** Peſtilentia in agris foriſq; & conciliabulis, & vrbe tanta, vt vix Libitina ſufficeret, *Liu. i. opera libitinariorum. tr. Alioqui Libitina erat Proſerpina vel Venus epitymbia in cuius templo funeri neceſſaria erant.*

Mrzewká / rybká máluczká. Apua, *æ. Plinius. piſciculus omnium minimus, Feſto. ὁ ἀφρὸς, Ariſtot. ἡ ἀφρῖτις Athenæo. ἀφρύη & ἀφύη, vſitatior vox, vnde ducta Latina, quòd è ſpuma naſcatur, & Veneri dicatus ſit hic piſcis.* Aphye, *es. Plin. Apua Gaza, quòd ex pluuia ſpumante oriatur: alij cenſent naſci ex putredine, vt ἀφύη dicatur quaſi non-genita licet Bellonius affirmet naſci etiam apuam ex apua; ὁ γόνος ab alijs vocatur, i. fetus, quòd ſemper paruæ ſint apuæ, quaſi modo natæ, ἡ ἐγγραυλὶς Oppiano, Suidæ. qui ἀφύην ab albedine dictam ait, nam ἀφύω Galeno eſt, λευκαίνομαι. albico: τὸ ἀφύδιον. diminut.* **mrzewéczká /** *Piſciculi hi ſunt viliſſimi & gregatim natant.* **Owieſek** *aliqui vocant.*

Mrzygłod / *ὁ λιμοκίμβιξ. qui vſq; ad famem parcus eſt: qui famem ob auaritiam patitur: nam λιμὸς eſt fames, κιμβία auaritia.* Suum defrudans (*pro defraudans*) genium, *Terent. ὁ κυμινοκίμβιξ. Cymini ſector. ὁ φειδάλφιτος, parcens farinæ.* vide **Skąpy / Zmindak.**

Mśćiciel / Vindex temeritatis, mali. Deus vindex erit. Vltor inimicitiarum, iniuriarum. *Cicer. ὁ ἀμύντωρ, ορος. ὁ ἀμυντὴρ, ῆρος. ἐκδικητὴς, ἔκδικος, ου. ἐπιτιμήτωρ, ορος. ὁ, ἡ τιμωρὸς, τιμήορος, τιμάορος. Vltrix. f. Cicer. Virg.* Exſecutor inimicitiarum, *Suetonius.* Biſultor, *epitheton Martis, Ouidius.*

Mśćiwy / *ὁ τιμωρητικὸς, vltionis cupidus.* ¶ Promptus vltioni, *Tacitus.*

Mſza / ofiárá nowego teſtámentu. *Miſſa vulgò, vox noua, ſed ab omnibus doctiſſimis recepta, ſignificatq; Sacrificium Chriſtianorum Orthodoxorum nouæ legis. Ducta eſt appellatio hæc à miſsione ſeu dimiſsione Catechumenorum vel populi quæ fit peracto ſacrificio, cum dicitur populo: Ite, miſſa eſt, i. abite veſtras domos ſi lubet, nam oratio veſtra per nos, & oblatio pro vobis miſſa eſt per Angelum ad Deum, quæ etymologia eſt Tertulliani de anima. Alcuini in regula S. Benedicti, Iſidori. & ſatis bonam analogiam habet, quam collecta apud Ciceronem pro collectione; remiſſa Cyprian. pro remiſsione, &c. Immò apud Apuleium 11. Metamorphoſ. vox (miſsio) eodem penitùs ſenſu in ſacris ethnicis vſurpatur, vbi ſacris peractis Grammateus dicit* Populis miſſio, *additq; Græcanj ſermone Apule. λαοῖς ἄφεσις.* i populis miſſio, *quam vocem in MS. reperiri teſtatur Colvius & Latinam & Græcam. Antiquitatem eiuſdem vocis probat Durant. & Bellarmin. de Miſſa. Alij vt Adrichomius Miſſam à voce Hebræa ducunt, nam Deuteronom. 16. habetur Miſſach, quam vocem interpres Latinus Bibliorum & alij oblationem ſpontaneam interpretantur. Dicitur etiam Sacrificium, quaſi ſacrum factum, Iſidor. Sacrum ſiue Sanctum Syri vocant teſte Bellarmin. qua voce etiam Latini priſci vſi ſunt, ſed in plurali ſæpiùs Plaut. Cic.* Item Res diuina, Sacrificium, *rectè verbis Ciceronianis dicitur.* ¶ *Græci appellant τὴν λειτουργίαν, quæ vox apud Demoſthenem & Iſocratem Miniſterium ſeu munus publicum ſignificat. aptè tamen SS. Patres eam Miſſæ accommodarunt. Aptior eſt vox, ἡ ἱερουργία. S. Ignatij, i. Sacra operatio, & μυσταγωγία, Nazianz. id eſt,* Initiatio ſacrorum, *& Cantacuzen.* ¶ *προσφορὰ S. Paul. ad Epheſ. i. oblatio.* ¶ *θυσία Ignat.* ¶ *θυσία λογικὴ, θυσία ἀναίμακτος. Baſil. hoſtia rationalis, ſacrificium incruentum. ἡ τελετὴ ἀπόῤῥητος, Syneſio, i. ſacrificium arcanum. προσφορὰ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ: μία ὑπὲρ ἁμαρτιῶν θυσία: προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας. Hebræ. 10.* ¶ *προσφορὰ καινῆς διαθήκης. Oblatio noui teſtamenti. προσφορὰ ἐνδελεχής. Sacrificium iuge.*

Mſza nowa / vide **Nowa mſza.**

Mſza zá vmárłe / *vulgò Requiem.* ¶ *Sacrum funebre, piaculare. Iuſta ſolennia Chriſtiano ritu peracta vel peragi ſolita. ἡ θυσία ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων. Sacrificium pro mortuis. Ritus Sacrificandi quem à requie defunctis precanda ſacrificus orditur.*

Mſza mieć / Rem diuinam obire: dare operam rebus diuinis: facere rem diuinam Deo: Sacra facere: Officiorum

ſacra obire: Sacrificium facere: factitare ſacrificia. *Cicer.* **Mſzą miewáć** ∤ Obire ſacra: Perpetrare ſacrificium. Sacrificio ritè perpetrato. *Liu.* po **Mſzy.** Sacrificare Deo, *Plaut.* Peragere ſacra, *Ouid.* Res diuinas in ſacrario facere, *Cicer. Cato Sueton.* *ἱεροποιέω, ῶ. λειτουργέω, ῶ. ἱερουργέω, ῶ. ἱεροτελέω: θείαν μυσταγωγίαν ἐπιτελεῖν. Syneſ. Plura* vide **Oſiarnie Bogu.**

Mſzał / *οἱ θεσμοὶ λειτουργικοί: ἀκολουθία τῆς θείας λειτουργίας: διάταξις τῆς θείας λειτουργίας: θεσμοὶ τῆς ἱερουργίας. Liber ritualu ſacrificorum.* ∤ *vulgò Miſſale.*

Mſzcze śie czégo/i nad kiem Perſequor alicuius iniuriam, mortem; perſequor ab aliquo pœnas iudicio. Vlciſcor alicuius iniuriam, mortem. *Cicer.* Vlciſcor factum, *Terent.* Vlciſcor nefas, *Ouid.* Vlciſcar te pro iſtis dictis & factis, *Terent.* Vlciſcor aliquem, *Cicer. Terent.* Vlciſcor me ab aliquo, *Plin.* Ex ira ſe vlciſci parabat, *Lucret.* Vindico mortem alicuius, *Plin.* ∤ Vindicare ſcelera alicuius in aliquem: Vindico me de aliquo. *Cic.* Vindico me ab aliquo, *Senec.* ∤ Pœnas ab aliquo peto, repeto, expeto. *Cicer.* *Expiare in aliquem ſcelus.* Tua ſcelera dij immortales in milites noſtros expiauerunt. *Cicer.* Expiare iniurias legatorum, *Liu.* Mactare aliquem vltioni, *Tacit.* **Zábić z pomſty / mſzczać śie.** *τυγχάνω δίκης: τιμωρίας τυγχάνω τῷ φίλῳ: μέτειμί τινα: ἐκδικέω με ἀπό τινος: μεταπορεύομαι τινά: τίω τινά: τιμωρέομαι ἐχθρούς: τιμωρέω ὑπέρ τινος & τῷ. ἀμύνομαι τινά.*

Mſzę co / Obtexo lanugine aliquid, *Plinius. de papilione.* *χνοώδη ἐργάζομαι. Lanuginoſum reddo.*

Mſzey ſłucháć / Adeſſe ad rem diuinam, *Cato.* Aſſiſtere diuinis, *Horat.* *πρὸς τῇ ἁγίᾳ λειτουργίᾳ παρεῖναι. τοῦ ἱερέως ἱερουργοῦντος ἀκούειν. Sacrificantem ſacerdotem audire.* Intereſſe ſacro, rei ſacræ, rei diuinæ, ſacrificio diuino.

Mſzycá/robaczek kápuſtę i ogrodne rzéczy drugie pſuiący. *τὸ σκωλήκιον κηπαῖον. vermiculus hortorum. τὸ σκωλήκιον κράμβην καὶ τὰ λάχανα κατατρῶγον. Vermiculus braßicam & olera alia depaſcens. ἡ κόνις (ιδος) τῶν λαχάνων. Lens (lendis) olerum aptè dici poteſt.*

Mſzycá śiele. v. **Knáſliczká.**

Mſzyſty/ v. **Mchem obroſty.**

Mu / *Aphæreſis videtur eſſe, pro* **Jemu.**

Muchá / muſzká. Muſca, *Varr. Cic.* *ἡ μυῖα.* Muſcula, *Arnobio.* Muſcimus, *Sipont. ex Plauto.* **Muſzy.**

Muchá do lamp / do świec przylátuiąca. *ἡ κανδηλοσβέστρια. Tzetzi. ὁ κανδηλοσβέστης, Scholiaſta Nicandri, quaſi candelas extinguens. ὁ ἠπίαλος Zenodoto, & Æliano. vel ἠπίολος. Hepiolus, Gazæ, Nebriſſenſi. Aldrouand.* ∤ *ὁ πυραύστης, ου. Zenodoto, Æſchyl. aliud Ariſtoteli* vide **Nocny owad.** Pyrauſta *Zenodoto teſte, inſectum eſt ad lucernas auidè aduolans, quod ſtatim exuſtum interit. vnde pyrauſtæ gaudere gaudium, πυραύστου χαρὰν χαίρειν, de momentanea voluptate prouerbium. Contrarium de pyrauſta leges.* v. **Ognik/owad.** *Papilio etiam aduolat ad lucernas, Plin. ὁ μύκης, ητος.*

Muchá nawodna / Tipula, tippula, tipulla, *Plaut. Feſt. Beſtiola ſex pedes habens tanta leuitatis, vt ſuper aquam currens non deſidat. Tippulla apud Varronem in Senario Iambico legit Taubman. ἡ ἐφυδρίς, ίδος. quaſi* **Nawodnik** / *ἑξάπουν ἐπινηχόμενον τῷ πόντῳ. ſex pedum (inſectum) ſupernatans mari.* ∤ *Aliæ harum muſcarum ſunt alatæ & 4 pedum, aliæ apteræ ſeu ſine alis, Aldrouan.*

Muchá pśia. v. **Pśia muchá.**

Muchomory / muchorowki. *Fungi muſcarij. οἱ μύκητες μυοκτόνοι.*

Mudze. v. **Bawię śię nie potrzébnie/ Trawię czás.**

Mudźi mi śię. v. **Mieſzka mi śię.**

Muł źwierzę / Mulus, *Colu. Plin.* *Ex equa & aſino fit mulus, Varr. Plin.* *ὁ, ἡ ἡμίονος: ὁ οὐρεύς, έως.* Burdo, *Vlpian. Cuiaci. Burdicos vocat Hieron. Paulin. Porphyri. Gloſſar.*

Muł co śię ná dnie w rzéczách rzadkich vſtawa. ſlam vel ſzlam. Craſſamen in imo aquæ, *Colu.* *ὁ πηλός, οῦ. ἡ ἰλύς: ἡ ἰλύς, ύος.* Limus, *Virg.* Princeps limus *iterat. ex quo primus homo formatus.* Prima terra, *Ouid.* Prima tellus, *Virg.*

Mularz / mulnik / mułow páſtuchá / pogániácz. Mulio, *onis. m. Mart.* *ὁ ὀρεωκόμος. ὀρεοκόμος, ὁ ἀστραβηλάτης, ου.*

Mularz abo murarz od muru / *ὁ λιθολόγος.* Lapidibus ædificans. *τειχοποιός, τειχοδόμος. Lapideas domos extruens, ὁ τειχιστής, οῦ.* Faber cæmentarius, *Sipont. Lipſ.* Structor, *Cicer. interpr. Budæ. Machiones vel machinones vocat Lipſ. ex Iſidoro.* Officinator *apud Vitruuium pro fabro murorum. Philander. Sed poteſt latiùs extendi ad fabrum lignorum, &c.* Faber murarius, *Sipontin.*

Obłócze ßáte / obłócze ſię / vbieram ſię w-co. Induo veſtem. Induo me veſte. *Tere.* Induo veſtes humeris, *Ouid.* Induo me ſoccis, *Cic.* Induo mihi loricam. Induor veſtem. *Plaut.* Induor galeam, *Virgil.* ἀμφιδύω, ἐνδύω τί. ἀμφιβάλλω, ἀμφιβάλλομαι τί. ἀμπέχομαι τί. περιβάλλομαι, ἀμφιέννυμι, ἐπιέννυμι τὸ ἱμάτιον, ἐνάπτομαι. Sumo veſtem, *Ouid. Horat. Senec. Mede.* Sumo virilē togam, *Cicer.* λαμβάνω ἱμάτιον. Superinduo pænulam coloris obſoleti, *Sueton.* obłócze ná wierzch. ἐπαναβάλλομαι: ἐπενδύω: ἐπαναβληδὸν φορέω. ná wierzchu noßę. Incinctus tunica: incinctus pictis veſtibus: incingi laurum. *Ouid.* **Vbráć ſię / wdziać ná ſię.**

Obłócze ſię w-zakonny vbiór ábo ßáte / biorę hábit zakonny. ἐνδύω τὸ μοναχικὸν σχῆμα. *Induo veſtem monachi. Induo monachum.* λαμβάνω τὸ ἅγιον σχῆμα μονάσαι βουλόμενος. *in Baſilicis. i. Accipio aut induo ſacrum habitum, monaſticam vitam agere volens.*

Obłócze kogo w-ßáte / vbieram. ἀμπέχω, ἀμφιέσκω, ἐπαμφιέσκω, ἀμφιεννύω, ἀμφιέννυμί τινα. *Induo aliquem veſte, vel alicui veſtem, vt ſuprà.* ἱματίζω τινά. Veſtio aliquem, *Plaut. Terent.* περιβάλλω τινὶ ἱμάτιον, *vel* τινὰ ἱματίῳ: περιτίθημί τινι χλαμύδα. *Circumdo alicui veſtem. Horat.* Circumdata palla.

Obłoczek / Nubecula, *Plin.* τὸ νεφέλιον.

Obłóczenie ßáty / Indutus, *m. Varr.* Veſtes indutui & amictui. do obłóczenia i do odziewánia. ἡ περιβολὴ *actionem aliquando ſignificat.* ὁ ἱματισμός, ἡ ἀμφίασις, ἡ ἔσθησις, *poſſunt hic vſurpari. licet pro veſtimentis paßim ponantur, vt & veſtitus vox Latina.*

Obłoczyſtoſć / obłoków zebránie. ἡ ἐπίνεψις: συννέφεια. *congeries nubium.*

Obłoczyſty / Nubilus: nubilum cælum. *Plin.* Nubilus auſter, *Ouid.* ὁ, ἡ ἐπινεφής, συννεφής, έος. νεφώδης, εος. περινέφελος. ὁ, ἡ νεφελοειδής, έος. *nubi ſimilis. Nubigena, Colu. Virgil.* ὁ, ἡ νεφεληγενής, έος. **Obłokorodny.** *Nubifer, Ouid.* νεφελοφόρος. *Nubifugus, Colu.* **Obłoki rozganiáiący.**

Obłogá v ßáty / v. **Bramá v ßáty.**

Obłogi / ktoremi ſię kto okłada / zawády podróżne. Impedimenta (*extra bellum*) *Cicer. pro Milone.* Clodius nullis impedimentis, *&c.* cùm his (*Milo*) veheretur in rheda pænulatus, vulgi magno impedimento ac muliebri. *intelligit impedimenta itineris, vt eſt rheda, vxor, ancillæ, veſtes, &c. Idem ad alterum. Impedimentorum ſui itineris meminit.* Impedimenta bellica, *Cæſar. Curt.* τὰ ἐμπόδια, ἐμποδίσματα, αἱ σκευαγωγίαι: ἀποσκευή, ἡ ἀπαρτία πολεμική.

Obłok / Nubes, *f. Cicer. Virgil. Nubis atra in recto, Plaut.* Nubilum, *Plin. l. 2. c. 62.* Nubila obducuntur. τὸ νέφος, εος. ἡ νεφέλη. *Subijces pro nubibus.* v. **Powietrze 1.**

Ob-łokáć ſię / *de brutis vel de hominibus guloſis, & ſordidis propriè dicitur. idem* **Obiadam ſię.**

Obłów rozmáity / Captura alitum & piſcium: capturam alicui extorquere: cum captura incidit, *ſ. in caſſes aranei. Plin.* τὸ θήραμα, θήρευμα, ἡ θηραγρία, *res venatu capta, & venatus.* τὸ ἄγρευμα. Aucupium, *pro re aucupio capta. Seneca vocat aucupia peregrina, attagenas, pauones, Numidicas gallinas, &c. & Propert. aucupium plumoſum.* ἡ πανθήρα. Panthera, *æ. Vlpi. Cùm pantheram emimus ab aucupe, i. capturam totam. Budæ. qui legit: cùm panthera emimus, neutro plurali, quarto caſu, à pantherum:* πάνθηρον *autem, eſt rete ad capienda omnis generis animalia.* πανθηρίαν *ſingulari quarto caſu ſuſpicatur idē Budæ. legendum apud Vlpian. vt & apud Suid. in recto* πανθηρία *eſt, pro captura.* v. **Połów.**

Obłów dobry / ἡ εὐαγρία, *felix captura.* εὐαγρέω. dobry obłów / połów mam.

Oblubienicá / ábo máłżonká obiécána vlubiona. Sponſa, *Plaut. Iuuenal.* ἡ νύμφη, ἡ μνηστή. *Budæ. ex Pandect.* Sperata mea: Sperata ſalue. *Plaut. Afran. Scaliger.* ἡ μνηστευομένη.

Oblubieniéc / ábo máłżonek obiécány vlubiony / Vlubieniéc. Sponſus, *Vlpian.* ὁ νυμφίος. *At* ὁ νύμφιος *eſt* νυμφικός. oblubienczy / ſwádźiebny. Spem ſuam *vocat ſponſa ſponſum, apud Plautum. Sponſum item* ſperatum *dici ſolitum aſſerit Alb. Gentilis. & Nonius ex Afranio.*

Obłudá / powab / czym kogo my ábo nas kto oßukiwa. τὸ ὑπερόπευμα, *id quo aliquem decipimus, vel ipſi decipimur.* τὸ κνῶμα. Illecebra, *Cicer.* Pellacia maris, *apud Lucret. ſubdola tranquillitas à pelliciendo.* vide **Vćietá / Łákoći.**

Obłudá / márá / ćmá / widok fałßywy / pokuſá. Larua vmbratilis, *Plaut.* Larualis forma, *Apule.* ἡ ὄψις, τὸ φάσμα, φάντασμα. Spectrum, *Henric. Steph. habet ex*

Cicer. ſed paulo aliter. v. Fántázyia. Monſtrum: *terrifica monſtra ait videri in ædibus. Plaut.* Vmbra: nocte volantes vmbræ. *Ouid.* Idolum: mox apparebat idolum, ſenex macie confectus &c. *Plin. iun.* τὸ κλώνυγμα Vmbræ: volitantes caua ſub imagine formæ. *Virgil.* Occurſatrix, (*Feſtus ita vocat ſpinturnicem auē turpem & ominoſam*) *propriè* zábiegáczká *ſonat.* Occurſaculum, *Apulei.* v. Strachy nocne. ὁ σκελετὸς. *larua: ſceletus Gloſſar. Græcolat. manes defunctorum in Epigram.*

Obłudá / *aliter.* v. Niéſzczérość.

Obłudnié / **Obłudnik** / v. Niéſzczerzé / *&c.* & Niéſzczery 2.

Obłupowánie / v. Odzieránie.

Obłupuię / v. Odzieram 1. 2.

Obły / v. Okrągło-długi.

Obmácywam / ἀμφαφάω, ἀμφέπω, ἀμφιέπω. *Circumtrecto, Henric. Steph.* Infectus contactu, *Tacit.* iáko naſzy o iaycách práſzych mowią.

Obmarzł / obmarzły. ὁ περιπεπηγὼς, ότος. ἀ περιπήγνυμαι. *gelu obducor. Sic Claudian.* Hiems veſtit montem gelu. Circumgelatus, *Plin.*

Obmawiam kogo / **mowię źlé o kim** / **brámuię kogo.** καταλαλέω τινὰ πρὸς πάντας. *Obloquor alicui apud omnes.* καταλαλέω ἀλλήλων, καταλαλοῦσι ἀλλήλων. *obloquuntur ſibi inuicem.* Obloquor, *Agræti.* Obloqui eſt obtrectatoris. Obloquor, *Plauto eſt* złorzéczę. *Ciceroni* Przérywam mowę / Do vcha mowię. Detraho alicui, de abſente, de auctoritate alicuius, *Cicer.* Detrecto laudes alicuius, *Ouid.* Detrectat præſentia liuor, *Idem.* Aduerſæ res bonos detrectant, *Saluſt. i.* obmowy ſpráwuią. Detrecto aliquem, *Tacit.* Obtrectare laudes & laudibus alicuius, *Liui.* Obtrectare alicui, *Cicer.* Obtrectare aliquem, *Tacit.* διασύρω τινὰ. Lacerare inceſto ore virum optimum, *Cic.* Siniſtris ſermonibus aliquem apud alios carpere, *Plin. iun.* Carpere aliquem maledico dente, *Cicer.* Vellico abſentem, *tr. Horat.* Rodere aliquem, *Cicer.* Rodere abſentem amicum, *Horat.* ‖ Mordere clanculum aliquem. Abſenti malè loqui, *Terent.* Mordere dente inuido, opprobrijs falſis. *Horat.* Mordere dictis, iniquo dente. *Ouid.* *Atro dente aliquem petere, Horat.* źuię *tr.* ἐν σήματι ἔχω τινὰ. *Obſtrigillo, Varr. Obſtrigillandi cauſa figlinas reprehendit.* βλασφημέω τ. *Deblatero. Lucil. Deblaterare, inquit Noni. eſt obloqui & confingere.* Taxo aliquem, *Sueton.* Allatrare alicuius magnitudinem, *i. dignitatem. Liui. & Poloni ſimiliter* Szczekáć o kim. ψιθυρίζω τινὶ κατά τινος, ὑποψιθυρίζω. *clam obtrecto.* De abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſeque dicere, *Cic.* v. Oſtawiam / Vwłaczam 2. Szczypię 4. Żgę 1. Szkáluię.

Obmawiáią mię / **obmowy ćierpię.** Vapulo ſermonibus omnium: Obtrectationem habeo. *Cicer.* Circumrodor dente Theonino, *Horat.* διασύρομαι, λοιδορέομαι ὑπό τινος.

Obmázuię co / Circumlino: circumlitus fuco. *Lucret.* Circumlitus oleo, *Plin.* Circumlino oculum, *Plin. iun.* Circumlinio extrinſecus aliquid, *Quintil.* Nec pictura in qua nihil circumlinitum eſt eminet, *Idem.* Nié pomuśniono / nié obmuśniono / nié okreſzono fárbą. Oblino, *Tacit.* Oblitus faciem cruore. ‖ *Cicer.* Oblitus parricidio. περιχρίω, περιαλείφω τ.

Obmowá / **obmawiánie** / **obmowiſko** / **iezyk** / **mowy.** Obtrectatio, *Cicer. Tacit.* Obtrectatio laudis, *Cæſar.* Obtrectatus, *m. Gelli.* ἡ καταλαλιά: ὁ διασυρμός. *Detractio famæ, laudis, Latinè dicitur. vt detractio ſanguinis apud Celſ. Plin. & Polonis,* vieć ie / vymá ſławy. Sugillatio maieſtatis, *Plin.* Iniqui ſermones, *Cic.* Lingua, *tr. Cicer.* Linguas hominum vitare non poſſumus. Iezykow / *tr. i.* obmów / przymowek. Morſus, *tr. Hor. Catul. Ouid.* *Oblocutio, Sipontin.*

Obmówcá / Obtrectator laudum alicuius, *Cicer.* Oblocutor, *Sipont. vſurpat & Plaut. ſed alio ſenſu.* v. Sprzéćiwiam ſie 1. Detractor, *Tacit. Sipontin.* ὁ καταλάλος, ὁ καταλαλῶν, οῦντος. *Obſtrigillator, Varr. Oblatratrix, f. Plaut.* Linguæ in abſentes iactator, *Claudian.*

Obmowcá pokatny / **táiemny** / ὁ μυθητὴς, οῦ μυθίτης, ου. μυθητὴρ, ῆρος. ὁ ψίθυρος. ψιθυριστὴς, οῦ. Suſurrator *Cicer. l. 8. ep. 1. vt legit Henric. Steph. & Lambin. ex vet. Cod. pro, ſuſurrationes. hæc tamen vox poſterior meo iudicio magis eſt ad ſententiam epiſtolæ quam prior. Suſurro & ſuſurrator, Sipont.* βάτραχος ἐν τοῖς τέλμασι. *Rana paluſtris, Prouerb. Plautina familia in genit. ſing. (intellige homo) vel in nominat. plural. pro detractorum & maledicorum conuentu. Hieron. ad Pammach.* ſic immenſæ ſunt Plautinæ familiæ & ſcioli tantùm ad detrahendum, qui in eo ſe doctos oſtētare velint ſi omnium dicta lacerent, *Idem, epiſt. 51. Plautinæ familiæ columen appellat obtrectatorem quendam, Modus loquendi originem ſumpſit ex Plaut. Comœdijs in quibus ſæpè perſonæ viles, procaces, & ad maledicendum obtrectandūq; faciles, v. g. coqui, ſerui, lenones, paraſiti, meretrices &c. introducuntur.*

Obmowcá vczonych zazdrośćiwy. Zoilus, *Vitruu. Mart. Plin. id nomen proprium fuit Sophiſtæ cuiuſdam caſtigatoris Homeri, qui etiam Homeromaſtix dictus eſt Vitruuio teſte. poſtea ab euentu pro appellatiuo, i. pro inuido, ſuperbo, mordaci, caſtigatore doctorum virorum, vſurpari cœptum eſt Eraſm.* ὁ ζωΐλος, *Suid. &* ὁμηρομάστιξ, γος. Obtrectator ſtudiorum alicuius, *Cicer.*

Obmowny / ὁ διασυρτικὸς, ὁ ψίθυρος. Suſurrus, *a. um. Ouid.* Suſurra lingua.

Obmurowáć / vide Obwodzę murem.

Obmyślam / vide Opátruię 2.

Obmyśl ćie Bog / **obradź ćie Bog.** *Superi benefaciant tibi.* εὐεργετησάτω σε ὁ Θεός. *Proſpiciat tibi Deus.* προμηθείσθω σοῦ ὁ Θεός. *Lepide apud Plaut. quidam miſericordiam poſcenti reſpondet.* Miſereat, (*i. miſereſceret me tui*) ſi familiam miſericordia alere poſſem. źlitowałbym śię kiedybych litośćią czéladź nákarmić mogł. *Simile eſt illud.* Námći ia komu dáć. Nié odeymeć ia ſwoim od gęby.

Obnażam / Nudo aliquem: nudo corpus. *Cicer.* γυμνόω, ἀναγυμνόω, ἀπογυμνόω, ῶ, τ. Denudo aliquem, *Cicero. Plin.* Denudo aliquem à pectore, *Cicero.* Obnażam pierśi. ψιλόω, ψιλίζω τινὰ τοῦ vel τῶν. Detraho alicui veſtimenta, *Plaut.* καταγυμνόω τ. Connudo, *Plin.* Exuo armis aliquem, *Sili.* Exuo veſtem alicui, *Senec.* ἀποδύω, ἐκδύω τινὰ, vel τὸ ἱμάτιον. Retego pectus, *Ouid.* Retecta veſte, *Catul.* ἀποκαλύπτω τ. Deueſtio aliquem. *Apul.* Omnibus lacinijs ſe deueſtit. ἀφιματόω, ἀπαμφιέννυμι, ἀπαμφιάζω, ἀπαμφιέννυμι, λωπίζω, λωποδυτέω, ἀπολωπίζω, ἐκλωπίζω τ. Diſpolio virum, digitos. *Plau. Expallio aliquem, Plaut. Glubo hominem veſtibus, Catullus Ouidius.* Spolio aliquem veſtitu, *Cicer.* Odzieram 3-kat. Exſpolio aliquem veſte, *Cicer.* ‖ *Detexo aliquem pallio. Seruius ex Plauto. Sed apud Plautum eſt.* Detexere vult pallium, *i. tanquam textum & perfectum auferre. Item* Extexam ego illum pulchrè. *i. ſpoliabo auro vt ſolet textor telam*

perficiam

perfectam deponere. Decalantico, Noni. i. calanticam detrabo, Turneb. calantica autem eſt tegmen capitis muliebre, Nonio. Aperio, *Cicer.* Nę partes quædam aperiantur quæ aſpiciantur non decorè. *vicin.* **Odeymuie** 2.

Obnáżánie / (*actio*) ἡ λωποδυσία, ψίλωσις, γύμνωσις. *Nudatio: caret auctore.* **Obnáżenie** *aliud eſt* v. **Nagość.**

Obnáżony / Spoliatus. Nudatus. Cicer. *Virgil.* ὁ γυμνωθεὶς, ψιλός. *adi verbum.* Suris & penè natibus apertis ambulans. *Varr. vt & Poloni loquuntur, nota eſt locutio.*

Obnáżony do pierśi / *Expapillatus, Plaut. Expapillato brachio. i. exſerto, quod cum ſit papilla nudatur, Feſt. qui efaſſilato legit, vel ad papillam renudato brachio. Noni. Lambin. Exfibulato legit Meurſ. Expalliato Piſtori. Effilato Sipont. Exfilato vel exaffilato Ioſ. Scalig. i. extra veſtimentum filo contextum.* ὁ ἔξωμος, ἐξωμίας, *exſertus.* ἐξωμίους τὸν βραχίονας *ab* ἐξωμίζω. γυμνωθεὶς ἄχρι τῶν ὤμων *vel* μαζῶν, *nudatus ad papillas.*

Obód / ofrog / obłók v koła wozowego. Cantus vel canthus, *Perſ. interprete Caſaub. ex Heſych. qui* κανθὸν, κύκλον ὀφθαλμοῦ, *explicat. Scribitur autem th. & t. Caſaub. (Aliam eius ſignificationem v.* **Szyná koła wozowego**) ἡ ἴτυς, υος. τὸ σῶτρον *ſeu* σῶστρον, ζώστρα, ζώτρα. *Circulus ligneus rotæ extremus.* ὁ κύκλος. Curuatura ſumma rotæ. *Ouid. Apſis Gaza è Græco,* ἡ ἀψὶς, ῖδος. ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι γῆς. *quòd tangat terram, vel* ἀψὶς, ἀπὸ τοῦ ἅπτω. *vincio. ſed* ἅπτω *potiùs ſcribendū cenſet Henr. Steph.* Orbile *Varr. l. 3. RR. c. 5. interpr. Bud. & Rob. Steph. Turneb. orbile interpretatur rotunditatem orbis cuiuſuis. (at Scalig. cardinem ſeu caput axis in modiolum intrans.* **Biegun**)Orbis, *Varr. ibidem.* ἡ περιφέρεια *generalis vox.* Linea circumplexu ſuo orbē ambiens, *Plin.* Linea circumcurrens, *Quintil.* Circumflexio, *Macrob.* Circumflexus ambiens aliquid, *Plin.*

Oboiáko / obiemá ſpoſoby. ἀμφοτεράκις, ἀμφοτέρως. *Ambiformiter, Arnob. vtroq; modo.* ἑκατέρως. *vtroq; vel alterutro modo.* **iednem ze dwu ſpoſobow.**

Oboia rázą / obiemá rázy. ἑκατεράκις. *vtraq; vice: de hac locutione, v.* **Raz** *Nomen.*

Oboietność / ἡ ἀμφιλάφεια ἀμφιλαβία, *propriè ab* ἀμφὶ *&* λαβεῖν, *i. vtrinq; ſumere. Sed pro copia paſſim vſurpatur. lege* **Oboietny** / *Item.* v. **Oboſtronność.**

Oboietny / *propriè.* Anceps *adiect. omn. quod ex vtraq; parte capitur, vel caput aciémue vtrinq; habet. Feſt.* Anceps ſecuris, *Ouid.* Anceps ferrum, *Lucil.* Anceps mucro, *Lucret. Catul.* Ambiguum ferrum. *Euripid. in Hippolyt.* οὐκ οἴσει τις ἀμφιδέξιον σίδηρον; *Num feret quis ambiguum ferrum? Idem,* ἀμφίστομον λόγχην. *id eſt, vtrinq; ferire valentem haſtam dixit.* **obośiéczny** / *vt infrà. Ancipes in recto ſingulari, Plau. Feſt. in ſecundo caſu ancipis vel ancipitis.* **Oboſtrónny / obośiéczny / oboręczny.** ὁ, ἡ ἀμφιλαβής, *&* ἀμφιλαφής, ές. *Suid. ait:* ὅτι ἀμφοτέραις χερσὶ λαμβάνεσθαι αὐτὸ ἔστι, *quia vtraq; manu capere eum licet.*

Oboietny / *tr.* vide **Oboſtronny.**

Oboicy plći / vide **Mieſzániec** 2.

Obolewiéc / vide **Oboręczny.**

Oborá / Stabulum, *Virg. Ouid.* ‖ *Septum, Virg. Multa meis exiret victima ſeptis: generalis vox eſt.* ἡ αὐλή, τὸ αὔλιον, ὁ ἔπαυλος. Cohors, *Varr. quòd ibi pecus coërcetur. Cortes, inquit Nonius, ſunt intra maceriam ſpatia. Sic Varr. à pabulo cùm redierint ſues, in corte exteriori &c.* Cohors, *apud Columellam pro ouili.* τὸ μεσαύλιον: ὁ σταθμὸς ὕπαιθρος. *Stabuli impluuium. Stabulum pecorum non tectum, æſtiuum, ſubdiale. Pecuaria loca, Sipont. in quibus pecora ſtabulantur.* τὸ κλείσιον, κλισίον.

Oborá *aliter, vt* **zaiąć do obory.** [*Foreſta & foreſtare, barbara verba ſunt I. C. noſtratium. Latinè Clauſtrum. concludere pecus alienum in clauſtra: tenere, coërcere clauſtris, dimittere è clauſtris.* τὸ κλεῖθρον.

Oborne / [*Foreſtalia barbarè: Latinè, pretium depaſtarum ſegetum vel prati.* τὸ τίμημα τοῦ λῃΐου βεβρωσκομένου.

Oboręczny / obopráwiéc. Æquimanus, *Auſonius. Iſidorus.* ὁ ἀμφιδέξιος, περιδέξιος. ἀμφοτεροδέξιος, ἀρτίχειρ. *Ambidexter, Cal. Rhod. Henric Steph. vet. Lexic. Ambidextra femina nulla, Stenecb. ex Hippocrate, & Plinio. Oppoſitum ei* **Obolewiec** ὁ ἀμφαρίστερος, ἀμφιλαιός. *Ambiſiniſter, Henr. Steph. Ambilæuus: ambifariam læuus, Cælio Rhod. At* ἀρτίπους, *vtroq; pede ceu dextro vtens.* **Obopráwiéc ná nogi.**

Oborywam / περιαρόω, ῶ. Circumaro, *Plin.* Obaro, *Liu.*

Obośiéczny / ὁ, ἡ ἀμφίστομος, δίστομος. ὁ, ἡ ἀμφήκης, ες. *vtraq; parte acutus.* : Anceps, *ſuprà Lucret. Ouid.* δίπαλτος. Bipennis, *adiect. à duabus pinnis. Noni.* Bipennis ſecuris. Bipenne fulmen. *Varr. Iunius. Gotfred. Oppoſitum* ὁ, ἡ ἑτερόστομος. *altera parte acutus.* μονόστομος.

Oboſtronnie / v. **Bez braku.** *Item.* **Nieſzczerze.**

Oboſtronność / *Adiaphoria vel* ἡ ἀδιαφορία. *Cicer.* In contrarias partes facultas, *Idem.* Indifferentia, *Gelli.*

Oboſtronny / obiemá ſtronom ſłużący / Srzedni. Indifferens: nec bonum nec malum. *Senec.* Indifferens homo circa victum, *Sueton.* **Nieprzekwintarz.** ὁ, ἡ ἀδιάφορος. In vtramq; partem: in omnem partem valet. *Cicer.* Medius amicus (*inter vtramq; partem*) *Liu.* Medium ſe dubiumq; præſtare, *Patercul.* Medij & neutrius alterius partis homines, *Cicer.* Media vocabula, *Gellio. quæ & in bonam & in malam partem accipiuntur, vt valetudo, facinus, tempeſtas, &c. eadem* Ancipitia vocabula *appellat idem.* ὁ μέσος, τὰ μέσα ῥήματα. Ambiguus, *Ouid.* Ambiguis dictis tentare aliquem. *Non reddas,* **wątpliwemi** / *ſed* **oboſtronnemi / dwoiakiego rozumienia ſłowy.** ὁ, ἡ ἀμφίβολος. ὁ ἀμφοτερίζων, οντος. Retrorſum valent argumenta, *Quint.* v. **Obośiéczny.**

Oboſtronny / obuſtronny *de homine.* In vtrumque paratus, ſeu verſare dolos, ſeu certè occumbere morti. *Virg.* εἰς ἀμφότερα δυνάμενος. *Plato.* Anceps bellum, *Varro.* Adiaphoros, *Varr.* ὁ, ἡ ἀδιάφορος. Et benè & malè facere tenet: improbis cum improbus eſt, bonus bonis, vtcunq; res ſit, ita animum habeat. *Plaut.* Eum quouis pacto condias vel patinarium vel aſſum vorſes, quo pacto lubet, *ſ. piſcem vel amatorem, Idem.* Vtroq; verſum rectum eſt ingenium meum, ad te atq; ad illum, pro rota me vti licet: vel ego huc vel illuc vertar, quò imperabitis. *Idem.* Ambiguæ fidei vir, *Liu.* v. **Nieſzczery** 2. *Oppoſitum eſt* Neutralis, *Quintil. i. neutrius partis.* ὁ οὐδέτερος.

Obów / obuwie. τὰ πεδίλια. Calceamentum. *Cic.* Calceamen, *Plin.* Calceatus, *us. Plin. Suet.* Tegmina pedum, *Colu. Pedule, is. n. Cornel. Fronto. Pedules, Turneb. apud Vlpianum calceos interpretatur.* Pedulla, *&* pedalia *Feſto, vt Scalig. corrigit ex Gloſſar. Beroald. adiectiuum eſſe ait, apud Vlpian. faſciæ crurales & pedules, aliter alij.* τὸ ὑπόδημα, ὁ κόθορνος. Cothurnus calceus vtrique pedi aptus, *Serui. tam virorum quàm mulierum, addit Suid. & peculiariter Tragœdorum in theatro recitantium, vnde* Cothurnathus. *Ouid. cothurnos indutus. &* Cothurnarius *apud Ammianum translatum ad ſtylum.* Phæcaſium, *apud Heſychium quidem* τὸ φαικάσιον, *calceamentum ruſticum: apud Senecam verò Philoſophicum vel Græcanicum tribus denarijs conſtans, Lipſ. ex Plutarcho. item apud Appianum ſacerdotum Ægyptiacorum calceatus candidus, & apud Plutarch. Antonij apud Cleopatram manentis.* Phecaſium *ſcribit Turneb. Britannic. Pulman. & Græci omnes & Latini multi.* Hinc Phæcaſiatus, *Senec. phæcaſia indutus.* Phæcaſianus, *Hieron. quam vocem etiam apud Iuuenal. aliqui legũt pro voce* Phæcaſiatus. Phæcaſianorum, *alij Fecaſinorum, alij Hæc Aſianorum.* Phæcaſiati, *item muli apud Suetonium. i. ſoleati, Henric Steph. Phæcaſios pro calceis ſcribit Hermola. ex Appiani loco ambiguo.* Talaria *etiam calceamenta quæ circa talos ligantur, & peculiariter alata Mercurij.*

Obow ſtároświecki / y teráz niektorych zakonnikow / podéſzwá zé ſznurkámi ábo z-rzemykámi. *Sandalium, calceamentum virorum apud Marcum 6. & in Actu Apoſt. 12. in Græco textu.* τὰ σανδάλια. *apud ethnicos ſcriptores eſt etiam muliebris calceatus.* v. **Patynki.** *Et apud Terentium. ſed & Turpilius ait:* Miſero mihi mitigabat ſandalio caput, *vbi A medium breue eſt, vt ſentit etiam Anteſignan. & Scalig. qui in verſu de obitu Mæcenatis pro* Sandalia talos, *legit* Talaria talos. *producit Renatus. Verrepæus. Corder. ſed tu potiùs corripe. Imperatores Romanos vſos calceatu ſuperne nudo, vt eſt ſolea, Sandalium, crepida, Cerda ex Tacito aſſerit.* Campagus, *Capitolin Trebelli. eſt calceamentum barbaricum reticulatum ſeu interciſum,* πολυσχιδὲς, λεπτοσχιδὲς, *multiforatile, aut ex loris decuſſatis, quo Imperatores vtebantur* καμπάγιον. *à campa voce barbara, pedem ſignificante, crure-tenus vinciebatur, Caſaubon. Item Meurſ. ex Anaſtaſio, Concilio Toletano 4. Gregorio. docet fuiſſe etiam calceatũ Diaconorum. Meminit Zonaras. Niceta. Suidas.* τὸ καμπάγιον. Caliga, *Solea Monachorum ſupernè habens coriaceas ligulas ſolum ſubtus ex ligno aut corio, L. Biſciola probat multis.* Soccos *etiam dici idem aſſerit. Sandalia ſupernè corio caruiſſe ait Lyran. integros calceos fuiſſe Lorin. tibialia verò Ioan. Ferdinand. aſſerit.* Soleæ *Plaut. Feſt. plantas infernè tegunt, cætera penè nuda & teretibus habenis iuncta ſunt, ait Gelli. idem Iſidor Læuin. ſimili calceatu vtuntur Carmelitæ, & Commendi. Soleas libertorum: ſculponeas ſeruorum ait fuiſſe Scalig. Semiplotia, orum. ſoleæ dimidiatæ venatorum, Feſt. Sipont.* τὸ ἡμιβλαύτιον, *Turneb. ex Gloſſar.*

Obow żołnierſki / ſtároświecki. Caligæ, *erant calcei militum gregalium, qui pedes & crura tegebant. Valtrin. ex Horat. Feſto. Senec. Dione. erantq́ eleuati, nam ſolum ligneum habebant, cui ocreæ clauis affigebantur. idem Valtrin. ex Iſidor. Iuſtin. Valer. Plin. hinc Caligula Imperator nomen traxit, quòd caligis fauorem militum captans vteretur, Suet. Tacit. Dion. Caligas etiam centurioni & duci vſitatas fuiſſe, & clauis ferreis, aureis, argenteis, vt quiſq́ opibus & luxu diffluebat, ſuffixas ait Dalecamp. idemq́ calceamentum militare interpretatur. Vide L. Biſciola Subſeciu. Tom. 2. lib. & cap. vltimo, vbi fusè idem probat.* αἱ σκελέαι *vel* σκελεαὶ: τῶν σκελῶν σκεπάσματα, *Heſych. i. crurum tegumenta. At Pollux & inter veſtimenta & inter calceamenta* σκελεὰς *ponit. ſed clauos caligarum ad ornatum pertinuiſſe ait Læuin. quos etiam argenteos & aureos fuiſſe in caligis militum aliquem gradum militiæ tenentium teſtatur, Vlpian.* **cetki.** Hinc caligatus, *apud Iuuenal. Suetonium. Clauos caligarum, Stewechius bullas appellat, vt cingulorum.* Ocreæ, *item ad calceatum militarem pertinent, quæ ferreæ vel argenteæ vt apud Virg. erant, eæq́ vel in dextro pede, vel in ſiniſtro, vel in vtroq́ Lipſ. ex Liuio. Silio. Veget. & monumentis lapideis vetuſtis. Huc referri poteſt.* Calcearis clauus, *Plin.* Caligaris clauus: caligarius clauus, *Plin.* **do obowia należacy.** *Et* Clauarium, *Tacit. donatiuum in clauos caligarum militarium, Turneb.*

Obowiązány komu / ábo obowiązány ieſtem. Deuinctus officijs, beneficiq́ alicuius: deuinctus alicui liberalitate, tenere aliquem deuinctum liberalitate. *Cicer.* **mieć obowiązánego.** ὁ καταδεδεμένος. Obſtrictus maximis beneficij vinculis, fœdere, pactione. Addictum, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere. *Cic.* Obligatus, *Cicer.* Magnis & multis pignoribus eum Reſpublica obligatum tenet. μεγάλοις καὶ πολλοῖς πιστοῖς ἐνεχόμενον αὐτὸν ἔχει. Obnoxius ſum illi, *Plaut. Teren.* ἐνέχομαι αὐτῷ. Obnoxius gratiæ, *Quintil.* ὁ ὑπόχρεως ἐστι: ὁ ἔνοχος τοῦ *vel* τῷ. Tenetur iureiurando, legibus, voto. Auctoratus, *Liu.* Eo pignore auctoratum ſibi proditorem ratus eſt. Seruus. *Cicer.* Seruum prædium. *Vlpian.* Seruus fundus. Mancipatus alicui. *Cicer.* Offrenatus vnius prædæ offula, *Apule.* **Więty / Zniewolony.**

Obowiązek / obowiązánie / oblig. Obligatio animi, ſententiæ, pecuniæ, *Cicer.* ἡ ἐνοχή. Auctoramentum: merces eſt auctoramentum ſeruitutis. *Cicer.* Opes auctoramenta ſeruitutis, *Senec.* Conditio, *Cicer.* Ea conditione: onerare conditionibus. *Caſ.* Imponere conditionem, ἡ ὁμολογία. Lex. *Cic.* Ea lege nati ſumus, vt &c. Obligationes, *Pſalm. 124. i. obliquitates, tortuoſitates, peruerſitates, Bellar. prauitates Sa. vincula peccatorum Hieronym.* στραγγαλιάς. *LXX.* σκολιότητας, *Symmach.* διεστραμμένα. *Theodotio.*

Obowiązuię kogo / Alligo aliquem ſtipulatione: lex omnes alligat: Obligo aliquem ſacramento, pactionibus. Adſtringere aliquem ſuis conditionibus. Obſtringo aliquem donis, religione. *Cicer.* Auctoro aliquem, *i. obligo, Budæ. ex Liuio.* προσδέω τινὰ τῷ. &c. Obligo aliquem ſacramento militiæ, *&c. Cicer.*

Obowiązuię kogo przyśięgą / Szlachectwem / ſłowem cnotliwem / Sumnieniem / vide **Zawiązuię kogo przyśięgą.**

Obowiązuię ſobie kogo / v. **Zniewalam ſobie kogo.**

Obowiązuię śię / Adſtringo meam fidem, *Terent.* Obſtringo alicui meam fidem, *Plin. iun.* πίστιν διδόναι, ἐνδοῦναι: πίστιν θεῶν ὀμνύειν. Fidem dare, iurare. *Budæ.* Ego me magna voti religione obſtrictum puto. Obligo me verbo, nexu: obligo meam fidem alicui. Interpono fidem meam in rem aliquam. Addico me alicui. *Cicer.* Mancipo me alicui, *Cicer.* Senectus ſi nemini mancipata eſt, *&c.* Auctoror, *Cicer. lib. 10. epiſt. famil. 32.* Militem Pompeianum, quia cùm depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, auctorari ſe nolebat, & ad populum confugerat, *&c. auctorari ſeſe, i. obligare. Alexand. Scot, aliter Manut. ſed & hæc lectio ſententiæ non repugnat, immò ſatis conuenit:* Ad hoc ſacramentum adacti ſumus, ferre mortalia. *Senec.* Fiduciam accipio, *Cicer.* Qui fiduciam acceperit, fidem præſtare debet. *fiduciam; i. obligationem. Alex. Scot. Contraho obligationem, naſcitur obligatio. Paul. I C. Contrà infirmo, diſſoluo obligationem: exſpirat obligatio. Idem.*

Oboyczyk / *V nieco, idem* **Kſztałtik.**

Obóz / Caſtra, *orum. Cicer. Liu.* τὸ στρατόπεδον, ἡ παρεμβολή, ἡ αὔλις, ιδος.

Obóz ſtáwiam / obozem śię kłádę. Caſtra alicubi loco, pono, habeo. *Cicer.* Caſtra facio, *Cicer. Cæſar.* Colloco caſtra, tabernaculum. *Cicer.* στρατοπεδεύω, στρατοπεδεύομαι. καταυλίζομαι: ἐναυλίζομαι, στρατόπεδον ποιοῦμαι: καταζεύγνυμι. Caſtrametor, *Liu.* **rozmierzam.**

Oboźnego vrząd / ἡ στρατοπεδαρχία. *Præfectura caſtrorum.*

Obóz ruſzam / ἀποστρατοπεδεύω, & ομαι. *Caſtra moueo.* μεταστρατοπεδεύομαι. *Caſtra muto.* vide **Ruſzam śię z-woyſkiem.**

Oboźny/

Obośny / obozowy / *ſubſtant.* Metator, *Cicer. Veget.* Caſtrametator, *Vitru.* Caſtrorum præfectus, *Tacit. Veget.* Menſor *Vegetio, ſed idem hoſpitia aſsignabat.* ὁ ςρατοπεδάρχης. Rei caſtrenſis curator, adminiſtrator, magiſter. *Ammian. Incluſor 2. Reg. 24. in vett. editt. at in Nouis Sixti Cluſor, ſ. caſtrorum. apud L X X.* συγκλείων, *i. concludens, ſ. caſtra. in Biblijs Boëmicis* **Zlotnik /** *vt & Græca vox patitur.*

Obozowy / *adiect.* Caſtrenſis ſumptus: caſtrenſes ludi, cibi, *Sueton.* Caſtrenſes ordines, miniſtri. *Ammi.* ὁ ςράτιος. *Budæ.* [ὁ καςρήσιος. *Apſyrt.* καςρίσιος. *Harmenopul.*] *melior eſt vox* ςρατοπεδικὸς, *licet careat auctoritate.* παρεμβολικὸς, *Gloſſar.*

Obozu ſtanowienie / ἡ ςρατοπεδεία, ςρατοπέδευσις. Caſtrametatio, *Henric. Steph.* ἡ κατάζευξις, ζευκτή.

Obozu rußánie / ſkłádánie. ἡ ἀνασκευή, ἀναςρατοπεδεία. *Caſtrorum motio.* ἡ ἀναζυγὴ, ἀνάλυσις τῶν παρεμβολῶν. *ſolutio, diſſolutio, tabernaculorum caſtrenſium. vel vt Budæ. refixio tentoriorum: collectio vaſorum.*

Obrab / obroná woienna z-láſu porąbionego koło woyſká. Concædes, *u. f. à cædendo, Vegeti. in aliquibus M.S. & impreſsis concides à concidendo haberi ait Steuechius. Tacit.* Caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. *Veget.* Præciſis arboribus vias claudunt quas concædes vocant. *Ammian.* Difficiles vias concædibus clauſére ſolerter, arboribus immenſi roboris cæſis. *Cæſ.* Cæſar ſiluas cædere inſtituit, & omnem materiam quæ erat cæſa, conuerſam ad hoſtes collocabat, & pro vallo ad vtrumque latus exſtruebat. τὸ ἔρκος ςρατοῦ δουράτεον: ὁ περίβολος ξύλινος ςρατιωτικός: *munitio lignea militaris.* τὸ περιχαράκωμα ςρατιωτικὸν ἐκ τῆς ὑλοτομίας. *ſeptum militare ex cædua ſilua.* αἱ δένδρων ἐκκοπαί. *Polyb.*

Obrabiam ábo obrebuie co / v. Obćinam.

Obrabić ſie / ábo woyſko obrebem otoczyć. *Latinam phraſim habes proximè ſuprà, adde Græcam.* ὑλοτομέω πρὸς τὴν τοῦ περιβόλου καταςκευήν. *cædo ſiluam munitioni exſtruendæ.* τῇ ὑλοτομίᾳ ςρατὸν περιφράττω. *concædibus exercitum ſepio.* τῷ ὑλοτομίῳ τὸ ςράτευμα περιβάλλω *vel* περιβάλλομαι, *cæſa materia exercitum circundo.* τῇ ὕλῃ ὑποτετμημένῃ ςρατὸν περιπεφράγαται. *ſilua ſucciſa exercitum ſepio.*

Obrabiam / obrebuie / reby czynie ábo owrebuie / obrowonywam / rowem / ſzwem / &c. brzegi iákicy rzéczy otaczam. Margino, *as. Liui.* Cenſores vias ſternendas marginandaſque locauerunt. χειλόω, περιχειλόω ὁδὸν τοῖς λίθοις. Crepidine aliquid coërceo, *Curti.* Crepidinis obiectu frangere, *Colu.* Statuminare vtriuſq; foſſæ oram lapidibus. *Plinius. Commarginare pontes, Ammian.*

Obrabienie / (*actio.***) obrebowánie / v. Obćinánie.**

Obrabienie / owrabienie / obrabek vczyniony na brzégu czégo. Corona, *Vitruu. l. 4. c. 3. ſæpius meminit coronæ, inter alia inquit: ad ipſum mentum coronæ, incidatur linea, quæ ſcotia dicitur, ad quæ verba Bernardin. Baldus addit: Coronas haſce videmus nos ad orificia vaſorum operis figlini additas, ne liquor in effundendo per collum & corpus deuolueretur.* ἡ ςεφάνη τῆς τραπέζης. *Ioſeph.* ςεφάνη τύμβου. *Apollon. Argonau.* Labrum. τὸ χεῖλος. Labra foſſæ, *Cæſar.*

Obrabiony / owrabiony / v. Brzéziſty.

Obracam co / Verto terga, *Liui.* Verto in dorſum, *Plin.* Verto ora huc illuc, *Horat.* Verſo piſces, *Quintil.* Verſo eandem rem multis modis. Obuerto nauem. *Cicer.* Declino alio agmen, *Liu.* Conuerto nauem ad puppim, *Cicer.* Torqueo aliquid in varias partes, *Plini.* Torqueo ora huc & illuc, *Horat.* ςροβέω, περιάγω, ςρέφω, τρέπω, ἀποςρέφω τί. Conuibro linguam, *Apule. de pſittaco loquente.* **Obracam / wyćiagam / rußam / ſuwam.** Circumroto machinam, *Apulei.*

Obracam co gdźie / ná co. Verto pecuniam in vſum publicum, *Liu.* Verto aliquid ad luxuriam, *Plin.* Conuertere copias ad periculum patriæ. Conuerto pecuniam in *vel* ad. *Cicer.* μετάγω χρήματα εἰς τό. In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum? *Cicer.* **gdźie śię obracáia / podźiewáia?** Redigo in ærarium aliquid, *Liui.* ἐκτρέπω τι εἰς τόν. *vicin.* **Podźiewam co gdźie.**

Obracam co dobrze / źle. Colloco. Bene collocauit pecuniam: patrimonium in ſalutem Reipub. collocare, *Cicer.* εἰς καλὸν διατίθημι, καλατίθημι εἰς τὸ κοινὸν ὄνησιν: εὖ καλατίθημι χάριν. Pono: Bene pono beneficium, *Cicer.* Benè pono munus, *Liu.* εἰς κάλλιςα τὴν συμφορὰν διατίθεμαι. *in bonum verto calamitatem.* διατίθενται ἐπονειδίςως τὰ σφέτερα αὐτῶν σώματα. *exponunt dedecori vel probro ſua corpora.* Verrunco: hæc benè verruncent populo, *Cicer. i. vertant. Feſt.* Verto: beneficia in grauiſſimam iniuriam verto. *Plin. iun.* In peiorē partem verſa & mutata omnia, *Cicer.* Malè locata beneficia, *Idem.* Conuerto in ſerium dicta per iocum, *Plautus.*

Obracam co ná ſwoy pożytek / Verto pecuniam in priuatum, *Liui.* Vertere ex aliena pecunia in rem ſuam, *Vlpi.* Vertere ad ſe aliquid, *Cicer.* Vertere aliquid in ſinum ſuum: prædam omnem in ſinum contulit. *Lamprid. i. ad ſe vertit.* Conuertere aliquid in rem ſuam ex re aliena, de patris fortunis: conuertere rem alienam in ſuam: ſi mandatum aut neglecturus aut ad tuum commodum conuerſurus es. *Cicer.* εἰς τὰ ἴδια τι ςρέφω: νοσφίζω & νοσφίζομαι χρήματα, νοσφίζομαι ἀπὸ τῆς τιμῆς. *ex pretio aliquid ad me verto.* νοσφιδὸν ἰδιοποιοῦμαι, *clam mihi vindico:* διασφετερίζομαι, σφετερίζω τὰ ἀλλότρια. *aliena mea facio: in meum commodum conuerto.* Interuerto aliquid. *Cicer. Budæ.* συσκευάζομαι, ὑπεξαιρέομαί τι. Habeo quæſtui bona aliorum, *Cicer.* κέρδος ποιοῦμαι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων. *facio lucrum ex alieno:* Deriuare aliquid in ſuam domum, *Cicer.* ὀχετεύω εἰς τὰ ἴδια. Litem in rem ſuam vertere, *Liu. i. rem inter duos controuerſam ſibi adiudicare, Budæ.*

Obracam co opák / Verto in contrarium aliquid, *Quintil.* ἀντιςρέφω τόν. Quod alius condiuit coquus, ille viciſſim alio pacto condiuit. Quicquid paratum erat, vt paratum ne ſit; ſitque paratum, quod paratum non erat. *Plant.* Inuerto negotium, ordinem, verba. *Cicer.* Inuertimus virtutes, *Horat.*

Obracam co w-co / Verto homines in lupos, *Plin.* Verto in bonum vitia, *Quint.* Verto in ludibrium aliquid, *Tacit.* ¶ Verto Rempub. in meliorem ſtatum, *Sueton.* Verto culpam in gloriam, *Plin. iun.* Verto in iocum aliquid, *Idem.* Verto detrimentum in bonum, *Cæſ.* Verto laudem in crimina, *Ouid.* Verto ſeria ludo, *Horat.* Vertunt ſe dulcia in bilem, *Idem.* Verſo in ignem ligna, *&c. Lucret.* Conuerto: clementia in crudelitatem conuerſa: conuerſum crimen in laudem. *Cicer.* Anhelitus terræ induunt ſe in nubem. *Cicer.* μεταςρέφω τί. μεταβάλλω ἐκ τοῦ εἰς τό: μεταμορφόω τὸν εἰς τόν. Redacta vina in ſpeciem mellis, *Plin. à redigo.* Redigere in ſordidiſſimam turbam nobiles, *Senec.* **Obroćić ſlachtę w-chłopy.** Cinefacio, **obracam w-popiol /** *Lucret.* Te cinefactum defleuimus. τεφρόω τι: ἀποτεφρόω, σποδίζω τόν. ἀγαλματόω. *In ſtatuam verto.*

Obracam co w-koło/ ábo obraca ſie. Contorqueo, *Cicer.* Vt æther ſtellas contorqueat, *Idem.* Torſit in orbem Deus mundum, *Idem.* Torquet ſe terra circum axem. Verſo in orbem aliquid. *Cicer.* Roto aliquid more fundæ, *Ouid. Lucret. Lucan.* Voluo orbem, *Liu.* στρεφεδινέω. κυκλοφορέω, κυκλέω, περιτρέπω, βεμβέω, βεμβικίζω τι. Circumago frenis equum, *Liuius* περιέλκω τὸν. γυρόω, γυρεύω τὸν. Celeri volumine torquet ſidera, *Ouid.* Voluendus *Participium omnibus temporibus apud Poëtas accommodatur, vt docet Turneb. German. Scalig. Buda. Cerda. quare ſic explicant illa apud Virgil.* Triginta magnos voluendis menſibus orbes explebit, *i. volutis, vel voluentibus ſe. Item,* Voluenda dies attulit, *i. euoluta vel voluens ſe.* ❡ *Apud Lucret.* Voluenda ætas, voluenda ſidera micant, *i. quæ voluuntur, Giſan. Serui. vel* voluenda dies, *i. volubilis, Lambin. Giſani. Idem Lucret.* Glans etiam longo curſu voluenda liqueſcit, *i. dum voluitur.* ❡ *Symmach.* Quoniam ita voluenda attulit dies. *Polonicè reddes,* obrotny / potoczny / obrocony / obracáiac ſie / obracáiacy ſie / obrocony / co przemináł / *&c.* ❡ Voluens *Participium ſimilem vſum habet.* Voluentia luſtra, *Lucret. quæ voluuntur vel euoluta.* Voluentia plauſtra, *Virgil. quæ voluuntur.* Voluentibus annis, *i. euolutis.* *Sic* Vehens, *apud Cicer. eſt idem vector, ſeu qui vehitur.* *Lege de his Gelli. lib. 11. cap. 15.* vide **Stánowſky.**

Obracam co wniwecz / Redigo ad nihilum, *Lucret.* Ad vanum & irritum aliquid redigo, *Liui.* In caſſum impenſa recidit, *Colu.* Ad nihilum recido, *Cicer.* Ad irritum victoria reuoluebatur, *Tacit.* ἐξουθενέω, ἐξουθενίζω τὸν.

Obracam co w-żárt / v. **W ſzyderſtwo / Żártem.**

Obracam kogo ná co / do czego. *Applico aliquem cuipiam officio.* *Colu.* Qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicetur. ἐφίστημι, παραβάλλω τινὰ τῷ.

Obrácam kogo *aliter, tr.* **noſze / tr.** Verſo, *Quintil.* Teſtes multum antè domi verſandi, ac varijs percunctationibus explorandi. στροβέω τὸν. διαστροφέω τὸν. Exagito aliquem, *Cicer.* ἐλαύνω τινὰ. Exerceo, *Terent.* Ego te exercebo hodie vt dignus es. Exercet me fortuna, *Cicer.* Vexo: ſolicitudo vexat impios. *Cato.* Piſonem verbis vexauit, *Cicer.* κακόω τὸν. Solicitum habeo aliquem, *Terent.* Omnes ſolicitos habui, *ſ. domeſticos, varijs officijs & miniſterijs diſtrictos, nam ſolicitare eſt ſuo loco mouere. Donat. Feſt.* **wſzytkichem poruſzył / zábáwił / obrácał / kazałem ſie wwinąć / biégáć / obracáć.** v. **Szydzę.**

Obracam ná ſie ludźie/ Vertere, auertere omnium oculos in ſe. Conuerto homines in admirationem. *Liui.* Conuertit ſe totam in aliquem ciuitas. Totos in ſe conuertit & rapit, *Cicer.* Rapere vultus alicuius, *Ouid.* Aduerto aliquem, *Plin. iun.* Multa in Euphrate ſic eminent & relucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant & afficiant. ἀποβλέπειν πρός με ἅπαντας ποιῶ, ἢ ὥστε αὐτῆς πάντων τὰς ὄψεις εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. *i. Forma eius omnium oculos in ſe conuertit.*

Obracam ſie / obraca ſie co. Vertitur cælum, *Virgil.* δινέω, δινέομαι, δινεύω, στρέφομαι, περιπολέω, κυκλοφορέομαι, κυκλόομαι, περιπολεύομαι, κυλίομαι. Conuerſo me, *Cicer.* Seipſe conuerſans. Circulantem *Cicero. à circulo, as. vel à circulor Deponenti.* Circumuertitur rota axem, *Ouid.* Circumuortor, *Plaut.* Circumuerſor, *Lucret.* Verſat ſe, quærit quid agat. Æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in vtramque partem, non ſolum animo, ſed etiam corpore, *Varr.* Verſor in turbinem, *Senec.* *Vertigino, Tertul. Vertiginant puncta luminis, i. vertuntur variè.*

Obracam ſie gdźie / náwracam ſie do kąd. Conuerto me domum, *Terent.* Conuerto me in Aſiam. Conuerto aſpectum aliquò. *Cicer.* Vertit ſe in Africam. Conuerto os, terga ad aliquem. *Cæſar.* Conuertere ſe ad verum, *Plaut.* Conuerto iter ad, in: conuerto ora & oculos in aliquem. *Cic.* τρέπομαι πρός, εἰς, ἐπὶ τὸν. ἀπορῶ ποῖ τράπωμαι: ἀπορῶ τινα ὁδὸν τράπωμαι. Neſcio quo me vertam. Transfero me ad aliquid: transfero amorem in aliquem: transfero ſermonem aliò. Obuerto: cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. *Cicer.* Prælium eò verſum eſt, *Liui.* Obuerſa orienti gallina, *Colu.* *Item.* v. **Podźiewam ſie.**

Obracam ſie w-co / ábo obraca ſie co w-co. Vertere ſe in faciem alterius, *Plaut.* Conuertere ſe in belluam: in aliam naturam: conuertunt ſe amicitiæ in graues inimicitias. μεταστρέφομαι εἰς τὸν, μεταμορφόομαι, μεταβάλλομαι. Oſſa traxerunt figuram lapidis, *Ouid.* Verto, *abſolutè pro vertor. vt,* In gaudium renuntiata verterunt. *Liu.* Frequens & aſſidua contentio, nobis propè iam in conſuetudinem vertit. *Tacit.* **obróciłá ſie / poſzłá w-zwyczay/ nałog.** Aſtus hoſtiũ in perniciem ipſis vertebat, *Tacit.* Hoc vitium in bonum ei vertebat, *Cicer.* Res ſecundæ in miſerationem ex ira verterunt, *Saluſt.* Detrimentum in bonum vertit, *Cæſ.* Auſpicia in bonum verterunt, *Liu.* Totæ in glaciem ſolidam vertêre lacunæ. *Virg. vbi, ſe ſubaudit Cerda. ſed Iacob. Pontanus colligit multa exempla ſimilia παθητικῶς ſine ſubaudito caſu vſurpata. quorum aliqua iam poſuimus.* Fructus feri terra manſueſcunt indulgendo blandéq; colendo, *Lucr.* **Léśny owoc obraca ſie / odmienia ſie w-ogrodny.** Abijt oppidum in villas, *Plin.* Recido, *Cic.* Ex lætitia ac voluptate ad luctum & lacrymas omnia reciderunt. v. **Odmieniam ſie.** Re *in recido productum apud Lucr. aliquoties apud Ouidium. Propertium, oſtendit Giſanius. Fabricius. & Lambin. qui tamen c geminat Reccidit.*

Obracam w-zad co / ábo kogo. Verto, ago in fugam aliquem. *Liu.* καθίστημι εἰς φυγήν τινα. Fugo aliquem, *Plaut. Cic.* τρέπω, φυγὴν ποιῶ τοῖς πολεμίοις: εἰς φυγὴν καθίστημί τινα. *In fugam verto.* τρέπω, ῶ. τὸν. Inijcio fugam alicui, *Plaut.* Auerto in fugam hoſtem, *Liu.* Retro-ago aliquem, Retro-ire cogo. *Plin.* Recuruo in caput aquas, *Ouid.* Reiectus retrorſum, *Horat.* Retorqueo gubernaculum, *Plin. iun.* Retorqueo oculos ad vrbem, *Cicer.* Retorſit caput in terga ſua, *Ouid.* ἐπαναστρέφω τὸν. Reciproco quinqueremem, *Plin.* ἀνακρούω τὴν ναῦν. Obuerto proras pelago, *Virgil.*

Obracam ſie w-zad / vide **W-zad idę.**

Obracam ſie tyłem do kogo. Verto, obuerto alicui terga. *Virg.* τὰ νῶτα ἐπιστρέφω. Auerto me totum, *Cicer.* ἀποστρέφομαι ἀπὸ τοῦ.

Obracam rzekę indźie / odwracam. Auerto aliò flumen: amnes in alium curſum conuerti & deflexi. Contorquere & deflectere amnes in alium curſum. *Cicer.* ἀποτρέπω τὸν ποταμόν.

Obrácánie / obrot. Conuerſio cæli, annorum, menſium. Replicatio mundi. *Cic.* Circumactus rotarum, *Plin. Senec.* Circumactio, *Gelli.* Conuerſus, *us. Macrobius.* ἡ περίοδος, περιδίνησις, δίνησις, δείνησις, δίνωσις, περιπλόκησις, τροπή, περιαγωγή. στροφή, στρέψις, ἡ στροφάλιγξ, γος. περιτροπή, ἡ περιστροφή, κύκλωσις. τὸ κύκλωμα. Rotatio, *Diomed.* Conuerſatio vniuerſi, *Senec.* Vertigo rotarum,

rum, cæli, mundi. *Plin. Bud.* Vertigo, *apud Perſium pro manumiſſione. Marcil. Tornorupæus. Politian.* Circumductus orbium. *Macrob.* Circulatio: verſatio rotæ. *Vitr.* τὸ γύρωμα, ἡ γύρωσις. Rotundatio circulorum in motu. Circinatio planetarum, *Vitruu.* Verſura foliorum, *Varr.* Volumen currus, *Virg.* Celer volumen cæli, *Ouidius. Circumrotundatio, Vitruu.* obracanie w-kręg.

Obraczká / vide **Obrecz** / & **Koło** 1.

Obrodá / Operæ pretium, *Iuuen.* Grande operæ pretium eſt, ſ. Oceani mōſtra vidiſſe. *i. voluptarium vel vtile valdè, Britann.* τὸ πρὸ ἔργου ὄν: πάρεργον, πρὸ ὁδοῦ. v. **Vciechá.**

Obrádowáć śie iákiey rzéczy / ábo perſonié. *ἀρκούντως κλῆσθαί με τῷ κέχαρμαι: ἅλις γέγηθα τό με ἔχειν: ἀποχρώντως ἐπεγήθει τῇ τούτου κτήσει. Satis iā huius rei adeptione vel poſſeſſione gauiſus ſum. Lætitia ex hac re acquiſita ſatis perfruitus ſum. ἡ γηθοσύνη ἐκ τοῦ κτᾶσθαί με τοῦτο ὤχετο, ἀπῴχετο. gaudium ex poſſeſſione huius rei conceptum euanuit, perijt.* **Obrádowałem śie iuż temu.** vide **Nieobrádowałem śie.**

Obrodzam / *vt*, **Obrodźiło drzéwo** / &c. Multiplicat fructus olea, faba. *Colu.* Grandeſcit triplici fetu lentiſcus, *Cicer.* Rami baccarum vbertate incurueſcunt, *Cicer. ex P.* Fetu nemus omne graueſcit. *Virg.* Multa vbertate curuatur vitis. Poma nimia vbertate ramos onerauerunt, *Pallad.* Vbero: oliua non ſtatim vberat. *Colu.* εὐβλαστέω, πολυφορέω, εὐκαρπέω, εὐφορέω, εὐθηνέω, ῶ. Induerunt ſe vineæ vuis, *Colu.* Induit ſe arbor pomis. *Virgil.* Induit ſe terra ſegetibus, *Plin.* Largo pubeſcit vinea fetu, *Virg.* Lætus ager frugum pabuliq; *Saluſt. Pomiferi procurrant brachia rami, Tertull. Item,* vide **Obmyśl ćie Bog.**

Obrány/wybrány. ὁ λεκτός, ἐκλεκτός, ἀπόλεκτος, αἱρετός, ἐπίλεκτος. Electus: electi coloni: Selectus: ſelectæ ſententiæ. *Cicer.* Optiuus, *Horat.* Optiuum cognomen, *i. electum. Lambin.* ‖ *τὰ αὐθαίρετα, αὐτάρχετα. quæ quis arbitrio ſuo elegit. ὁ χειροτονητός. ſuffragijs creatus.* Electus iudex. Cunctorum ſuffragijs factus Conſul, *Cicero. Sed de hoc plura pete ex* **Obieram ná vrząd.** *vicinum* **Miánowány.**

Obrány zé wßytkiego/& **obrány w-rozum**/ **w-pieniądze.** *vt Cochanouius loquitur. pro* **obrány z-pieniędzy** / &c. vide **Ogołocony.**

Obraſki śiele/ vide **Obrázki.**

Obraſtam / vide **Záraſtam** 1.

Obraſtam *aliter*, **Obroſło bydle.** *δασυνόμαι, hirſutus, piloſus fio.* Obſita ſetis bos, *ab obſeror. Virg.* Obnata ſalicta ripis. *Liui. ab obnaſcor.* **obroſły brzégi wierzbą.** περιφύομαι τῷ. Circumnaſcor, *Plin.* Circumnaſcente abſynthio lacus inficitur. Veſtior. *Plin.* Quæ pilo veſtiūtur, animal pariunt. *Prudent.* Veſtit ſe æquor ariſtis. Cooperit ſe vitis multa fronde. *Colu.* Veſtitæ ripæ gramine, *Colu.* **obroſły trawą**/ & *tr.* **odźiáły śie.** *ἡ περίφυσις. obductio quaſi creſcendo.* **obraſtanie / obrośnienie.**

Obraz / wyobráženie / podobieńſtwo rzéczy widomych/ y niewidomych. Imago Demoſthenis: Effigies patris. *Cicer.* ἡ εἰκών, ὄνος. *Icon Sipont. qui hanc vocem attribuit Plinio non rectè, nam apud hunc non Icones, ſed Iconicas habetur. vſurpat Iconis vocem Lævin. τὸ δείκελον, δείκηλον, & δίκηλον. τὸ εἶγμα ab εἴκω. aſsimilor. τὸ εἴκασμα. Effigia, æ Plaut. Afran.* Forma, *Cicer.* Formam Iouis facere. ἡ μορφή. Simulacrum, *Cicer.* Statuæ, non animorum ſed corporum ſimulacra. Simulacra virtutum ſunt in beſtijs. τὸ ὁμοίωμα, ἀφομοίωμα. Species, *Cicer.* Sancta Iouis ſpecies: hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento, ſ. pueri circumplicati ſerpentis amplexu. τὸ εἶδος, ους. τὸ εἴδωλον, ὁ τύπος. *Iſocrat. Herodian. Nazianzen.* τὸ ἀπείκασμα. *Simulamen planctus, Ouid.* Facies Solœciſmi, *Quintil.* vide **Malowánie** 2. **Rycie** 2 & *ſequentia hic.*

Obraz iédną farbą malowány / ábo drukowány. vide **Malowánie** 3.

Obraz formierſki / ná gipśié/ álábáſtrzé/ &c. **odbity ábo wybity.** Ectypum, *Plinius Ectypa vocat ea, quæ appreſsis typis ſeu archetypis facta ſunt apud plaſtas typorum conceptacula, quæ item formæ ſunt aliarum imaginum effingendarum. τὸ ἔκτυπον. In ſculpturis idem Plin.* ectypas ſculpturas *vocat, nam & ἔκτυπος Græcis adiectiuum eſt, & Senec.* Habens imaginem ectypam, & eminente gemma. *vt Muret. legit, ſ. in annulo:* **wypukłoryty.** Typus, *Cic. 1. ad Attic. 8.* Typos tibi mando. *vt legit Lambin. Gotfred. qui hic & apud Plin. l. 35. c. 12. parua ſigna interpretatur. & Turneb. apud Cicer. intelligit variarum rerum formas in tectorijs poni ſolitas, ſic vt ſingulæ quadræ vel cruſtæ diuerſis ſpeciebus cælatæ viderentur. Manutius ſtatuas è gypſo formatas intelligit, ad quarum ſimilitudinem aliæ fiunt, quæ in atrij tectorio ponuntur. Tubos legit Muretus, non reijcit id Turnebus, ſed imitationem aquæ ductus, interpretatur. ὁ τύπος, τὸ ἐκτύπωμα, ἔκμαγμα, ἐκσφράγισμα.* **wybićie / i. to co wybito.**

Obraz ná pieniądzach/ v. **Znak ná pieniądzách.**

Obraz mniéyßy niż wzroſt ludzki. Signum, *Cic.* Signum æneum non magnum. *Virg.* Pocula aſpera ſignis: & cratera impreſſum ſignis. *τὸ σημεῖον. Plin. hæc vocat vaſa cælata adulterijs, &c. i. imagunculis obſcænis. ἡ σημαία.* Sigillum, *Cic.* Sigilla in patella egregia. *Mart.* Paruum ſigillum, *puerum Bruti vocat, quod ſigillum ſeu icunculam Plinio teſte Brutus fecit nobilem. Rader.* ‖ *Sigilla etiam arte fictili facta apud Macrob. & oſcilla dicūtur paruæ imagines venales. Raderus palmares & cubitales vocat imagines. ὁ πηχυαῖος, vel πυγμαῖος τύπος.* v. **Obrazek.**

Obraz równy wzroſtowi ludzkiemu. *Pariles imagines vocat Rader. quæ exprimunt iuſtum eius cui ſtatuuntur modum, decernunturq́; benè meritis & ſapientibus viris. ἡ εἰκὼν ἰσοϋψὴς τῷ μεγέθει ἀνθρώπου. Imago par ſtaturæ hominis.*

Obraz więkßy nád wzroſt ludzki / ábo bárzo wielki / lány z-kruſzcu ábo wybijány / rzézány / ſkłádány z-rozmáitych máteryy. Coloſſus, *Mart. Plin. Suet. Spartian. Lamprid. Coloſsi erant ſtatuæ, ſtaturam hominis integram & inſuper dimidiatam æquantes: dicabantur Regibus & Imperatoribus. ἀνδριάντες.* ‖ *Duplò maiores humana ſtatura Heroibus, τὰ ξόανα.* ‖ *Deniq; triplò, decuplò, &c. ampliùs maiores dijs, quas ſibi pòſt Imperatores vendicarunt, τὰ εἴδωλα. erantq́; aliqua 120 pedes altæ. Solùs coloſſus Rhodi 70 cubitos altus fuit. pollicem eius pauci amplecti brachijs poterant, Plini. l. 34. c. 7. vbi plura talia habet. Quare idem Plin. eas moles turribus pares vocat, & Plutarch. ſtatuas immenſæ magnitudinis. ὁ κολοσσός· τὸ ἄγαλμα ὑπερμεγέθες: ὁ ἀνδριὰς ὑπερμήκης.* Coloſſea ſtatua, *Spartianus. Lamprid. ὁ κολοσσαῖος & κολοσσικὸς ἀνδριάς.* Coloſſicum ſignum, *Plin.* Coloſſæus Nero. *Plin.*

Obraz nie cáły wzroſt wyrażáiący. *ἡ προτομή. Heſychio, & Suidæ. effigies vmbilico-tenus expreſſa. Protome, Cal. Rhod. Henr. Steph.* vide **Obrázy przodków.**

Obraz przémálowány / ábo wyryſowány z-drugiego / vide **Konterfet.**

Obraz rzézány / lány / kuty / bałwan pogáńſki / zabobonny / ábo teß ná pámiątkę komu wyſtáwiony. Simulacrum è marmore, *Cic.* Lapis in Dianam factus, *Apule.*

Apule. i. Diana lapidea. Simulacrum aureum, *Lucretius.* Simulacrum ligneum, *Ouid.* Signum æneum Cupidinis, *Cicer.* E marmore ſignum. *Ouid.* τὸ σημεῖον, ἡ σημαία. Statua, *Cicer. Plin. Statua in loco publico aut conſpicuo ponebatur: ſignum in templis, vel in ædibus priuatis, & vel inciſum, vel affixum & incruſtatum, vel intextum in veſte, nec ſæpè integrum vt ſtatua.* τὸ ξόανον, τὸ ἄγαλμα, ἀγαλμάτιον, δείκελον, δείκηλον, ὁ ἀνδριάς, ἄνδος. *ſtatua viri potiſsimùm.* Statua *propriè, ſic dicta quia in loco publico, ob memoriam alicuius ſtatuebatur. Cicer.* Statuam equeſtrem inauratam in roſtris, aut in quo alio loco, in foro vellet, ei ſtatui placere. τὸ ἄγαλμα. *Ariſtot. Simulacrum è ſaxo ſcalptum, aut è robore dolatum. vt Cicer. ait. vel ſculptile, vt Ouid. Quintil. Signum: è marmore ſignum. Ouid.* Species ex ære, *Cicer. vide etiam* **Obraz** 1. & 7. & **Bałwan** 1.

Obraz z-pérſpektywą / Malowánie vkoſne. Catagraphum, *Plin. l. 35. c. 8. Catagrapha vocat obliquas imagines, & variè formatos vultus reſpicientes ſuſpicientesq́; & deſpicientes.* τὰ κατάγραφα. *Apud Catullum.* Catagraphoſque thynos. *in vulgaribus exemplaribus habetur. Sed Ioſ. Scalig. Tyrographos linteos legit, & interpretatur Sindones Tyrias acu pictas oras habentes.* καταγράφους ὄρνιθας, *apud Athenæum interprete Turneb. plumarum varietate pictas aues, & linum catagraphum, i. variè depictum, Turneb. & Muret. De iiſdem Vitruu. in proœmio libri 7. vbi vocat:* Imagines ædificiorum in ſcenarum picturis reddentes ſpeciem. *Item.* Picturas quæ in directis planiſq́; frontibus figuratæ, alia abſcedentia alia prominentia exhibent. *Item.* Picturas ad aciem oculorum radiorumq́; extenſionem, certo loco centro conſtituto ad lineas naturali ratione reſpondentes. *Huc pertinent illæ picturæ, quæ commutato ſitu, aliam & aliam imaginem exhibent. Poſſunt dici:* Picturæ allaſſontes, *quo modo Vopiſcus Calices vocauit allaſsontas, qui colorem ſitu vel lumine mutant.* τὰ ζωγραφήματα ἀλλοιοῦντα ſ. τὴν εἰκόνα. *Item picturæ illæ, quæ in lineis directo aſpectu in ſpeciem inconditis & confuſis, mira arte celant imaginem, quæ non niſi obliquata charta vel tabella picta deprehenditur.* τὰ ζωγραφήματα ἄτακτα, εἰκόνας ἀφανεῖς συνέχοντα. *i. pictura incondita, imagines latentes continens.* αἱ εἰκόνες ἀφανεῖς ἐν τῇ ζωγραφίᾳ ἀτάκτῳ κεκρυμμέναι. *i. imagines latentes in pictura incondita abſcondita. Pingunt & pueri imagines in ſummis chartarum marginibus modicè obliquatis & ab inuicem diductis, quibus iterum coæquatis & libro clauſo, nihil vel aliud quiddam à pictura diuerſum apparet, eo modo quo diximus de* **Piſmo táiemne** / *vide item* **Pierzem ſádzony.**

Obraz zwierząt wſzelákich ἡ προτομή. *Polluci. & 3. Reg. 9.* προτομαὶ μόσχων, *i. imagines vitulorum. Suid.* προτομαὶ λεόντων, *i. leonum.* Protome, *es. f. Cælio. Rhod. imago faciem animalium exhibens, quales eſſe ſolent in nauibus, armis, parietibus inciſæ, affixæ, incruſtatæ, veſtibus intexta, &c.* τὸ ζώδιον, *Heſych.*

Obraz żywy / do żywego wyrázony. ἠθικὴ εἰκών. Ethica imago vel ſtatua, *Cælio. Rhod. quæ non tantùm vultum, ſed etiam mores & affectum ad viuum repræſentat, & tantùm non ſpirare videtur. Virgil. vocat,* Spirantia ſigna: viuos de marmore vultus: ſpirantia æra. *Ammian.* Spirantia ſignorum figmenta. *Auſon.* Viua ſpecies vaccæ. *Propert.* Viuida ſigna Myronis: *Idem.* Animoſa ſigna Lyſippi, *i. animata.* ζωτικὸν πνέον, *vel* ἔμπνουν εἴδωλον, ζωτικῶς ἔχον, ζωτικῶς ἐζωγραφημένον. *Cicer.* Speciem oris ita formauit vt in ea reconditos mores penitus effingeret. *Idem.* Mutum in ſimulacrum ex animali exemplo veritas transfertur. *Petroni.* Cum naturæ veritate certantia, crederes animorum eſſe picturam. Iconicum ſimulacrum. *Sueton. in Caligula 22. pro imagine ad viuum coloribus & lineamentis expreſſa. Bud. & Læuin. ex Athenæo. apud quem* τὰ ἀγάλματα εἰκονικὰ *dicuntur. apud Plin. item l. 34. c. 4. ſtatuæ iconicæ ſunt, quæ (vt ipſemet interpretatur) ex membris victorum ſimilitudinem expreſſam habebãt. apud eundem l. 35. c. 8. Iconici duces picti, ſ. coloribus viuis. Plures & meliores libri apud Suetonium habent Iconium ſimulacrum, non Iconicum ait Læuinus.*

Obrázá / to czym ſię kto obráża / ábo obráźić może. Offenſus, *m. Senec.* Per huiuſmodi offenſus emetiendum eſt confragoſum hoc iter. *& Lucret. habet.* Vita in offenſu eſt, *i. offendiculo. Lambin.* τὸ πρόσκομμα, ἡ προσκοπή. Offendiculum, *Plin. iun.* Sunt in hac offendicula nonnulla, circumfer oculos & occurrent. Offenſaculum. *Lactant.* τὸ πρόσκρουμα, πρόσκρουσμα. Offenſio, *Cicer.* Nihil vt aſperitatis haberet, nihil offenſionis, nihil incluſum angulis. Offenſum. *Cicer. eſt id quod eorum qui audiunt voluntatem lædit.* τὸ σκάνδαλον. *Heſych.*

Obrázá / obráženie ábo obrażánie kogo (*quaſi actiuè* **ktorym ia kogo obrażam / ábom obráźił**) Offenſio alicuius, omnium ordinum: vito alicuius offenſionem. Concito, affero alicui offenſionem: ſum offenſioni. *Cic.* Offenſa, *æ. Quintil.* Cùm offenſam vereretur, ſi obiurgaret populi ſegnitiem, *i. ne offenderet. Cicer.* Sum in offenſa apud aliquem, *i. offendi. Inuidiam cum offenſione iungit Cicer. vt pro Cluentio.* Inuidiam atque offenſionem ſe timere ait, *i. ne offendat aliquos. Idem de Orat.* Habet nonnullam inuidiam cùm in oratione iudiciali numerus ineſſe dicitur. *Idem pro Plancio.* Inuidia verbi. *& Liui.* Abſit verbo inuidia, *i. offenſio, non offendat meum dictum quenquam.* ἡ πρόσκρουσις, ἔχθησις, προσκοπή. Læſio, *Cicer.* Conciliatio, læſio, optatio, purgatio, *&c.* **obrażánie** / *ipſa actio lædendi.* ἡ προσβολή.

Obrázá ábo obráženie od kogo / (*quaſi paſsiuè,* **ktorym mię kto obráźił**) Offenſio, *Cicer.* Corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt; animorum non item: Accipio ſine offenſione aliquid: deponere, obliterare offenſionem priuatam. *Idem,* Offenſio pedis: offenſio ex graui morbo. Offenſa. *Cicer.* Cùm tot eius offenſas pati non poſſem, diſceſſi. ἡ δυσπάθεια. *Patercul.* In offenſis exorabilis. τὸ πταῖσμα, ἁμάρτημα. Vulnus, *tr. Cicer. Virg. Ouid.* Læſura, *Sapientiæ 11.* ἡ βλάβη. Offenſiuncula, *Cicer.* Si qua offenſiuncula facta eſt animi tui. *Obſerua hanc vocem poſtremam poſſe etiam actiuè vſurpari vt & priores: vt enim accipere offenſionem & afferre offenſionem, à Cicerone dictum eſt, ita & offenſiunculam. Offendo, inis. pro offenſa, Afrani. Noni. priſcum.*

Obrażam kogo (*ná ćiele*) Lædo ferro aliquem, *vel* aliquid. *Plin. Virgil.* Contactu læditur, *Ouid.* σίνω & σίνομαι τι: ἄτω. v. **Szkodzę / Ránię.**

Obrażam kogo / *tr.* **obruſzam.** Lædo aliquem contumelioſè, ludibrio. *Cicer.* Lædere os alicui, *Terent. i. præſentem lædere, Donat.* Offendo animum alicui: offendo animos bonorum: ſenſum aliquorum: offendo contumelia aliquem: offendo in aliquo aliquem. Concito, contraho offenſionem alicuius: Cado in offenſionem alicuius. Eſſe in offenſa, vel in offenſione apud aliquẽ. Incurro in offenſionem & odium. Offenſioni ſum alicui. *Cicer.* βλάπτω τινά: προσκοπήν τινι δίδωμι, προσκρούω τῷ φίλῳ. Vulnero aliquem voce: Exulcero gra-

tiam alicuius. *Cicer.* Radere aures delicatas, *Quintilia.* Confricare ſenſus iudicum, *Gell. Cato. Nos vicino ſenſu dicimus.* Nátrzéć komu vſzy. *Hoſtire voluntatem alicuius, i. offendere, Noni. ex Pacuu.* Suſcipere offenſionē apud aliquem, *Cicer.* ἰάπτω λυπῶ. Verbis odia aſpera moui, *Virgil. Iniquo, as. Laberi. Æquum animum indignanti contumelia iniquat, priſcum.*

Obrażam śie w-co/ w-rekę/ w-nogę/ obrażam rekę/ nogę / &c. Oblædo manum, *Plaut.* Lædo oculos, *Hora.* Lædor: læſus dente ſerpentis. *Plin.* Læſum cor vulnere, *Ovid.* ὑποβλάπτομαι. Offendo ad ſtipitem, *Colu.* προσκόπτω τῷ, ἢ πρὸς τόν. Offendo ad fornicem caput. Offendo latus, *Cicer.* Si quis in opere ſauciatus noxā cepit, *Colu. Fungor, pro patior, priſcum eſt. Lucret. Inane manet intactum nec ab ictu fungitur hilum.*

Obrażam śie / *tr.* obruſzam śie. Offendor vitio alicuius. Offendit me loci celebritas: offendit noſter labor aliquem. Si in me aliquid offendiſtis. *Cicer. Buda.* Ieſliśćie śie w-czym do mnie obráźili. Accipere offenſionem: offenſioni mihi eſt aliquid: offenſio facta eſt animi mei peruerſitate aliquorum. *Cicer.* Lædor, *Ovid.* Læſus crimine, *Cicer.* Læſa dignitas. ὀχθίζω, ὀχθέω, προσοχθίζω, δυσχεραίνω, προσκρούω, προσπταίω τῷ. Accipio aliquid intemperanter, aſperè. *Tacit.* Durius id accepit, *Terent.* Obráźił śie tym. Facilè fit quod illi doleat, *Ter.* Obráźi śie lédá czym. Perturbor aliqua re. Magna in offenſa apud me eſt. Offendit apud me. Incurrit in offenſionem & odium meum. *Cicer.* Mam obráźę / abo ieſtem obrażony od niégo / obráźił mie.

Obrazék / Icuncula, *Sueton. in Neron. c. 56. vt ſcribit Leuin. Ioan. Bapt. Egnat. & Rob. Steph. imagunculam ibi ponit Beroald. & Sabellicus. acunculam alij ab acu, alio ſenſu* Igiełká. τὸ εἰκόνιον, ὁ ἀνδριαντίσκος. Sigillum, *Cic. ſupra.* Sigillarium, *Sueton. Arnob.* Sigilliolum, *Arnob. lib. 6.* τὸ ἀγαλμάτιον. Sigillaria *Suetonio, parua ſigna ex metallo, muneri dari ſolita, ſeu munuſcula ſigillorum.* Sigillaritia *Spartiano eadem.* Sigillaria *Macrobio, dies quibus ſigilla mittebantur, Lucil. & Scaligero Feſtum ſeruorum poſt Saturnalia. Sigillaria Gellio locus vbi ſigilla vendebantur.* Oſcillum, *Macrob. & Martin. de Roa. apud Virgil. ſic legit & intelligit.* Oſcilla, σημάτια. *Auſon. figuræ variæ Mathematicæ connexæ vertibulis, varias formas motæ exhibentes in conuiuio.* Tabella, *Cicer.* Tabellis ornare aliquem locum, *Plin.* Tabellæ pictorum. *Subſilles, ſubſiles, ipſulles, ipſiles, ſunt lamellæ ſpecie virorum vel mulierum in ſacris adhiberi ſolitæ, Feſt.* Ipſullices, *eadem Feſto. Ipſiplices ſcribit Scaliger. Gotfred. quaſi* αὐτόπτυκτα, *nam in Gloſſar. vet. eſt ipſiplices* αὐτόπτυκτα φύλλα. *i. ſponte plicata folia. Idem Scalig. apud Apuleium eodem ſenſu legit. Auriplices bitortilæ. & P. Colum. i. in lamellis effictas imagines.*

Obráženie / v. Obráźá.

Obrazki / Obraſki / Aronowa brodá / Diablik / Wężożownik biały. Aron, *vel* Arum. *n. &* Aros, *fe. Plini.* τὸ ἄρον. *Dioſcor. eſt duplex maius de quo iam dictum, & minus quod Ariſarum.* τὸ ἀρίσαρον. *Plinio.* Aris, *ios. fem.* ἡ ἀρίς, ἰδος. Calix, *icis. Plin. l. 17. c. 8. (vt legit Dalecamp. pro Calla) duo eius genera, Aro vel Ariſaro ſimilis, &* Anchuſa ſeu Rhinoclitia, *al.* Rhinochiſia. ὀνόκλειαι *Dioſcoridis intelligit Dalecamp.*

Obráźliwie / Odioſè loqui. Inuidioſè aliqua dicuntur. *Cicer.* ἐπιφθόνως. ἀζημίτως.

Obráźliwy / obrażaiący łácno. Inuidioſus, *Cicer.* Inuidioſum id ad bonos. Inuiſus: inuiſa oratio. *Cicer.* Inuiſo dente carpere, *Horat.* ὁ, ἡ ἐπίφθονος. Odioſus orator & loquax: odioſum verbum. *Cicer.* ὁ, ἡ ἀζημίωτος. Res ardet inuidiâ, *Cicer.* Habet offenſionem hæc res apud aliquos, *Plin.* Acriter infeſtat ſenſum res aliqua, *Lucr. Noni.* Offenſus, *actiuè, pro eo qui offendit alium, apud Cicer. Horat. Sueton. accipiunt Buda. Lambin. Cruquius. Leuinus.* ἔχει πρόσκρουσμα: ἔχει φθόνον: προσκρούειν εἰωθὸς ῥᾳδίως προσκρούει, βλάπτει. [προσκρουστικόν ἐστι. Aculeatus: Aculeatæ literæ. *Cicer.* ὁ κεντηλικός, ὁ. παροξυντικός, ὁ. *At Offenſor ſubſtant. Arnobi. quaſi* Obráźiciel/ Winowáycá.

Obráźliwy / co śie łácno obraża. ὁ ὀξυκίνητος, *qui facilè exacerbatur.* ὁ, ἡ ἐπιπονής, ἐος. *qui facilè læditur, cui facilè nocetur.* v. Niećierpliwy / & Roſtoſzny 2.

Obrázoborcá / ὁ εἰκονομάχος, εἰκονοκλάστης, *v. Iconomachus, Iconoclaſta, æ. m. apud SS. Scriptores. i. Imaginum oppugnator, violator.*

Obrázoborſtwo / ἡ εἰκονομαχία. Iconomachia, Oppugnatio imaginum.

Obrážony / Offenſus: offenſa voluntas populi: vehementer offenſus ab aliquo. *Cicer.* προσκεκρουμένος. Saucius animus. Exulceratus animus, homo. *Cicer. tr.* v. Poruſzony/ Rozgniewany.

Obrazy przodkow zacnych / porządkiem rozſtáwione. Imagines maiorum, *Cicer. Saluſt. Plin.* Ceræ veteres exornantes atria, *Iuuenal.* τροπικῶς *materia poſita pro opere.* τὸ κήρινον πλάσμα *vel* ἐκμαγεῖον: ἡ κηροπαγὴς εἰκών: τὰ κηροπλασθέντα. [τὰ κηρόπλαστα. *quia imagines hæ ex cera fiebant (non ex ære, marmore, vt ſtatuæ) & ponebantur in armarijs atriorum, nec totum hominem repræſentabant, ſed vultum potiſsimùm aut humerorum-tenus. hæ feſtis aut lætis diebus ornabantur ſertis, floribus, laureis: & in funeribus gentilitijs comitabantur cadauer. Alexand. Neapolit. ex Plinio. addit Lipſi. has imagines non ſolitas poni, niſi ijs qui magiſtratum curulem geſsiſſent. Subſcribebantur ijſdem honorum & rerum in magiſtratu geſtarum indices, Plin. quos titulos Liuius vocat, addebatur & nomen, prænomen, cognomen, & gradus progeniei, ait Dalecamp. & hæc ait dicta ſtemmata, quod ornarentur coronis circumpictis, niſi & veras coronas intelligere velis, apud Plin. qui ait:* Stemmata lineis diſcurrebant ad imagines pictas, *i. funiculis, filis appenſa, aut iuxta alios, ſerie æquali ad lineam protenſa: de his ſic Seneca 3. de Benefic.* Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine ac multis ſtemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis quàm nobiles ſunt. τὸ στέμμα. *de ſtemmate item* v. May 2. *Aliæ imagines erant foris affixæ poſtibus cum ſpolijs hoſtilibus, de quibus & Alexand. Neapol.* v. Linia rodu.

Obraz czynie / odbiiam / wyrażam. Imagino, *as. Gelli.* Speculum imaginat, *i. vt idem explicat,* facit imagines. εἰκονίζω. *Polonicè aptiùs dices:* Zwierćiadło odbiia / wydaie kſztałty/ figury / rzéczy przećiw ſobie ſtáwionych. v. *in* Odbiia śie słońce *Latinas locutiones.*

Obrebuie / v. Obcinam.

Obrecz/obrączká do pobiiánia ſtátkow. Circulus ligneus, ferreus, *Plin.* Cingere vaſa circulis. ὁ κύκλος. *Polybio.*

Obrocznego vrząd / v. Száfarſtwo.

Obroczny / *adiect.* obrokowy. Cibarius: panis cibarius. *Cicer.* ‖ Oleum cibarium, *Colu.* Vinum cibarium, *Varr.* [ὁ σιτηρέσιος. *Annonarius, Veget. Annonariæ ſpecies.* ὁ σιτωνικός. *ad annonæ præfectum pertinens, Diætarius, apud IC. qui cibum diurnum accipit.* Obrocznik / co obrok bierze. *Vicinum* Czeládny / Rozchodowy.

Obroczny / *ſubſtant.* ὁ σιτοδότης, ου, ὁ σιτονόμος, *i. frumenti diſtributor.* ὁ σιτάρχης, σιτομέτρης, ου. ὁ κρεωδότης, κρεωνόμος, *i. carnium diſtributor,* vide Száfarz/Strawny.

Obrodzenie / Prouentus: prouentus cuniculorum: prouentus triferus ficuum. *Plin.* Vbertas frugum, vuarũ, fructuum. *Cic.* ἡ εὐθηνία, πολυκαρπία, εὐκαρπία, εὐφορία, φορά. Germinatio, *Plin.* Nimia germinatione elaſſeſcit arbor. ἡ εὐβλαστία, εὐβλάστεια. Germen: denſante ſe frondium germine. *Plin.* Autumnitas vinetorum & oliuarum, *Arnobi.* Ex oliuis & vinetis autumnitas plena funditur. v. Urodzay.

Obrodźiły / co obrodźił. Fetus, *Cicer.* Terra feta frugibus. *Ouid.* Ager fetus. ὁ, ἡ εὔκαρπος, εὔφορος, πολύκαρπος. Vber, *Horat.* Vberes fruges. ὁ, ἡ εὔβλαστος, εὐβλαστής, έος.

Obrok / Cibaria, *orum.* Cibaria menſtrua, *Cicer.* Cibus diurnus, *Claudian.* ὁ σῖτος ἐφημέριος vel καθημέριος. Dźienny obrok. Diurnum, *Senec.* Diarium, *Martial. Vlpian.* τὸ ἡμερήσιον. Annona, *Veget. ab anno ducit Sipontin. & vocat alimoniam vnius anni non frumentariam ſolùm, ſed & aliarum rerum.* Cibaria annua, *vocat Cato,* τὰ σιτία ἐτήσια, *vel* ἐνιαύσια. Annona ſalaria, *Liui. Annonam ſeptemdecem diebus ſufficientem portabat quilibet miles Romanus in humeris præter arma, Ammiano teſte. & Cicer. plus dimidiati menſis cibaria ferre ſolitos ſcribit.* Salarium, *Vopiſc. pro annona omnis generis, vt panis, vini, olei, carnium, &c. & victu annuo, à ſale ducta vox teſte Plin.* ἁλατικόν, ἁλάριον *recentioribus Græcis, vt v.* Jurgielt *diximus.* Iuſta, *orum. Colu. l. 1. c. 8.* Paterfamilias quærat, an ex ſua conſtitutione iuſta percipiant, (*operæ*) atque ipſe panis potioniſque bonitatem guſtu exploret. Demenſum, *Plaut. Terent. à menſe ducta vox: ſeruorum cibus in menſem dari ſolitus, Donat.* Vos meminiſtis quot Calendis petere demenſum cibum, *Plaut. Dimenſum alij legunt à dimetior. Diurnum cibum intelligit Spartian. Coluius. &c.* τὸ μέτρημα, σιτομέτριον. *Erat autem dimẽſum Donato teſte, quatuor modij farris, vel quinque modij, vt Seneca ſcripſit, & quinque denarios præterea addidit, ſed de honeſtioribus, vel vtilioribus ſeruis loqui eum putat Leuin. (ſed modius non eſt* korzec / *ſed minor multò menſura, vide Indicem.) Diurnum quod victui dabatur quotidie, erat libra farris, vt inſinuat Horat. 1. Saty. 5. & Nonius ex Titinn. Selibra farris, diurnus cibus erat pauperum aut parcorum, Sueton.* Canon, *Saluiano idem quod demenſum, Coluius. Diæta, Rhodigin. cibus diurnus.* Sportula, *æ. Martial. Iuuen. Sueton.* μετωνυμικῶς, *pro cibo vel pecunia à Principe vel priuato hero, aut amico opulento tenuioribus in ſportulam imponi ſolita. Sportulæ opponit Martial. cœnam rectam, i. ſalario crudo, cibum coctum. l. 8. epig. 50.* Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt, *i. data eſt cœna cocta, lauta, Rader. Poteſt hîc poni &* Viſceratio, *Cicer. Liu. licet extraordinaria, diſtributio carnis populo à Principe vel è publico in ſolennitate, vel funere fieri ſolita, Sipontin.* [ἡ σπλαγχνοτομία] *vel potiùs* κρεωδαισία, κρεανομία, κρεωδοσία, κρέως διανομή, κρεονομία. κρεανομέω, *carnes diſtribuo.* Viſceratio *apud Cicer. ſonat diſtributionem carnis, cùm ait:* Prodigi viſcerationibus, gladiatorum muneribus pecunias profundunt. *At apud Liu. & Gell.* Ipſas carnes cùm aiunt viſceratio populo data. ἡ κρεωθοινία. *Suida.* Viſcerare eſt carnem populo diſtribuere, *Sipontin. & apud Noni. Varro de agricola.* Sed is viſcerat legumina, rapa, cicer, eruiliam, cæpe, allia, *&c. tralato ſenſu per iocum. Sic legit & intelligit Palmerius, & Gotfredus.*

Obroná / budowánie wyſtáwione dla obrony / twierdza / zamek / mur / párkan / wał / *&c. quæ vide ſuis locis:* Munitio, *Cæſar.* Munitionibus ſepire vrbem. Munimen. *Lucan. Virgil.* Munimentum, *Tacit. & Liu. qui foſſam etiam vocat munimentum.* τὸ τείχισμα, ἔρυμα, ῥῦμα: ἡ ὀχύρωσις, ὀχυρία, τὸ ἐχύρωμα: ὀχύρωμα, ἡ ἐχυρότης, ὀχυρότης. τὸ φυλακτήριον. Tutamentum, *Liuius.* τὸ προβόλαιον.

Obroná / *tr. vel extra ædificia.* Propugnaculum ſenectutis ſocietas hominum: *Cicer. Idem, propugnaculum vocat argumentum aduerſarij in iudicio Verris. Idem,* Galliam propugnaculum vrbis Romanæ. *Idem,* Claſſem, propugnaculum Siciliæ & præſidium prouinciæ. *Idem,* Legem, murum & propugnaculum *appellat.* ὁ προμαχεών, ῶνος. Arx, *tr. idem Cicer.* Leges, vrbem Romanam, & Africam vocat arcem. ἡ ἄκρα. Præſidium innocentiæ, pudoris, amicorum, præſidium in virtute. *Cicer.* τὸ φρούριον. *tr. Epigram.* ἡ ἀλεωρή. Ara, *tr.* Ara legum, *Cicer.* ὁ βωμός, φύξιμος, *Plutarch. i. ara refugij.* Tutela, *Cicer.* Eſſe in alicuius tutela. *Horat.* Rerum tutela mearum. *Liu.* Deſperata vrbis tutela. ἡ ἐπιτροπή. ἐπιτροπεία. Fides, *Cicer.* In fide alicuius eſſe: accipere aliquem in fidem. *Terent.* Commendare ſe in clientelam & fidem alicuius. ἡ πίστις. Patrocinium repentinum: patrocinium orbis terræ, potiùs quàm imperium poterat nominari, *Cicer.* ἡ πρόσκλησις. πατρωνεία, *Plutarch.* Tutamen, *Virg. vicin.* Opieká.

Obroná / (*actio*) *vt* Zábić kogo w obronie / *i.* broniąc śie / vide Bronienie.

Obrona słowna. ὁ ἀπολογισμός. Apologiſmus, *Cic. Bud.* Defenſio, *Cicer.* Ad iſtam omnem orationem breuis eſt defenſio. *Idem,* Tu potes in defenſione tua dicere. ἡ ἀπολογία. Apologia, *Apulei.* Cauſæ dictio, *Cæſ.* ἡ δικοδοσία, ὁ ἀπολογητικὸς λόγος. *& abſol.* ὁ ἀπολογητικὸς *ſubaudito* λόγος. *Iuſtinus Martyr apud Suidam. Apologeticus etiam Tertullian. Apologeticum, Iſidor.* ἡ δικαιολογία. Dicæologia, *Rutil. Lupo. i. prolatio in medium æquitatis cauſa.* Patrocinium controuerſiarum. *&c.* Propugnatio in iudicio innocentis. *Cicer.* τὸ ἀπολόγημα, *id quod pro defenſione affertur. vicin.* Oczyśćienie słowne.

Obrońcá / Defenſor; propugnator; patronus ciuitatum, prouinciæ, Senatus commodorum. Conſeruator vrbis, patriæ. Seruator vrbis, mei capitis. *Cicer.* ὁ ὑπέρμαχος, ἀλεξητήρ, πρόμαχος, προστάτης, ου. ὑπερασπιστής, οῦ. Protector, *Firmic Spartian.* ὁ σκεπαστής, οῦ. Tutor finium, *Horat.* Tutanus *Varroni, deus quidam qui omnes laborantes tutari putabatur, Turneb. Tutilina dea ſimilis, Varr. al. Tutelina.* Manſtutor, *Plaut. qui manu tuetur, Turneb. Lambin.* Aſſertor, *Sueton.* Accommodare ſe aſſertorem veritati. *Transfert Cicer. ad hominem etiam ſuprà poſita.* Propugnaculum, præſidium, *vt propugnaculo ſum alicui, &c.* Defenſtrix, *f. Cicer. apud Priſcian. & Andre. Patriti.* ἡ προστάτις, ιδος. obronićielká. *Tutelina ſuprà.* Vindex honoris. *Plaut.* Vindex libertatis. *Cicer.* Patrona, *Cicer.*

Obronić kogo / *plùs quàm* bronić *ſonat, ſ. actum perfectum.* Protegere, *Sueton.* Vix pauci complexu togæq; obiecta protexerunt. Prohibere vim à ſe. *Plaut.* Prohibere vim ab aliquo, *Cæſ.* τὸν βιαζόμενον ἀπωθεῖν. Suſtineo, *Cicer.* Suſtinere poſſe cauſam alicuius: ſuſtinui ſenatus auctoritatem contrà inuidiam atq; defendi. zatrzymałem ná ſobie. ὑφίσταμαι βίαν: ἀμύνω τινὰ κακοῦ. *Defendere, eripere aliquem à malo.* ἀμύνομαι τὸν & τήν. *Propulſo iniuriam à me, ab alio, Cic.* vide Odeymuię kogo.

Obronno *de loco vel ædificio.* ὀχυρῶς, ἰσχυρῶς. *firmè, firmiter.* εὐερκῶς.

Obronno *de perſona, vt* **obronno przyßedł.** Cum præſidio venit. *Cicer.* σὺν τῇ φρουρᾷ. *Recte hic vſurpabis Adiectiua armatus, ſtipatus, ſeptus, vallatus, munitus amicis, ſeruis, loco Aduerbiorum cùm deſunt, vt diximus* v. **Częſto.**

Obronno czynię / vide **Obwodzę murem.**

Obronny / obronę máiący. Munitus, *Liu.* Arx munitiſſima. *Cicer.* Munitiſſimum oppidum. Permunitus, *Liu.* Permunita caſtra. Emunitus in modum arcis, *Liu.* ὁ, ἡ εὐερκὴς, ὁ ἰσχυρὸς, ὀχυρὸς, ἔμφρουρος, præſidijs munitus, *Cicer.* Armatus: vrbs muris armata. *Cicero.* Munitus à rebus letalibus. *Lucret. i. noxijs.*

Obronny / obronię ſłużący / ábo ktory broni. Tutelaris, *Macrob.* Dij tutelares. ὁ ἐπιτροπικός. σκεπαστικός. Præſidialis, *Ammian.* Præſidiarius, *Liui.*

Obroſty / vide **Wchem obroſty / Obraſtam.**

Obroſtnicá drzewo. *Duplex eſt apud Matthiolum. Maior quæ dicitur* Lotus, *Plin.* ὁ λωτὸς, ῦ *latiſsimè creſcit, ceraſo ſimilis, durat diu, viſa eſt annorum amplius 450, fructus eius tam dulcis eſt, vt nomen genti terræq; dederit, ſiquidem Lotophagi* οἱ Λωτοφάγοι *ab ea dicti quidam Africæ populi, & celebris eſt hoſpitali aduenarum obliuione patriæ, vbi hunc fructum aut vinum expreſſum guſtauerint, ex Plinio. Minor à Matthiolo Pſeudolotus dicitur. ſed plures eius ſpecies apud Plin.* Λωτὸς *item Proclo,* Herba ſoliſequa, *ad eius ortum ſe expandens, & à meridie ad occaſum complicans.* **Słonecznik** *dicas.*

Obrot / vide **Obracánie.**

Obrot / ná ktorym ſię co obraca. Cardo cæli, *Vitru. Ouid.* Cardo temporum ver, æſtas, autumnus, hiems. *Plin. &* Cardo litis, cauſæ. *tr. Quintil.* ὁ πόλος. Polus, vertex cæli. *Plin. Virg.* Verticulum *aut* verticula, *apud Vitru. nam in obliquo vſus eſt* verticulis, *incertum à quo themate.* v. **Kołowrot / Bięgun** 2. 3. *& ſequentia hic.*

Obrot w-ćiele/ Vertebræ pedum, crurum. *Senec. Sipont.* Vertebræ imbricatæ inſectorum, *Plin.* ὁ στρόφιγξ. γγος. στροφεὺς, έως.

Obrotnie / ἐπιστροφάδην, ἐπιστρεφέως, ἀμφιδεξίως. Strenue, *Curti.* Reuocatoq; ſtrenue *&c.*

Obrotność / ἡ εὐστροφία *facilitas ad verſationem recipiendam. Verſabilitas caret auctoritate,* Volubilitas, *Cicer.*

Obrotność ábo obracánie/ ruſzánie przyiemne/ przyſtoyne w-człeku. Palæſtra, *æ. Cicer. Quint* ἡ παλαίστρα. *decentia ſtatus, motus, flexusq; corporis cum venuſtate & lepore, quā qui ignorant* ἀπάλαιστροι (**grubi**) *dicuntur Bud. ex Cic.*

Obrotny/ co ſię prętko ábo dobrze obraca. Verſatilis, *Plin. de mola.* Verſatilis mundus, *Lucr.* Verſatile ingenium, *tr. Liu.* Verſabilis homo ad omne momentū: verſabiles motus fortunæ, *Ammian.* Verſutus: verſuta rota figuli *propriè. Lambin. Taubman. ex Plauto, qui de homine dicit, tr.* Verſutior quàm rota figuli. *&* Pro rota illo vti licet. Verſabundus turbo. *Lucret.* ὁ, ἡ εὐστρεφὴς, ἐπιστρεφὴς, εὐστρεφὴς, έος. ὁ, ἡ εὔστροφος. εὔστρεπτος: ὁ στρεπτὸς, κυλιστὸς, ῦ. ὁ ἡ περίκυκλος, περίστρεπτος, περιάγωγος, εὐδίνητος. περιδίνητος. πολύστροφος, περιφόρητος, ἀμφιέλικτος. εὐάγητος. Actuoſus hiſtrio vel ſaltator, *Feſt.* Streptos *vna cum ſole circumagitur. Plin.* ὁ στρεπτός. Volubilis, *Cic.* Cælum volubile.

Obrotny w-zad / Reciprocus amnis. reciprocum mare. *Plin.* Reciprocus motus, *Senec.* Reciproca tela, *Varr.* Reciproca argumenta, *Gelli.* Retrò valent argumenta, *Quintil.* ὁ ἀντιστρέφων, οντος. *Reprocus, idem quod Reciprocus. vt concipilo & compilo, incitego & intego, Scaliger.*

Obrotny w-koło. ὁ κυκλοφορικὸς, κυκλοφορητικός. Rotabilis flexus, *Ammian.* Verſatilis axis, *Eccleſiaſtic.* 33. στρεφόμενος. *Vertillabundum cælum, & vertillans rota, Rhod.*

Obroż / Millus, *inquit Feſtus, eſt collare canum venaticorum ex corio, confixum clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum.* Millum *ait Varr. eſt cingulum circum collum (canis) ex corio firmo cum clauulis capitatis, &c. Melium ſcribit Paſſerat. Commelin. Melium aliqui teſte Paſſeratio. & Rhodigin. Scalig.* ἡ μηλωτή. Armilla, *Paſſerat. ex Propert. apud quem* Canes armillati colla. **Obroż ná ſzyi máiący.** ὁ δεραίαμβος: Collare canum. *Varro.* τὸ περιδέραιον, ἡ λαιμοπέδη, ἡ κυνάγχη. *quaſi ſtrangulans canem.* ὁ τελαμών. ⸿ *At* αἱ τελαμονίαι, *Polluci.* αἱ στελμονίαι, *Xenophon. faſciæ vel baltei coriacei quibus latera canum muniuntur.*

Obruchać co / ab obruchywam/ *propriè. Firmum aliquid ſæpe agitando, inflectendo, trudendo, commouendo labefactare. Sed & ſimpliciter Labefactare Latini dicunt.* Labefactare ſtatuam, *Cicer.* Labefacere dentes, *Terentius.* ἐπισφάλλω, διακινέω, ῶ. τὸν. Quaſſo, *Plin. iun.* Quaſſata monumenta. Quatefacio, *Cicer. tranſtulit ad hominem.* τὰ πάγια *vel* πεπηγμένα διασείειν: τὰ ἑδραῖα σείειν διασαλεύειν. *firma agitando labefacto.*

Obrus/ Mappa, *æ. ſic dicta quod à manibus in menſa pendeat, Sipont. at Iſidor. Mappæ inquit, ſunt conuiuij & epularum appoſitarum quaſi manuppæ, alij libri habent manupiæ, alij manubiæ, ſed incertum ad quid alludat. Apud veteres Latinos immò & apud Iſidor. & Sipont. mappa eſt id quod nobis* **Serwetá/** *vide iſtic teſtimonia. quare hoc loco, mappam magnam propriè dixeris totam menſam tegentem, vt Iſidor. Toralia vocat longas perpetuas mappas, à toro dictas.* ἡ ὀθόνη ἐπιτραπέζιος, τὸ περιβόλαιον ἐπιτραπέζιον: τὸ λέντιον ἐπιτραπέζιον ἀμφίκροσσον *linteum menſale vtrinq; fimbriatum.* Mantile, *vocat Mart. l. 2. epig. 29. & lib 14. epig. 138. nam & tegendis menſis & tergendis manibus ſeruiebat, Rader. Cerda in 4. Georg. & patet ex ſequentibus. Iſidor. mantelia vel mantilia inquit nunc pro operiendis menſis ſunt, quæ olim tergendis manibus præbebantur, vt nomen ipſum indicat, vel à mandendo quaſi mandelia.* ⸿ *Varroni mantelium, quaſi manuterium. vel manutergium. Petr. Bleſſen.* ⸿ *Feſto mantelia quòd manu tractentur. Pro* mēſali linteo accepit mantile *Lāpr. v. ſuprà* **Włoſzenie potraw/** *& Trebell. de Gallien.* Mantilibus aureis *inquit* ſemper ſtrauit, *ſ. menſam. Addebantur mātilibus claui* (**guziki/ ſtrzepki/ kutaſy.**) *è cocco, purpurâ, vel auro, vt alijs veſtibus, Caſaub. ex Vlpia. & apud Petron. fit mentio mappæ laticlauiæ. Lāprid. in Alexandro Seuero mantilium cocco & auro clauatorum meminit. mantelia etiam ſcribit hic Caſaub.* ⸿ Lintea villoſa, & Gauſapa villoſa, *vocat Mart. l. 14. quibus menſæ inſternebantur, pretioſiores duntaxat vt citreæ &c. ſimplices autem non item, vt idem inſinuat dicens: non eſſe damnum, ſi relinquatur in menſa circulus à lagena: alioqui etiam circulus ligneus ſupponebatur lagenæ,* Incitega *Feſt. diſcus aut circulus ligneus, interpr. Scalig. At Rader. incitegam pauperum mappam intelligit. Nam incitego pro intego dicebant. Illud Virg.* Tonſisq; ferunt mantilia villis. *in 4. Georg. ad manus tergendas refert Cerda, at in 1. Æneid. ad menſam potiùs tegendam, vbi addit: mantilibus menſas cooperiri ſolitas, & eadem pectori prapandi ne veſtes inquinarentur.* τὸ χειρόμακτρον λεῖον *vel* ἀμφίμαλλον. *Mantile læue vel villoſum. Græci non tegebant menſas, ſed eas poſt epulas ſpongia detergebant, Plaut. Menæchmis. Mart. Ouid. Horat. Homer. Odyſſ. 1. Latini tegebant aliqui, vt ſuprà dictum. adde Mart.* Menſas Olle bonas ponis ſed ponis opertas, *&*

Horat 2. Serm plura ſi placet leges apud Fulnium Vrſinū. & Ciacconum. **Obruſek** *aliqui reddunt* Mappulam, *ſed vide* **Serweta**.

Obrußam kogo / vide **Obrażam kogo** 2. **Gniewam kogo / Drażnie.**

Obrußam śie / vide **Obrażam śie** 2. **Márkotno mi / Poruſzam śie** 1.

Obrußenie *propriè.* **obruchánie.** Labefactio, *Plinius.* [ἡ παρακίνησις.

Obrußenie / *tr.* vide **Porußenie** 2.

Obrußny / co śie łácno obruſzy. ὁ, ἡ εὐτάρακτος. *perturbatu facilis. Aliter* **Co śie da obruchác.** Quaſſabilis, *Lucan.* ἔνσειστος, εὐσάλευτος.

Obrußony / vide **Porußony.**

Obryknąć śie ná kogo / v. **Obrzucam śie.**

Obrywácz owocu / Legulus: ſtrictor (*oliuæ*) *Cato. Varr. vt ſcribit Turneb. & Commelin. Leguleus putat ſcribendum Robert. Conſtant. ex D. confirmans.* ὁ καρπολογῶν, ῶν. οῦντος. ὁ καρπολόγος. Auulſor, *Plin.* ὁ ἀποσπάων, ῶν. *At* ὁ παρατίλτης. *Depilator,* **Obrywácz włoſow.** *in Lexico Græcolatino.* παρατίλτρια. *Depilatrix.* Dropaciſta. δρωπακιστής. *Gloſſar.*

Obrywam owoc / kwiatki / *&c.* **zbieram.** Decerpo fetus arborum, *Plin.* Decerpo folia, *Colu.* Decerpo flores, *Lucr.* Decerpo fructus, *Horat.* Lego oleam, *Cato.* Lego mala ex arbore, *Virgil.* Lego poma ab arbore, *Tibul.* Lego fructus, *Horat.* Carpo poma, *Virgil.* Deligo ficos: deligo glandem, oleam. *i. colligo, Feſt. decerpo, lego, carpo. Paſſerat.* Deligere altra manu, *Propert. i. legere, Paſſerat.* Deligere vngue roſas, *Ouid.* Lectito flores, *Arnob.* δρέπω, δρέπομαι ῥόδον, τὰ ἄνθη, & τῶν ἀνθέων: ἀποδρέπω, ἀποδρέπομαι τί: καρπολογέω, ἀπολέγω, ἀναλέγω, ἀναλέγομαι τί. Vello poma manu, *Tibull.* Interuello poma, *Colu.* Vindemio vineam, *Pli.* τρυγάω τὴν σταφυλὴν, τὰ σῦκα τῶν σφενδόνων. *vindemio vuas, ficus fundu. vel ſtringo, vt Plin. dicit.* Stringo glandes. ἀποξύω τὰς βαλάνους. Vindemias colligo, *Plini. iun.* τὴν τρύγην συλλέγω. Cogo oleam, *Cato.* Coactis vindemijs, *Vlpian. Defloro eſt proprie flores lego,* ἀπανθίζω τί. ἀνθολογέω, ἀνθέω, ῶ. τί. *&* δρέπω *ſuprà. Liuius* defloro *ad gloriam tranſtulit, & Gelli. ad fructum gaudij.* Colligo roſas, *Virgil.* Deuello, *Plin. de violis.* ſi deuulſa crebrò, prohibeantur in ſemen abire. Pampino vineas, *Plini.* Decerpo ex ſarmento coles, *Varro.*

Obrywam włoſy / Vello comam, barbam. *Martial.* Pilo, *as. cum quarto caſu, Mart.* Expungo genas, *Martial. i. depilo, Rader. al. expingo.* Subuello, *Lucil.* Compilo & expilo, *Sipontin. à Pilo, as. ducit, aliter alij.* ἀποψιλόω, περιψιλόω, ῶ τί. ἀποτίλλω, περιτίλλω πώγωνα, κεφαλιῶ. Depilo, *Lucil.* καταπιττόω, *i. pice illita pilos è partibus corporis quas natura veſtitas eſſe voluit euello, quod fuit Cinædis vſitatū, quos ea de cauſa arguit S. Clemen. Alexadr. lib. 3. Pædagog. hoc verbo vſus.* οἱ σφᾶς καταπιττοῦσι καὶ τὰς τρίχας, *&c. & alibi,* ὥσπερ ἱερεὺς ὁρῶ κιναίδους ἐνθάδε πολλοὺς ἐν ἄστει πεπιττοκοπημένους. *Quanquam hæc dictio etiam ſignificet apud Græcos pice corpora hominum torquere. Hoc ſenſu Plato in Gorgia,* ἀνασταυρωθῇ ἢ καταπιττωθῇ *dixit. Et Plaut. At pol te pix atra agitet apud carnificem. ſignificat & picare aliquid* v. **Smolam.**

Obrywam co / *tr. i.* **Niesłuſznie / chytrze / vrywkiem czégo doſtáie / nabywam.** Abrado aliquid alicunde, *Teren.* Abrado ab aliquo aliquid, *Cicer.* Nihil inde abradere poſſunt. **Oſtrobac / okroic /** *tr.* περικείρω, περιξύω, ἀποξύω, ἀποψιλόω, ἀποξέω τι. Sine corollario non diſcedere, *Polydor. Virgil.* Detergere aliquid, *tr. Cicer. l. 14. ep. 10. famil.* Primo anno L X X X. deterſimus, *i. cepimus, Manut. loquitur de reditu annuo ex bonis Cluuianis.* Decutio argentum, *vt nos* **zbić groß /** *Plaut.* Ex occluſo & obſignato armario, decutio argenti quantum mihi lubet. ἀποξέσαι, ἀποκόπτω τι. *Harpax aliquid facere, pro harpagare. vtrumq; eſt Plauti.* Apage te Harpax. (*nomen proprium fictum ſycophantæ*) haud places, huc quidem hercle haud ibis intrò, ne quid harpax feceris. **byś czégo nie vmknął.** ἁρπάζειν, ἁρπάζεσθαι. Operæ pretium aliquid facio, *Liui.* Facio aliquid quod operæ pretium ſit, *Cic.* πρὸ ἔργου, *vel* πάρεργον τι ποιεῖν. *Peculium aliquod conficere, Plaut. vicinum* **Zyſkuie / Vrywam** 3. *v. &* **Obrywká.**

Obrywam *tr. aliter. Comminantis affectu, vt,* **Ey obérwieß co / i. Vdérzą ćie / náłáieć / doſtánieß śie co / abo w-łéb.** Caue ſis malam rem. Inuenies infortunium. Mactabo (*i. magis augebo, auctabo,*) te damno: magna mala re, infortunio: malo auſpicio huc veniſti. Magno tuo malo. *ſubaudi, hoc dicis, feciſti, ſtas hic, &c.* Mulctabere infortunio, familiaris (*vocandi caſu*) accipiere faxo haud familiariter, niſi actutum hinc abis. In tergo (*tuo*) coges examen mali. Cauebis malum ſi ſapies. Acceſſes tibi malum, *Plautina omnia.* Feres infortunium, *Terent.* Vapulare te ego vehementer iubeo, ne me territes, *Plaut.* κακοπαθήσεις: δυστυχήσεις: προσάγεις, ἐπάγεις, προσκαλεῖς *vel* προσκαλεῖσαι σοι κακόν.

Obrywánie / Vulſura, *Varr. de lana ouium, quæ olim vellebatur non tondebatur, eodem teſte.* ἡ ἀποψίλωσις, ὁ παρατιλμὸς, οῦ.

Obrywká / Acceſſio, *Colu.* Dominus eſſe tenax non debet in lignis, & alijs paruis acceſſionibus exigendis, *ſ. à colono.* τὸ πρόσθημα. Peculium, *Plaut. ſuprà.* ὁ περισπασμὸς, προσπορισμὸς, [τὸ πεκούλιον, *Plutarch.* τὸ ἀπροσπορίσιον πεκούλιον, *Harmenopul. i. aduentitium peculium.* Obuentio, *Vlpian.* τὸ ἔντευγμα· κέρμα: ἁπλῶς εὕρημα. *lucrum inſperatum.* Suppreſſio, *Cic. pro Cluentio.* Statuit ſibi ad eaſdem prædas ſuppreſſioneſque iudiciales reuertendum, *i. ad nummos ſuppreſſos, vel pecuniam ſuppreſſam in iudicio, vt ibidem Cicer. dicit.* **Obrywká / abo vrywká pieniądze zátłumione.** Corollarium, *Cicer. in Frumentaria.* Nummis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorum corollarijs decumam emerunt, *Idem in Verr.* Ne ſine corollario de conuiuio recederet, ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit. Captura, *Valer. Max. de P. Rutilio publicanis operam ſuam locante ait:* Quem diurnas capturas exigentem viderant, *&c. i. mercedem exiguam.* Aueria pecunia. *Lucrum præter æſtimatas merces. Plaut.* Lucrum ingens facio præter quam mihi pater æſtimatas dedit merces. Lucellum, *Horat. Cicer. l. 5. ad Rufum, vt legit Ioſ. Scalig. pro logio vel Luceio aliarum editionum, & interpretatur pecuniam quæ Magiſtratuum comitibus opera ipſorum Magiſtratuum obueniebat. At* τὸ γιγνόμενον περιγύελον, *fuit argentum quod Magiſtratuum comites in prouincia negotiatione ſua acquirebant, quod Æs natum, è Græco vocat Catull. interpr. Scalig.*

Obrywki / vrywki śiół / wierzchołki / kwiatki oberwáne. Decermina, *neut. plur. à decerpendo. Feſtus. Sipontin.* Decermina fortunæ, *tr. Apulei.* τὰ ἀποδρέμματα, ἀποθερίσματα βοτανῶν, ἀνθέων, *vel* ἀνθῶν. *v.* **Smiecone śiele.**

Obrząd / obrządek. Cerimonia, *æ. &* cerimoniæ, *arum. Cicer. Liu. ab oppido Cære ducit Liu. & Feſtus, à carendo Gelli.*

Gelli. Iſidor. & Macrob. quaſi carimonia : quòd homines profani careant & abſtineant ijs rebus quæ in ſacris vſurpantur, Iſidor. à caritate alij apud Feſtum. à Cerere alij teſte Scalig. quare & Gloſſar. Latinogræc. habet Ceremonia Δημήτρια. Cerus, inquit Scalig. veteri lingua eſt Sanctus, vnde Cerimonia. hinc varietas Orthographiæ & quantitatis in prima ſyllaba, vt ſcribit Manut. & à cælo à quibuſdam deduci ait, quaſi cælimonia, quòd ad cæleſtium honorem pertineant. primam ſyllabam producit Sidonius, corripit Prudentius. ἡ θεσμοθεσία: οἱ ἱεροὶ θεσμοί: & ἡ θεία θεσμοθεσία. Dionyſ. Mos ſolennis ſacrorum, Lucre. Solennia ac iuſta ludorum omnia ſeruata ſunt, Cicer. Rites, itis. m. Statio. Hoſtia nate iaces ceu mutus & è grege ſanguis, heu mihi, &c. rite nefaſto libatus iuſſuſque mori. ὁ χαρακτὴρ ἱερός. 2. Machabæ. 4. i. ritus. Ritus Paulo Feſt. eſt mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs. Nos ritus ſacros: ritus Eccleſiaſticos, dicimus. αἱ τελεταί. Initiationes, Sueton. de Nerone. Sacris quorum initiatione per præconem ſubmouentur ſcelerati, intereſſe auſus non eſt. Caſtus, m. Varr. Noſtro ritu faciunda ſunt ciuiliùs quam Græco caſtu. Hinc In caſto Cereris eſſe Feſt. eſt Cereri pariter facere, Nonius. τὸ τῇ Δήμητρι ἁγνεύειν, Scaliger.

Obrzadkowy / obrzadkom ſłużący. Ritualis, Feſt. & Cicer. Rituales libri. Cerimonialis ſcientia, Ammian. ὁ θεσμῳδῶν, i. inſtituta ſacra canens. ὁ θεσμοὺς κατέχων. ritus continens. Cerimonioſus, Ammian.

Obrzadnie / według obrzadków / zachowuiąc obrzadki. Rite ſacrificium perpetrare, Liu. ὁσίως, κατὰ θεσμούς, ἐνθέσμως, κανονικῶς. Rectè latum aliquid, (vel vitio) Cicer. Ritualiter, Ammian. i. ſeruato ritu. Auguſtè ſanctèque conſecrare aliquem. Auſpicatò renuntiatus Conſul. Cicer. i. captatis priùs auſpicijs. σὺν αἰσίαις οἰωνοῖς. Et Auſpicatus locus, Cicer. auſpicatò captus. Auguratò, Liui. Ter particula ad ritus ſacrorum & ſuperſtitionum pertinens, idem quod ritè ſonat. apud Virgil. Plin. τρὶς ſimiliter Theocrit.

Obrzaſk w piwie / ὁ χυλὸς ζύθου γλυκὺς καὶ στρυφνός. Sapor ceruiſiæ dulcis & acerbus. ἡ γλυκύτης τοῦ πίνου ἄχαρις καὶ στρυφνή. dulcedo ceruiſiæ ingrata & ſæpè acerba, eò quòd fæculentus humor non ſubſidit, nec fermenteſcendo eiectus eſt. γλεύκινος χυμός. muſtulentus ſapor.

Obrzaſkowáte piwo / ὁ ζῦθος ἀχαρίστως γλυκύς. Ceruiſia ingratum dulcorem habens, vel ζῦθος γλεύκινος. Ceruiſia muſtulenta.

Obrzazánie / obrzézánie. Circumciſura membrorum, Lucret. Priſcian. Arnob. Circumcæſura, Lucret. Arnob. Circumciſio, Hieron. Lactant. ἡ περικοπή, περιτομή. ὁ περιτομεύς, έως. homo qui circumcidit, & culter quo circumciſio fit.

Obrzazány / Circumciſus, Cicer. Plin. de quauis re. Circumſectus, Sueton. Mutilatus, Liui. Mutilatæ aures. ὁ περιτμηθείς, έντος. ὁ περικοπείς, έντος. Circumcidaneus, Cato. Circumcidaneum vinum. Circumſitium Varr. vinum vocat, quod ex torculari primi factum eminens circumciditur, & rurſus premitur, ſic ſcribit Scaliger. alij circumſitum & circumciſitium legunt. z obrzézkow wino.

Obrzazániec / obrzézániec / obrzézány człowiek. περιτετμημένος. ὁ ἀποσκολυμμένος, cui nimirum τὸ αἰδοῖον ἀπεσκόλυπται, vel τὸ τοῦ αἰδοίου δέρμα ἀφῄρηται. τῆς πόσθης ἔρημος. Circumſectus Iudæus, Sueton. Apella, Horat. quaſi ſine pelle extremum glandis tegente, Lambin. Lauin. potiùs quàm à proprio nomine cuiuſdam, vt ducit Scalig. ὁ ἀπεψωλημένος, λειπόδερμος, Lambin. Curtus Iudæus, Horat. Laui. Recutitus Iudæus, Martial. l. 7. Sidon. Sipont. Lauin. At l. 9. Mart. Recutita ruptæ mulæ colla, intellige ea quæ attritu antea nudata erant iterum pelle obducta. & Recutitum Iudæũ, ſic interpretatur Britannic. qui iterum reduxit præputium. v. Obrzezek 2. Verpus, Iuuenal. à verſa pelle Britann. aliter Lauin. v. Żyd. ὁ ψωλός, degluptus, apud Plaut. deglupta Mænas.

Obrzezek wßelaki / v. Okrawek.

Obrzezek ábo odrzezek / obrzazowánia Żydowſkiego. Præputium, Iuuenal. Sat. 14. Præputia ponunt, ſ. Iudæi. Significat hæc vox pellem membri virilis extremam & abſciſſam, vt hoc loco vſurpatur (quæ ἀκροβυστία, ἀκροποσθίας πόσθη, à Gorræo dicitur, & ab ea Iudæi Apellæ appellantur, quaſi ſine pelle) & nondum abſciſſam, de qua vide Nieobrzeſka. Sed & pellem poſt circumciſionem iterum arte reductam. τὸ [illegible] dictam, id quod poſſe fieri tradit Cornel. Celſ. & quomodo ſoleret fieri docet Epiphan. factum certè à Iudæis traditur, Machab. l. 1. c. 1.

Obrzezek ábo obrzeſki paznokci. Præſegmina vnguium, Plaut. Reſegmina vnguium, n. plur. Plin. Segmina vnguium, Gelli. à Segmen, n. τὰ ἀπονυχίσματα.

Obrzézuie cokolwiek / obrzynam. Circumcido aliquid, Cicer. Circumſeco tuberculum, Colu. de morbo ouium. περιτέμνω, περικόπτω ſc. Reſeco vngues, Valer. Maxim. Purgo vngues cultello: pono vngues, Horat. Tonſor illi vngues dempſerat, Plaut. ὀνυχίζω: ἀπονυχίζω. At ἀποψωλίζω, ἀποσκολύπτω. Verpum facio. circumcido hominẽ. vicinum Obcinam.

Obrzucam ſię ná kogo / obrykam ſię. Inclementer alicui dico, Plaut. Inclementer dico in aliquem, Liu. Vehementer ago: iracundè ago (vel reſpondeo:) Reſpondeo alicui aſperè, vehementer, ferociter, inhumanè: aſperè & ferociter in aliquem dicta. Cicer. ἀποκρίνομαι τραχέως, δριμύτερον. Malè reſpondeo, Cicer. Contumelioſum te dicunt quòd malè reſpondeas. Grauiore verbo compellare aliquem, Cicer.

Obrzydłość / Obrzydliwy / v. Brzydkość / Brzydki.

Obrzym / Olbrzym / Stwolin / Stoliman. Gigas, antis. m. Lucret. Cic. ὁ Γίγας, αντος. à γίγνεσθαι ἐκ τῆς γῆς. id eſt. è terra naſci, vnde & οἱ γηγενεῖς dicti Heſiod. in Theogon. & Orpheu. 8. ſacri ſermon. Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο, Virgil. de Gigantibus, partu terra nefando Cœumq; Iapetumque creat, ſæuumque Typhæa. ὁ πηλόγονος. πηλαγόνες à πηλαγών: πηληγόνες à πηληγών.

Gigantes fuiſſe docet ſacra hiſtoria multis locis, præſertim in Geneſi, Deuteronomio, vbi multa afferunt de gigantibus interpretes: ſed meliùs ſentientium opinio eſt, gigantes fuiſſe veros homines proceræ & vaſtæ, non fabuloſæ tamen ſtaturæ, ex progenitoribus corpulentis, vt pote ventri plurimùm deditis ac libidinoſis natos, eoſdemq; robore, potentia bellica, ſceleribus ac potiſſimùm ſuperbia, ac crudelitate inſignes exſtitiſſe. Cornelius à Lapide ex Thoma Faſello aſſerit, viſos aliquot Gigantes noſtro propè ſeculo, 18. quin & 20. cubitos altos. Thuanus quoq; cum Ionſtono ſcribit Scythæ à Iacobo Niezabitouio Polono obtruncati frontem 24. digitos latam fuiſſe, ac reliquum corpus tantæ magnitudinis, vt iacens humi cadauer vmbilicum viri ſtantis attingeret. Sed fides penes auctores eſto, aut monſtra naturæ dicenda ſunt. vt & illa cuiuſdam Burdigalẽſis proceritas à Caſſanione notata, inter cuius pedes diuaricatos mediocris altitudinis homo ſine moleſtia conſiſtere potuit.

Certè Deuter. 3. lectus Og regis Baſan gigantis, non fuit niſi nouem cubitorũ, quem longiorem corporis ſtatura fuiſſe certũ *eſt, vt ceruicalibus, tegumentis, atq; culcitra aliquantùm ſpatij relinqueretur, quorum omniũ apparatus in lecto regio magis exquiſitus eſſe conſueuit. Colligit ergo Gorop. Og ſex cubitorum fuiſſe & dimidiati, & inſuper vnius quartæ partis, ita vt ſeptem cubitos vno quadrante minus impleret. & 1. Reg. 17. Goliath ille adeò formidabilis, tantùm ſex cubitos & palmum altus erat. Græca verò translatio quatuor illi tantùm cubitos & palmum vnum concedit, menſuram nimirum non hominum ingentium ſed mediocrium. At interpres Græcus forte in librum incidit numeri figuram vitiatam in ſe continentem, quod in his duobus numeris 5 & 6 ſæpè contingit, ſicq; deceptus eſt.*

Quod verò Numer. 13. dixêre quidam, ſe gigantũ reſpectu locuſtas viſos: hyperbolicῶs & mendaciter locuti ſunt, ad deterrendos Iudæos à terra promiſſionis, Cornel. à Lapide. Apud Iobum c. 26. gigãtes monſtra marina intelligit Pineda.

Multò minùs fidei habent, quæ ab Ethnicis ſcriptoribus de incredibili gigantum magnitudine ſcribuntur, vel enim fabuloſa ſunt, vt Plinij l. 7. c. 16. cadauer 46. cubitos longum, ſimiliter apud Solinũ 33. par eſt auctoritas Herodoti, Pauſaniæ, Homeri, Plutarchi, & Boccatij, qui fabuloſi ſunt ſcriptores. vel corruptæ ſunt numerorum notæ in eorum libris: vel menſuris diuerſis metiebantur: vel animalium quadrupedũ, aut piſciũ oſſa, vt & hodie in aliquibus locis videas, humana eſſe putabant: vel exaggerantes ex rumore & vulgi opinione, vt in alijs materijs, ſcripſêre. Aliqui deniq; nullam certam menſuram ponunt, ſed inuſitatæ & incredibilis ſtaturæ fuiſſe aliquem dicunt. adi Dalecampium ad Plinij locum prolatum, & Hieron. Magij Miſcellan. l. 1. c. 4. qui multa de gigantibus congerit, & ibidem probat, communem hominum noſtri ſæculi ſtaturam, minorem eſſe quàm fuerit olim ab initio mundi & deinceps. Et quidem non pauci nec obſcuri ſcriptores, ad confirmandam illam de incredibili gigantum mole opinionem, id vel tanquam certum ponunt vel probant, vt hic Magius ex l. 4. Eſdræ, c. 5. ſed is apocryphus] eſt. ex Ariſtotele, qui ait terram in quibuſdam locis ſeneſcere, ſed id nihil facit ad propoſitum, alia quæ ex Homero, Lucretio, Vergil. Iuuen. Horat. & ſimilibus affert (qui dicunt, nunc imbecilliores & minores eſſe homines, quàm olim fuerint) ex vulgi opinione, vel (vt Lipſij verbis vtar) ex populari præſumptione, non ex veritate ſcripta, eſſe cẽſeo; alioquis enim pridem in Pygmæos, inquit idem degeneraſſemus. (& idem concedendum eſſet de animalium ſtatura imminuta, quod dici non poteſt.) Lipſio conſentit De‹l›rius in Magicis.

Et quidem de viribus aliquantulùm imminutis, aliquid concedi poſſet; de ſtatura certe nequaquam, cùm videamus (vt ſenſu omnibus cõperta proferam) tam multos eſſe in Polonia præſertim Maiori, ſtatura bene procera homines. Moſchos etiam & alios Septentrionales populos ſtatura ſatis procera communiter eſſe. Gorop. mulierem quindecem pedes altã aſpexit, & iuuenem nouem pedibus non minorem, & alios non multò inferioris ſtaturæ, Auguſt. Cæſaris vernæ (qui puſio ironicῶs dicebatur) quantitatem adæquantes, cuius altitudo nouem pedibus cũ dimidio conſtabat. Idem aſſerit Iul. Scalig. de Samogitis, qui nobis quàm illi notiores ſunt, idem de Gigantum terra in Braſilia idem Scalig. & alij hiſtorici ſcribunt, quos quia decem palmorum tantùm ſunt, negat Scaliger dicendos gigantes. ſe quoq; maiorem fuiſſe menſurã quinq; pedum idem ſcribit, cùm patrem habuerit tota facie ſe altiorẽ.

Gigantes item Titanes *dicuntur in ſacris libris ſæpè vt obſeruauit Serrar. in Iudith. οἱ Τιτᾶνες. ἀπὸ τῆς τίσεως, ab vltione Paſſerat. vel ἀπὸ τοῦ τιταίνειν, quod manus extenderint ad vltionem, Idem.* Nephelim *Geneſ. 6. à Nephal, i. cadere deducunt Commentatores, vel quòd mundum ſubijcientes cadere fecerint, vel quòd aſpicientes imminẽtem corporum ſuorũ vaſtitatem, attonitos ſeſe in terram dederint. vt Symmach. quod ridiculum eſt niſi ad vim referatur. vel quòd à Cain deſcenderint, qui primus extra paradiſum cecidit lapſu turpiſſimo. Deuter. 3. Og ſolus dicitur remãſiſſe de ſtirpe Rephaim. i. Gigantum, quod nomen eſt vt vertit Latinus paraphraſtes, poſterorum Rapha ſiue Araphæ, qui corporis roboriſq; excellentia præſtiterunt alijs. Deuter. 2. populus proceræ longitudinis ſicut Enacim. Apud Plinium.* Ectrapeli. *οἱ ἐκτράπελοι, i. prodigioſo incremento augeſcentes, Dalecamp. μολῶνες Ariſtophan. μεγαλόσωμοι Didymo.*

Obrzymſki / wielkiego wzroſtu. Gigantæus, *Ouid. ὁ γιγανταῖος.* Coloſſicus, & coloſſeus homo: coloſſeum tignum, *Plin. i. inſtar coloſſi altus. ὁ κολοσσικὸς, κολοσσαῖος.* Coloſſeros homo, *apud Suet.* Coloſſeus *legit Leuin.*

Obrzynam co / v. **Obrzézuie / Obćinam.**

Obśiadam co / Obſideo aditus, *Cicer. περικάθημαι, & περικαθίζω τ.* Obſido, *Lucret.* Obſidit vias oculorum, *ſ. aer caliginis.* Superfuſa gens montibus, *Plin.* Præſideo, *Tacit.* Haud ſpernenda manus littora Oceani præſidebat. Inſidere anfractus ſiluarum, *Sili.*

Obśiekam / vide **Obćinam.**

Obśiewam / i. wkoło śieię. Circumfero, *Plin.* Geniſtas circũferri aluearijs gratiſſimũ. *περιφέρω ἀμφὶ δ: ἐν κύκλῳ.*

Obśiewiny / obśiewki / przéśiewki / opełki / poślad. Excretum, *Colu.* Excreta tritici dantur gallinis. Creturæ tritici, *Pallad.* Recrementum farris, *Plin.* Excreti à farina furfures, *Colu. τὸ ἔκκρισμα, Robert. Steph. ſed potiùs dixerim τὸ ἀπέκκρισμα. ſimiliter ſine auctoritate] τὰ διαττώμενα Galeno.*

Obſtąpuie kogo *propriè, & tr. περιλαμβάνω. περικαταλαμβάνω τινα.* Includo, *Cicer.* Populus Romanus ſeptus & incluſus. Ex omni aditu claudo, *Cicero dicit:* Ex omni aditu clauſus eſt. *περικλείω, κατακλείω τ.* Teneo aliquem: tenentur vndiq;. *Cicer. περιέχω τὸν.* Manifeſte faucibus teneor, *Plau.* **Obſtoczono mię.** Ambire aliquem, *Virg. tr.* Quo reginam ambire furentem audeat affatu. **Jakoby nâ nie ſłowy zayść / iakoby ię obſtoczyć / chytro uiąć / złágodźić.** vide **Otaczam / Oblegam / Obſtępuie.**

Obſtálowáć *tr. (nam proprio non vtimur, ſed* **Uſtálić***)* vide **Obwárowáć / Upewniam.**

Obſtąpienie / Circumſtantia hoſtium: circumſtatio. *Gell. ἡ περίστασις, εως.*

Obſtáwiáć co / Coronare focum ollis, *Mart. στέφω, στεφανόω τὶ τινί.* Redimire tintinnabulis ædis faſtigium, *Suet.* **nâwieſzáć w-koło.** *περιΐστημι τὸν: περιΐστημι κύκλῳ, περιτίθημί τι τινί.*

Obſtępuie kogo. Circumſiſto aliquem, *Cæſ.* Impeditum hoſtes circumſiſtunt. *Cicer.* Aliquem lictores validiſſimi circumſiſtunt. *περιΐσταμαι τὸν: πολλοὶ περιΐστανται ἑνὶ vel ἑνί.* Circumſto, *Cicer.* Ciues Senatum circumſtant. Circundo, *Propert.* Ingenti turba circundatus. *περιβάλλω τὸν.* Circumfundo, *Ouid.* Circumfudêre Dianam Nymphæ. *Liu.* Circumfuſus hominũ frequentia: circumfunditur ei multitudo. *περικλύζω τὸν.* Cingo, *Ouid.* Turba latus cingit. *Virg.* Rarâ muros cinxêre *(milites)* corona. Stipo, *Cicer.* Stipare armis ſenatum: ſtipari frequentia. *Virg.* Stipant illum frequẽtes. *περιστοιχίζω τὸν.* Circumſtipantur amores mirum, *Claudian.* vide **Otaczam.**

Obſyłam przyiacioły / pány / porucżniki / &c. Dimittere pueros circum amicos, *Cicer.* Legatos circa reges mittere. Literas circa præfectos dimittere. *Liu.* Circũmittere in omnes partes legationes, *Cæſ.* Circummiſſis

ſenatoribus. *Idem.* **Obéſtáwßy pány rádne.** *παραγγέλλω τῇ πόλει, τῇ συμμάχοις βοήθειαν vel βοηθεῖν.*

Obſyłam czym kogo / *Idem,* poſyłam co komu poczéſnego. vide **Poſyłam** / *vel potius* **Oſiaruie co komu.**

Obſypowánie drzewá / *&c.* Accumulatio arboris, *Plin.* *ἡ περίχωσις, ἐπίχωσις, εως.*

Obſypuie drzéwo / *&c.* Accumulo vitem, arborem, radices. *Plin.* Adobruo, aggero, *ras.* arbores terra. *Colum.* Adaggero terram circa arborem. *Varr. Colu.* Circumaggero: circumaggeratæ radices terra fimoq; *Plinius.* *περισκάπτω, περιχώννυμι, περιχωννύω, περιχόω τὸν.*

Obſzywam co / Circumſuo, *Plin.* Obſuo aliquid, *Ouid.* Obſuta lectica; *Sueton.* *ῥάπτω ἀμφὶ τῷ, vel κύκλῳ [περιῤῥάπτω]* Præſuo, *Plin.* Præſuunt recentibus quadrupedum corijs ob id interemptarum. *Ouid.* Præſuta haſta folijs.

Obtaczam / vide **Otaczam.**

Obtykam / vide **Dtykam** 2.

Obtykam ziołá / **chmiel** / **wiélogroch** / **płonki młode.** Palo, *as. Colu.* *πασσαλεύω, παττάλεύω τὸν.* Obligo, *Cato.*

Obtykam śie czym / **iako kśiegami** / *&c.* vide **Okładam śie** / **Opukáły.**

Obtykam śie *aliter.* vide **Obiadam śie.**

Obuch / **obuśek.** Aſcia malleum ex altera parte referens. *Iſidor.* *τὰ ὄπισθεν τοῦ πελέκυος.* Securis auerſa, *vel* pars ſecuris auerſa, *vt apud Plin. pars capitis auerſa.* Caput ſecuris, *vt caput vitis, Colum.* *ἡ κεφαλὴ πελέκυος. transferunt Græci ad multa. Malleus ſecuris.* *ἡ σφῦρα τοῦ ξυλοκόπου: Item, mallei roſtrati caput.* **v czékana obuśek.** *ὁ τοῦ πελέκεως ὀξυστόμου νῶτος. Dorſum ſecuris roſtrata.* **Obuśkowáć.** *Securi aduerſa tundere.*

Obuchowa dziurá. *τὸ στελεαίειον. Euſtath. foramen in quod manubrium inſeritur.*

Obudowáć / vide **Otaczam.**

Obudzam kogo / vide **Budzę.**

Obudzam śie / vide **Ocucam śie.**

Obudzenie / *ἡ ἔγερσις. Excitatio. ἡ νυκτεγερσία. Excitatio nocturna.*

Obumárły *propriè Intermortuus infrà.*

Obumárły / *tr. i.* **zániedbány** / **vſtáły** / **oſtábiáły.** Immortuus, *tr. Cicer.* Immortuæ reliquiæ coniurationis. Intermortuus, *Cicer. tr.* Intermortua memoria, officia: intermortuæ reliquiæ coniurationis. *ἐκτεθνεώς, ῶτος.*

Obumieram / Intermorior, *Colu. Plin. de herbis & plantis.* *ἐκθνήσκω. Apud Ioannem 12.* *ἀποθνήσκειν dicitur granum frumenti.*

Oburzam kogo ná kogo / **ábo ná śie.** *τρέπω εἰς ἐμὲ τὴν ὀργὴν, δύναμιν, θυμὸν, καταφορὰν τινος. Verto in me iram, potentiam, impetum alicuius.* *παροξύνω ἐπ' ἐμέ τινα. Concito aliquem in me.*

Oburzam śie ná kogo / **powſtáie przećiw komu.** *tr.* Verto iras in aliquem, *Liu.* Vertere arma Romani aduerſus Carthaginenſes, *Idem* *τρέπομαι εἰς τινα: παροξύνομαι ἐπί τινα.* Conuertere in aliquem copias: conuertere ſe in eum quo adiutore omnia feceris, *&c. Cicer.* *κατεφίστημί τινι.* Rebello alicui, *Liu. Cæſar.* *εἰς ἀπόστασιν ὁρμάω. Conſurgere in arma, Virgil. P. Inſurgere regno alicuius. Ouid. P.* *καθανίσταμαί τινος. ἀνίσταμαι κατά τινος: κατεξανίσταμαί τινος. ἡ ἐπανάστασις, ἀπόστασις. contra aliquē rebellio.*

Obuſzkowáć / vide **Obuch.**

Obuty / *oppoſitum* **Boſy.** vide **W trzéwikách.**

Obuwam trzéwiki / **bóty** / **obuwam śie w-trzéwiky** / **obuwam kogo.** Calceo me, aliquem, *Cicer. Plin.* Calceo ſoccis aliquem, *Plin.* *ὑποδέω & ὑποδέομαι τὰ ὑποδήματα, τὸν κοθόρνον.* Induco calceum mihi, vel pedi. *Cicer. Suet.* Induo calceum, *Plin.* *περιβάλλω τοῖς ποσὶ τὰς ὑποδήσεις.*

Obuwánie / *ἡ ὑπόδεσις, εως. Calceatio, Lexic. Vet. melior vox* Calceatus, *us. qua Plin. vſus eſt, licet pro calceamento. ſed huc trahi poteſt.*

Obwárowáć co / **opátrzyć.** Munire oppidum, arcem. Carthago ſuccincta portubus, munita muris. *Cicero.* Munire à frigore aliquid, *Colu.* *φράττω, φράγνυμί τινα τινί: ἀμφιβάλλω τινί τι.* Præmunire Iſthmum, *Cæſar.* Supermunire aluearia porticibus conuenit. *Colu.* Vallant perdices contra feras nidum, *Plin.* Vallare ius, *Cic.* Permunire locum aliquem, *Tacit.* Communire caſtellum, *Cæſ.* Communitum ius, cauſa. *tr.* Sepire comitatu, præſidijs aliquem. Præmuni & effulci illud, ne *&c Cicer.* *περιτειχίζω τὴν πόλιν, περιφράσσω τι.* Emunire retibus caueam columbarij, *Colu.* **Oćiagnąć** / **otoczyć śiećią.** Emunire vites ab iniuria pecoris, *Colum.* *ἐν ἀσφαλεῖ καθίστημι. εἰς ἀσφάλειαν ποιοῦμαι.* Prouidere aliquid legibus, *Plin. iun.* Tutari fundum, *Varr.* Circumfirmare vineam, *Colu.* *στηρίζω τὴν ἄμπελον, ὑποστηρίζω κύκλῳ.* vide **Wáruie.**

Obwarzam co / *ὀλίγον τι ἕψω. Modicè quid coquo & quaſi in ſuperficie. Vicinum eſt ſemicoquo cuius Participio vſus Colu. Plin.* [*ὑφέψω.* **podwarzám.**

Obwiąſło / **obwiąſłá czym co obwiezuią** / **ſznurek** / **nić** / **ſłomá** / **witka** / **łyczko** / *&c.* Capiſtrum, *Colu.* Vitis ad palum capiſtro conſtringitur. Faſcia qua membrum ægrum alligatur, *Cicer. Plin.* *ὁ ἐπίδεσμος.*

Obwiązánie / **obwiezowánie.** *ἡ ἐπίδεσις. Obligatio, Sipont. propriè & tr.* Obligatio, *in Pſal. 124. explicatur à Bellarmino tortuoſitas, obliquitas, peruerſitas, quæ appparet in vinculis quibus quid obligatur. Sic ferè & Euthymius intelligit e Græca voce* *στραγγαλιά. apud LXX. quam Aquila reddit* *διαπλοκήν, Symmachus σκολιότητα, Theodotio τὰ διεστραμμένα. quæ ſonant implicationem, tortuoſitatem, peruerſitatem, diſtorta, quæ opponuntur aptè verbis præcedentis verſiculi in eodem Pſalmo: Rectis corde. Emman. Sa. explicat vincula, ſ. peccatorum. Hieronym prauitates. Chaldæus interpres Obliquationes.* v. **Obowiązek.**

Prætorem ad ciuitates miſſi nuntij. *ſic legit Turneb. Apud Florum.* De ſub Alpibus, *Apulei.* In coram ſui. *Propert. l. 2. ele. 3.* Dominam ponat in ante meam. *obſeruauit Giſan. vt & illud Lucretij.* Super ante acta ætas. In ſuper habere, *apud Gelli. Apulei. vt ſcribit diuiſim Cuiacius, (non vt Muretus coniunctè) & Rauard. qui in Varijs ſuis colligit tales locutiones plures, v. g.* In circum, ad ex, ad vltra, ab ante, in palam, ex vſque, in vſque, *&c. In quibus aliqui ſubaudiendum cenſent caſum aliquem aptum, aliqui Præpoſitionem alteram Aduerbij ſenſu explicant, vt in illo Plauti:* Neque quiſquam hominem conſpicatus eſt donec in naui ſuper. *alij deniq; aiunt eſſe formulam priſcam loquendi.* v. **Dnia trzećiego.** *Melius tamen aliqua horum efferrentur per alium caſum, vt de poſt ſetantibus, aut ſi poſt Aduerbium ſit (vt in illo: Vos de deorſum eſtis; ego de ſurſum.) quo pacto etiam dici poſſet: De poſt ſetantium, i. de poſteriori parte, aut tergo ſetarum. Poloni talia aptiùs & breuiùs efferunt. vt* z-podłáwia / *quaſi de ſub ſcamno, ſic* z-zaſtola / z-zapiecká go wyćiągnal / *&c.* De poſt facto, *Marcian. D. Habent talia & Poloni, vt* Ná pochwili / zgodźi ſie to ná pochwilé.

Od mátki komu zádáć / *Idem,* Bekártem kogo názwáć. *Spurium aliquem vocare. Græcis* μητρόθεν, *&* πρὸς μητρὸς *eſt, à matre vel ex matre. vt* τὸ γένος μητρόθεν, *è matre genus ſeu maternum. Sic* μητρόθεν τινὰ ὡς γεγονότα τινὰ λέγειν. *Spurium appellare. Patre incerto natum dicere. In partem criminis materni me traxit. Conuicium impudicitiæ in matrem meam iecit. Maternum crimen probroſum ſed falſum & fictum mihi obiecit. Matrem meam pudiciſſimam feminam in crimen tori coniugalis violati vocauit. Crimen in matrem meam confictum mihi probroſum eſſe voluit.*

Od mieſzkánia tyle płáćić / Habitare triginta millibus. *Plin. ſubaudi,* aureorum: *vel antiquo more Romano,* ſeſtertium. τὸ ἐνοίκιον τριάκοντα χιλίων τελεῖν. *Potes etiam dicere. Pro habitatione vel pro vſu domus pendere tantùm vel tantùm. Sic Terent. pro vapulando mercedem abs te petam.*

Od młodośći / z-młodu. A teneris vnguiculis, *(* ἐξ ὀνύχων *)* ab adoleſcentia: ab adoleſcentulo: à puero: à pueris: à pueritia. *(* παιδόθεν *)* à prima ætate: à prima adoleſcentia: ab ineunte ætate: à paruis: ab initio ætatis. *Cicer.* A puero paruulo, puſillo: à cunabulis. *Plaut.* A paruulis, *Cæſar.* Ab infantibus, *Celſ.* Ab incunabulis, *Liu.* ἐξ ἔτι σπαργάνων. A primis cunabulis: ab infante: à tenero. *Colu.* A teneris, *Virg.* A paruulo, *Terent.* ἐκ παίδων: ἐκ νέων παίδων, ἐκ νέας, ἐκ παιδὸς, ἐκ νεότητος, ἐκ βρέφους ἀπὸ βρέφους ἐκ νηπίου ἐκ πρώτης ἡλικίας. Prætextata amicitia, *Mart. iam inde à puero cœpta. Bayſ.* Cum lacte bibere errorem, *Prudent.* Ante alpha & beta, *Iuuenal.* Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ, *i. prius quam poſſint, vel ſoleant literas diſcere.*

Od niewoli to ſługá / kon / &c. *Famulus hic apud me eſt viliſſimus.* ἡ μόνη ἐσχάτη ἀνάγκη ἐπείγει με τούτῳ θεράποντι χρῆσθαι: κατάδουλός ἐςι. *Hoc equo non niſi extrema neceſſitate vrgente vti ſoleo. Tum demùm, vel tunc ſolùm hunc famulum acceſſo, cùm aliter mihi conſulere nequeo. Alij honeſtatis & ſplendoris gratia famulos habent, ego neceſſitatis. Alijs famulis ad omnia ſine diſcrimine vtor: hoc non niſi cum nullus alius adeſt.* τούτῳ ὑπηρέτῃ χρώμεθα μόνον ὅταν τι τῶν ἀναγκαιοτέρων κατεπείγῃ. *Pulchre Plaut. Perſa.* Ego nec libenter ſeruio, neque ſatis ſum hero ex ſententia: ſed quaſi lippo oculo me herus meus, *(vtitur)* manum abſtinere, haud quit tamen, quin mihi imperet, & quin me ſuis negotijs præfulciat. Od niewoli mie ma / *Idem Bacchidibus:* Lippi illic oculi ſeruus eſt ſimillimus; ſi non eſt, nolis eſſe, neque deſideres; ſi eſt, abſtinere quin attingas non queas. ὁ κατὰ γνώμην αὐτὰ ἐξ ἀνάγκης δοῦλον ἔχω: δοῦλος μὲν αὐτός ἐστιν ὅτι ἀδελφός εἰμι.

Od piſánia zapłátá / v. Zapłátá od piſánia.

Od poczatku świátá / Poſt hominum memoriam. Poſt homines natos. Ab orbe condito. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως: ἀπ' ἀρχῆς κόσμου *vel* κόσμου κτίσεως, ἐκ παντὸς χρόνου: ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη ὅτι. *&c.* A primordio ſui, *Tacit.* Ab omni æternitate vixit animus, *Cicer.*

Od porády / vide Poradnik.

Od prágnienia / vide Ná prágnienié.

Od prawdy / vide Poprawdźić.

Od przygody / dla przygody. ἕνεκα τοῦ συμβάντος: ἀπὸ τῆς τύχης: τῶν συντυγχανόντων χάριν. *Ob euentum incertum vel fortuitum. In omnem vel ad omnem euentum.* εἰς πᾶν σύμπτωμα.

Od radośći płákáć / &c. ὑφ' ἡδονῆς δακρύειν. Præ lætitia flere, *Sic Plin.* Præ pinguedine quidam piſces dehiſcunt. *Quintil.* Ex vino vacillat. Od pijáńſtwá. *Plaut.* Ætatis vitio, ætate non quis obtuerier. Od ſtárośći nic doyrzyſz. ὑπὸ, ἐκ, διὰ, ἕνεκα τοῦ. A ſole dolet caput, *Plin.* Od ſłońcá.

Od reki robić / vide Niedbálé.

Od rzéczy / v. Niégrzéczy / *&* Odſtepuie od rzéczy.

Od ſłowá do ſłowá przékłádáć / v. Do ſłowá.

Od ſłowá do ſłowá / áż zá łby poſzli / &c. ἐκ λογομαχίας ἦλθον εἰς μάχην. *A velitatione verborum ad pugnam ventum eſt.* πρῶτον λογομαχοῦντες ἔπειτα μαχαιρομαχοῦντες: οἱ λογομαχήσαντες ἔπειτα ἐμαχαιρομάχουν. *Iurgando ad manus venerunt. Iurgati priùs, poſtea conflixerunt.* πληκτίζομαι, διαπληκτίζομαι πρός τινα. *à verbis ad verbera, vel ad manus iurgando venio. Et* ὁ διαπληκτισμός. *tale certamen.*

Od tego czáſu. A modo, *Apulei.* Nemo me à modo ſolum egredientem videbit. ἀπὸ τοῦ νῦν: ἀπ' ἄρτι. Ex illo, *&* Ex illo tempore, *Virgil.* Poſt vnquam, *Terent.* ἐκ τότε. Inde loci ſecla creauit, *Lucret.* Abhinc duos & viginti annos mortuus, *Cicer.* Exinde, *Iuſtin. Macer I.C.* Ex tunc, *Apulei.*

Od vpićia / v. Pijáńſtwá broniący.

Od wiátru ſtánąć / v. W-zwiátr.

Od wiéczérzy wſtáć / Surgere de cœna, *Horat.* ἐγείρεσθαι ἐκ τοῦ δείπνου.

Od wieku / A ſempiternis ſeculorum ætatibus: ab infinita innumerabilium ſeculorum multitudine. *Cicer.* ἐκ τοῦ αἰῶνος.

Od złotá / od ſrebrá / v. Ze *Præpoſitio.*

Odárty / vide Obárpony.

Odárty z ſkóry / ὁ δαρτὸς, *& metatheſi* δρατὸς, *à* δέρω. *Cui pellis detracta eſt. Excorio habet Sipont. ſine auctoritate.* Delibratus ramus, *Pallad.* Delibratus cortex, *Colu. Exſinceratum tergum, Plaut. i. deſpoliatum flagris,* vide Wybijam 10.

Odbiegáiący / odbiegácz / vide Zołnierz 9.

Odbiegam précz / v. Odchodzę / *eſt tamen differentia, nam* Odbiegam *non eſt ſimpliciter diſcedo, ſed curſim & celeriter, idq; pedibus. Græca vox* ἀποθέω [ἀποποδίζω *item, ſed caret auctore.*

Odbiegam kogo w-potrzébié / w-przygodźié / Opuſczam.

ſczam. Deſero amicum, Spem alicuius. Quos tueri debebant, deſertos eſſe patiuntur. Relinquo aliquem: videatúrne pietatis eſſe meæ, fratrem relinquere: aliquem non ſolum relinquere ſed etiam prodere. Derelinquo aliquem: derelictus ab aliquo. A cauſa alicuius recedo. Deſtituo aliquem. *Cicer.* ἀπολείπω δυστυχήσαντα φίλον: ἐκλείπω, καταλείπω, ἀπομονόω, ἐρημόω, ἀπερημόω τινά. νοσφίζω, ἀμελῶ, τ. μεθίημι, προδίδωμί τινα. Prodo aliquem, *Cicer. vicinum* **Nieſtánoć ná rok.** Emaneo, vide **Zołnierz** 9.

Odbieram co komu/ ábo od kogo. v. **Odeymuię co komu.**

Odbieram co od czégo/ v. **Odłączam.**

Odbieram co od kogo/ v. **Odiſkuie.**

Odbieram kupno od kupcá. Accipio aliquid mancipio, *Plaut. Trinumm.* Minas 40 accepiſti à Callicle & ille ædes abs te mancupio accepit. *Idem, Truculento.* Mancupi aliquid capere vel accipere, *ſ. ita accipere vt nobis propria & perpetua ſint, Taubman. Leuin.* χειρόω τὰ ὠνητά. κλεπτίζω τά. *&c.*

Odbieram pieniądzé/ Accepto, *Plaut. Pſeudolo.* Qui res rationeſque heri Ballionis curo: argentum accepto: expenſo, & cui debet dato, (ω) ἀπολαμβάνω τ.

Odbieżenie kogo/ vide **Opuſzczenie.**

Odbieżenie ſpráwy/ v. **Nieſtánie.**

Odbiiáiące głos mieſce/ v. **Głos odbiiáiące.**

Odbiiáiący/ ὁ ἀποκρουστικός. *repellendi vim habens.* ὁ ἀντίτυπος: ὁ, ἡ ἀντιτυπής, ἐος. *ictum retundens.*

Odbiiáiący ſie/ ὁ, ἡ ἀντίθροος. *Antholog. de Echo reſpondente.* ἀντίφθογγος, ἀντανακλαστικός, ἀντίκτυπος. *contrà ſonans. Repercuſſus.*

Odbiiam beczkę/ v. **Otwieram.** *nam propriè reſpondens vox Latina non eſt: periphraſis autem longa eſt. Dolij lignei ſummum vel imum os ſublatis circulis extrema ambientibus aperio.*

Odbiiam co komu/ iáko ieńcé/ łupy/ *&c.* ἀνακτάομαί τι διὰ τοῦ πολέμου: ἀναλαμβάνω τι διὰ τῆς μάχης: ἀναλαμβάνω τι τοῖς ὅπλοις, τῇ μάχῃ. *Recupero aliquid bello, armis, prælio, pugna.* Repeto armis, *Ouid.* Repetitus per arma. Repoſcitur armis Tyndaris. *Idem.* Recipere arcem amiſſam, *Cicer.*

Odbiiam co ná kim/ *Expeto, repeto pœnas ab aliquo ob aliquod delictum:* ἀντιτιμωρέω. ἀντιτιμωρέομαι, οῦμαι. In te vel in tergo tuo faxo iſta expetant, *Plaut.* ποινὴν vel ποίνημα λαμβάνω ὑπὲρ τ: πληγὰς δίδωμί τινι ἀντὶ ἐγκλημάτων, *&c.* Pœnas legatorum violatorum in te vertes, *Liu.* **Odbiią to ná tobie/ coś poſłow nie vſzanował.** *vicinum* **Mſzczę ſie/** *ſed latiùs patet.*

Odbiiam komu co mie vderzył. Repeto mulam calce, *Senec.* Referio aliquem, *Horat.* ἀντικόπτω, ἀντιτύπτω, ἀντιπαίω, ἀντιπλήττω τ. ἢ ἀντιλακτίζω. *referio calce.* Reſæuio, *Ouid.*

Odbiiam miecz/ ſtych/ *&c.* Retundo gladios, in me vel in alium diſtrictos, *Cic.* ἀντικόπτω, ἀντικρούω, ἀνακόπτω σε ὁρμῆς. *retundo impetum tuum.* Reuerbero fortunæ impetum, *Seneca.*

Odbiiam ná kogo poćiſki/ ſtrzały iego. odwracam. ἀντιβάλλω, ἀντιστρέφω, ἀνακλάω τὰ ἀκόντια. Retorqueo tela, *vel vt Cicer.* retundo tela. ἀντικόπτω, ἀντανακλάω τόν. Reflecto, *Sili.* Reflexum telum. Repercutio. *Quint. tráſtulit ad dicta.* Reſpuere tela in eum qui miſerat, *Seneca.*

Odbiiam od brzégu/ Puſzczam ſie ná wodę/ ná morze. Soluo è portu: ſoluo anchoram: & ſoluo *abſolutè.* Soluo Alexandria, *Cicer.* Soluo nauim, *Plaut.* Soluo naues è portu, *Caſ.* λύω ἐκ τ. Soluo oram, *Cicer. Quintil. quod Turneb. & Leuin. interpretantur ab ora vel à littore diſcedo, vt ora non ſignificet funem (quod alij volunt) ſed littus.* v. **Liná.** ἀποπλέω, ἐξορμίζω, ἀνάγομαι, ἀναπλέω, ἐκπλέω. Molior naues ab terra. Altum peto. Euehor in altum, *Liu.* ἀποστέλλομαι ἐκ τ ἐμπορίου: αἴρω ναῦν ἀπὸ τ γῆς. Religare funem, *Catul.* τὰ πείσματα ἀνάψαι: τὰ ἀγκύρια ἀποσπᾶν. Referunt me in mare fluctus, *Horat.* **odbiiáią mię wáły ná głębią od brzégu.** Anchoras tollo. *Varr.*

Odbiiam od śiebie co/ kogo. Reijcio. ἀποβάλλω τ. *Cicer.* Reiecit me ventus ad Leucopetram. Repercutio faſcinationes, *Plin.* Repercutio fontes, *Plin. iun.* ἀναπαίω, ἀποκρούω τ. παίω τινὰ ἀπ᾽ οἰκίας. Refringere vim fortunæ, *Liu.* Retorqueo pilam, *Cicer.* ἀποσφαιρίζω. Defendere hoſtes à pinnis. *Gelli.* Defendo pericula: defendo vim vi. Repello vim: repello ſeruitutem à ciuibus: repello aliquem armis: repello vim vi. *Cicer.* ἀπωθέω τ πόλεμον. Reflant venti: reflantibus ventis reijcior. *Cicer.* **Odbiiá mię wiátr.**

Odbiiam ſkóre ná kim/ Odbito mu ſkóre. Neq; ego homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtæ callent flagitribæ, quos dum ferias plus tibi noceas. *Plautus.* Durius habet tergum quàm terginum (*ſcutica ex tergo bouis*) hoc meum, *Idem. Affine* **Odrętwiee.** ἐκ τοῦ τύπτεσθαι δέρμα αὐτοῦ οἰδαίνει.

Odbiiam zamek/ drzwi/ komorę. ἀνακαθηλόω. *refigo clauis fixa.* Refringo clauſtra. *Cicer. Plin. iun.* Refringo portas, *Caſ.* Refringo cellas, *Plaut.* Refringo carcerem. *Liu.* ἀποθυρόω, ἀπορρήγνυμι τὰ κλῆθρα. Reuello clauſtra, *Cicer.* ἀποσπάω τὰ κλεῖθρα. Refigo æra, leges. *Cicer.* Refigo ſigna, clypeum. *Hor. ſ. affixum auello.*

Odbiia ſie głos od czégo. Reſultat vox, *Virg. Stat.* Reſultat ſonus, *Plin.* Reſultant clamore pulſati colles: vocis imago offenſa reſultat. *Virg.* ἀντηχεῖ, ab ἀντηχέω: λαλαγεῖ ἠχώ. Recantat Echo. *Mart.* Adſonat echo. *Ouid.* προσᾴδει, προσφωνεῖ. Reſpondent ſiluæ, *Virgil.* ἀντιστρέφω, ἀνταποδίδωμι ἠχώ. *Reiectant vocem montes, Lucret. Vox ſolidis alliſa locis reiecta ſonorem reddit & fruſtratur imagine verbi. Idem,* Saxa pares formas verborum ex ordine reddunt. *Idem, Colles collibus verba repulſantes iterabant dicta. Idem, De hac re Vitruu. lib. 5. cap. 5. & 8.* ἀνακλάομαι, ἀντανακλάομαι. Repercuſſæ clamoribus valles, *Liu.* Reclamat ager canenti, *Sili.* vide **Głoſu odbiiánie.**

Odbiia ſie słońce/ promień/ *&c.* Refringitur radius ſolis alicui rei immiſſus. *Plin.* Referitur Phœbus oppoſito ſpeculo, *Ouid.* A ſpeculo in ſpeculum tralucet imago, transfertur è ſpeculo in ſpeculum. *Lucret.* Repercuſſus Sol, *Virg. Ouid.* ἀνταυγέω, ῶ. *reflecto lucem.* ἀπαυγάζω. *reddo ſplendorem.* ὁ, ἡ ἀπαυγής, έος. *lucem reflectens.* Replicatur, *Senec.* Ab omni læuitate acies radios ſuos replicat, *i. reflectit, reuerberat. Robert. Conſtant. Idem Seneca.* Radij ſolis replicantur.

Odbiiánie przybitego czégo/ ἀποκαθήλωσις, εως. *Refixio, Bud. de Chriſto crucifixo.*

Odbiiánie/ odbićie czégo od śiebie. ἡ ἀνακοπή, ἀντικοπή, ἀντανακοπή, ἀνάκρουσις. Repulſus, *us. Cicer. Plin.* Propulſatio, *Cicer.* Recuſſus, *us. Plin.*

Odbiiánie od brzégu. ὁ ἀπόπλους, ἡ ἀπόπλευσις, εως. *Solutio è portu, à Verbo ſoluo huius ſignificatus ſuprà.*

Odbiiánie ſie głoſu/ v. **Głoſu odbiiánie.**

Odbiiánie ſie promieniá/ fárby. Repercuſſus, *us. Plin.* Repercuſſus ſolis, coloris. ἡ ἀνταύγεια, ἀνάκλασις, ἀντανάκλασις.

Odbiiánie ſie wiátru / wody. Reciprocatio, *Plinius de aquis, ventis, &c.* ἡ ὑποστροφή, ἀντιστροφή, ἀνάκαμψις, ἀνταπάλλαξις, εως.

Odbolałem / odboláło mi co. Dedolui, *Ouid.* Potui dedoluiſſe ſemel. ἀπαλγέω ῶ. πέπαυμαι ἀλγῶν. Obduco callum, *Cic.* Labor callum dolori obduxit. *Et tr. Idem,* Cogitatio callum animis obduxerat. τυλόω, ῶ. ‖ ὁ ἀπηλγηκὼς, ὄντος. *qui dolorem amplius non ſentit.* Odbolały.

Odbyt czégo / odbywánie / odbyćie / vide Pozbyćie / Oddalenie.

Odbyt przyrodzony / odchodzenie / wyćiekánie z-ćiáłá rzéczy niépotrzébnych ábo ßkodliwych / przez vſtá / noſ / oczy / vßy / fiſtuły / wrzody / &c. ἡ ἀπόκρισις, ἔκκρισις, ἀποχώρησις. Excretio, *Henric. Steph.* Abſceſſus, *m. Celſ.* ἡ ἀπόστασις. Abſceſſio, *ſ. à corpore alicuius rei, oppoſita acceſſioni ad corpus apud Ciceronem.* vbywánie / przybywánie przećiwne. *Vicinum* Wyprozniánie / *ſed ad inferiores meatus pertinet.*

Odbyt przyrodzony w-ćiele ludzkim zádni / Otwór w-zádźie ćiáłá / ſtoléc. *vt* Má wrzod w-ſtolcu. Wrzod mu záśiadł odbyt. ἡ ἕδρα. *Sedes, foramen quo natura excrementa eijcit. Sic Iulius Obſequ. de anteriori parte loquens, ait: foramen naturæ quâ humor emittitur.* Anus, *ani. m. Cicer. Celſ.* ὁ δακτύλιος. *Podex, icis. Iuuenal. Horat. ſed Satyricum vel Comicum ac parùm honeſtum iudicio Cicer. ad Paetum ep. 22. vocabulum eſt, vt & Græca.* ἡ [illegible], πυγή, ὁ πρωκτὸς, κυσὸς, κύσαρος. *Honeſtiùs Cicero* Ima excrementorum via. *Et Plin. de Ibi aue.* Per eam ſe partem proluens, qua onera ciborum reddi maximè ſalubre eſt. τὸ κάθισμα. Exitus naturalis, *Colu.* Poſticum, *Arnob.* vide Pośladek 2.

Odbyt / *aliter* vide Stek 3.

Odbyt kupi / Skupność. ἡ ἀπεμπολή, ἀπεμπόλησις. *venditio cum lucro.* ἡ εὐτυχὴς ἢ ταχεῖα διάπρασις. *Proſpera vel celer venditio. Diſtractio facilis.* [εὐπρασία] ἡ ἀπόδοσις.

Odbyt ná co mam / ταχὺ ἀπεμπολάω *vel* ἐξεμπολάω. *Citò diuendo: diſtraho facilè merces, citò, bono pretio.* vide Roſprzédawam.

Odbyty człowiek / ὁ, ἡ εὐαπάλλακτος, εὐαπόλυτος. *qui facilè expediri, abſolui, amoueri poteſt.*

Odbyty pokarm / nié zátwárdzáiący żołądká / liśćk. ὁ, ἡ εὐέκκριτος, εὐδιαχώρητος, εὐαπόδοτος. łácno odchodzący. *qui facilè excernitur, ſ. cibus.*

Odbywam czégo / koniá / domu / &c. vide Oddálam 2. Przédáie / Pozbywam.

Odbywam ledá iáko / przédáie ledá zá co. v. Przekłáć.

Odbywam czym czégo / vt Nié tym tego odbyć. Odbyć / zbyć máłem. Defungor, *Cicer.* Quis non maximo ſe affectum beneficio putauit, cum tribus decumis pro vna defungeretur / ktoż nié zá wielkie dobrodźieyſtwo przyiął / gdy ćie trzemi póborámi zá iéden odbył? *Verri. dicit, qui à Siculis plures decumas pro vna exigebat. Idem,* Hoc mendacio *(quod erat ſparſum de interitu Cæſaris)* ſi quæ impenderent pericula, vt defungeremur optaui. *Cicer.* Defunctum vtinam hoc ſit modo. *Teren.* Byle iédno tym odbyć / by iédno ná tym ſtánęło. Quoniam defunctus ſibi ſomnio videretur. *Iuſtin.* Zdáło mu ſie że iuż pozbył / zniknął / vßedł tego co mu ſie śniło. Non leui defuncturum pœna, qui non reſtituiſſet. *Liu.* Nie ledáczym tego miał odbyć / ktoryby nie wróćił. ἀπαλλάττομαι & ἀπαλλάττω τὸν, & τὸ. ἀφοσιόομαι, οῦμαι τόν. Defungi minimo, *Vlpian.* Vna plaga reſoluere iédnem guzem odbyć. *Plaut.* Vna reſoluas plaga, *alij legunt.* Vna te abſoluas plaga, *alij*: Vna rem ſoluas plaga. *ſed & reſoluo pro ſimplici ſoluo vſurpat Plaut. aliquoties.*

Odbywam kogo / vide Odpráwiam kogo.

Odchod / odchodzenie / vide Odeśćie.

Odchodzę gdźie ábo od kogo. Faceſſo ab aliquo, *Cicero.* Recedo ab aliquo. *Plaut. Cicer.* Abeo, *abſolute &* abeo ab, ad, in, aliquò, longiùs. Diſcedo Capua, è, de, à, in, aliquò. Abſcedo. *Cicer.* ἀπαίρω, ἄπειμι, ἀποχωρέω, ἀπέρχομαι, ἀπαλλάομαι. Diſceſſionem facio. *Cic.* διΐσταμαι. Decedo, *Plaut.* Decedamus hinc. Aufero me. *Plaut.* Aufer te domum. ἄπαγε, & ἄπαγέ με, ἀπαλλάττομαι τοῦ. Digredior ab aliquo. Auolo: vt hinc auolem, *tr. Cicer.* ἀφίσταμαι, *tr.* ἐκτρέπομαι τοῦ. Relinquo comites, *Ouid.* Occipitium alicui oſtendo. *Varr.* ἀφίσταμαι, ἀποβαίνω, ἀποβαδίζω, οἴχομαι, ἀποίχομαι, οἰχνέω, ἀποφοιτάω, ἀποστείχω: ἀπεχαρίζω. *domum meam relinquo.* *Abambulantes ab abambulo, i. abſcedo, Feſtus.* ‖ *Formula diſcedentium ab inuicem.* Nunquid vis? *Terent. Horat.* Odchodzę iuż. Iuż odeydę. A maß co więcey? A co mi ießcze powieß ábo roſkażeß?

Odchodzę od śiebie / vide Szálęię 1. & Zápámiętywam śię.

Odchodzenie z-kąd do kąd / vide Odeśćie.

Odchodzenie morſkie / v. Morſkie odchodzenie.

Odchodzenie od śiebie / v. Zápámiętywánie śię 1.

Odchodźi bydło / *idem* Zdycha.

Odchodźi co od kogo ábo nie. *i.* miewá odbyt / ſtoléc / ábo nie. διαχωρεῖ τι κάτω, *abſcedit aliquid deorſum. vel,* *Excernit aliquid.* ‖ διαχωρεῖ γαστὴρ ἄπεπτα, *excernit venter cruda.* ὑποχωρεῖ τι. *in excrementa abit.* Cáło odeßło od niego / ábo odchodźi pokarm nié trawiony.

Odchodźi morze / Refluit mare. *Plin.* ἀναρρέει, μεταρρέει, ἀπονοστεῖ θάλασσα. Reciprocatur æſtus. *Liu.* Reciprocatur mare, *Curt.* ἀναπίνεται, ἀμπωτίζεται, *i.* reſorbetur. *Plin.* Reſorbet mare æſtum, *Lucret.* Reſorbet fluctus, *Ouid.* ἀμπωτίζει τὰ κύματα. Alternis æſtibus reciprocans fluctus alluit aggeſtionem littoris, *Pallad. i. accedit & recedit.*

Odchodźić co / chodzeniem nágrodźić. Pedibus compenſare pecuniam, *Cic.* ἀντιτίθημι τὰ χρήματα τῇ ποδωκίᾳ, *i. celeritate pedum,* ἀμείβομαι τὰ χρήματα τῇ ὑπηρεσίᾳ βαδιστικῇ. *i. compenſo obſequio ambulatorio,* ἀντικαταλλάσσομαι χρήματα τῆς ὑπηρεσίας. *Sic,* Odrobić co komu Compenſare aliquid opera ſua. *vt Cicer. loquitur.* ἀνταποδίδωμι ἐργολαβῶν *vel* ἐργαζόμενος ἔργον. *Sic,* Odſłużyć co. Operam alicui reddere pro pecunia, *Plaut.* ἀνθυπηρετέω, ῶ.

Odchowáć / odżywić dźiećię / ábo bydlę nędzne. Nutricando educare. *Varro.* Nutricantes educamus, *ſ. pullos mulæ.* Refouere membra, vires. *Stat.* Refouere abſumptas vires, *Colu. tr.* ἀνατρέφω τὸ. ἐξαναψύχω τινὰ τῷ σίτῳ καὶ τῷ ποτῷ: ἀναψυχόμενον σῶμα τρέφω, ἀναλαμβάνειν σῶμά τινος. v. Vchowa śię to.

Odćiągam co ábo kogo od czégo. Abſtraho me vel alium à, ab, ad aliquid. Retraho aliquem à Republica. *Cicer.* Retraho à ſtudio, *Terent.* ἀφέλκω, ἀφελκύω τινὰ τοῦ: ἀποσπάω, ἀνθελκύω, ἀποτρέπω τινὰ ἀπὸ τοῦ. Auocare Conſules à bello, *Liu.* Reuoco aliquem à ſcelere. *Cicer.* ἀνακαλέω, μετακαλέω, ῶ. τινα. Submoueor maleficio, pœnæ magnitudine, *Cicer.* Odćiągam śię.

Odćiągam z-woyſkiem / v. Rußam śię z-woyſkiem.

Odćiągánie czégo / Reuulſio, *Plin.* ἡ ἀπόσπασις, εως.

Odćiągánie kogo / ábo śiebie od czégo. Auocatio, *Cicer.* Auocatio à cogitanda moleſtia. ἡ ἀποτροπή.

Odćiećie / vide **Obćinánie / Vćinánie.**

Odćierpiéć / pozbyć rázem przykrośći. Defungi laboribus, *Horat. hic redde,* **Odrobić.** *quia de agricolis loquitur.* Defungi morbo: defuncta morbo corpora ſalubriora eſſe cœpere. *Liui.* **Odchorowawſzy.** Defungi munere orationis, *Cicer.* **Odmowić rzécz.** Finire dolores, *Cicer. Virgil.* **Odboléć.** Finire pœnas, *Ouid.* *ἅμα ἢ ἅπαξ τελεῖν νόσον, ἄλγος, πόνον. &c. & hoc vox Polonica ſonat: ſimul vel ſemel quod patiendum erat exſoluere. Sic* **Odśpiewáć / odpłákáć / &c. v. Odégráć.**

Odćimiam / odſtaniam / *ἀποσκολίζω, ἀποσκολιάζω. Vmbram facere ceſſo: tenebras alicui offundere deſino: abſiſto obumbrare aliquem vel alicui. Amoueo aliquid quod vmbram faciebat: lucem ademptam admitto. Cicero dicit:* Abſis parumper à ſole. **Odſtoń / odćim.** *Oppoſitum* **Záćimiam.**

Odćinam / Abſcindo, *Plin. iz.* Abſciſſa à continenti inſula. *Horat.* Deus abſcidit terras Oceano. *ἀποτέμνω, ἀποκόπτω, ἀποτμήγω τ.* Reſeco quæ ſanari non poſſunt. Deſeco aliquid. *Cicer.* Recido ornamenta ambitioſa, *Horat.* v. **Vćinam.**

Odćinék / vide **Vćinék** 1. **Okrawék.**

Odczárowáć / odczynić / odżégnáć vrok / &c. Recanere ſerpentes. *Plin. l. 26. c. 2. interpr. Turneb.* **odklináć.** Recantare ſerpentes, *Plin. l. 28. c. 2. i. incantationem occantando rumpere ac retorquere. Lauin. vel diluere. Turneb. καταπᾴδω, ἐξᾴδω τ.* Magico ritu luſtrare aliquem, *Ouid.* Siue aliquis nocuit, magico luſtrabere ritu. *Idem,* Carmine & herbis ſanare. Piare, expiare, verbis quibuſdam liberare incommodo inſanum, *&c. Feſt. hinc piatrix, expiatrix, Saga. Feſt. ἀποτροπιάζω.*

Odczárowánie / odczyniánie czárow / vrokow / &c. Luſtramentum, *Martian. I.C. Luſtratio, expiatio, procuratio, poteſt hic vſurpari. τὸ ἔπασμα ἀλεξητικόν. incantamentum auxilians. ἡ ἐπῳδὴ ἀντίστροφος. oppoſita incantatio. [ἡ ἀντῳδὴ, propriè diceretur, ſed hoc ſenſu apud Græcos vſurpatam hanc vocem non legi* Piamenta, *quibus in expiando vtebantur, Feſt. τὰ ἀποτροπιάσματα.*

Odczéſtowáć / *ἀνθεστιᾶν. viciſſim conuiuio aliquem accipere.* v. **Czéſtowáć śie ſpolnié.**

Oddáie / oddawam cudze / pożyczone. Suum cuique tribuo. Reddere ſuum cuique honorem, reddere epiſtolam, debita. Retribuo alicui debitum: fructum quem meruit, *Cicer.* Retribuo populo pecuniam acceptam. *Liui. ἀποδίδωμι, τίνω, τίω τ: ἀντιπαρέχω τινὶ τί.* Repono alicui, *Cicer.* Repono iniuriam, *Senec.* Repono donata, *Horat.* Redhibeo, *Plaut.* Saluum tibi, vt mihi dediſti, redhibeo marſupium. Refundo aliquid alicui, *Vlpian.* Refundere quod acceperis. Refundere loricam, notarium, *&c. Trebelli. Item Veget. Plin. Senec.* Regero aliquid alicui, *Cicer.* Regero vnde accepi, *Plin.* *Redono aliquid alicui, Horat.* Reſigno quæ dedit fortuna vel populus, *Horat. i. reſtituo, Lambin. translatum à tabulis donationis aut obligationis obſignatis. Lauin.* Remetior frumentum pecuniâ, *Quintil.* Retribuo rebus corpora, *Lucret. ἀντιδίδωμι, ἀντιτίθημι τὰ χρήματα ἀντὶ τῶν χρημάτων.* **Oddáie co czym.** *[Retrado, Pompon. I.C. i. rurſus trado.*

Oddáie do wiérnych rąk / v. **Do wiérnych rąk / Pokłádam co v kogo.**

Oddaie maiętność / v. **Wzdawam** 1.

Oddáie co komu kupnem ſpoſobem / wárownié / zá własne / ná własność. Emancipo alicui agrum, *Plin. iun. & Suet. interpr. Lauino.* Mancipo, emancipo aliquid *i. mancupio aut mancipio do, & in poteſtatem alterius trado, Lauin. ex Lucret. Horat.* Mancupi do aliquid alicui, *Plaut.* Ego me illi mancupi vel mancupio dabo. *Idem, ἐκποιῶ & ἵημι τ.*

Oddáie co Bogu / v. **Ofiáruię co Bogu / Poświącam.** 1.

Oddáie dobrodźiéyſtwo / miłość / &c. Refero alicui gratiam, *Cicer.* Refero parem gratiam, *Terent.* Refero gratiam & gratias, *Plaut. ἀντευεργετέω, ῶ: τινα.* Rependo dona, *Stati.* Rependo gratiam, *Ouid. ἀντιδωρέω, ῶ: τινα.* **oddźiáływam dobrodźiéyſtwo /** *ἀντιπελαργέω, ῶ. ſumptum à Ciconia, quæ ὁ πελαργὸς Græcis, cuius pulli parentes ſuos ſenes alunt. Idem de vulture Africano ſcribit Iul. Scalig. & ab eo vocem format ſimilem, ſ. ἀντευνοέω, ῶ.* Remuneror officia beneficijs. Remuneror aliquem quam ſimillimo munere. *Cicer.* **oddárowáć /** *ἀντιδωρέομαί τινα: ἀμείβομαί τινα δώροις. Redhoſtire Feſto, eſt referre gratiam, ex Næuio, Ennio, Attio. Hoſtire promitto contrà vt merueris, Plau. Hoſtire Nonio eſt æquare, æqua reddere: & hoſtimentum Feſto, beneficij penſatio. (ſed & in malam partem hoſtire ſumitur) ἀντιχαρίζομαί τινι: ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι χάριν, τίω χάριν.* Reſpondeo beneficijs alicui: reſpondeo amore, in amore: reſpondeo amore amori. *Cicer.* Reſpondere meritis, *Horat.* Refundo beneficium, *Senec.* Redamo aliquem. *Cic. ἀντιφιλέω, ῶ: τ. At ἀνταδικέω, ῶ.* Regero iniuriam. *Plinij voce. ἀντικολάζω, ſupplicio viciſſim afficio. ἀντιτιμωρέω & ἀντιτιμωροῦμαι. viciſſim punio.* Remuneror ſupplicijs aliquem, *Catul.*

Oddáie wét zá wét / Refero par: par pari refero. *Teren.* Reddo paria: refero paria. *Cicer.* Reddo vicem, *Mart. Plin. iun. Ouid.* Rependo vices, *Proper. ἀμύνομαι & ἀμείβομαι τοῖς ἴσοις, ὁμοίοις: ἀποδίδωμι τὰ ἴσα, τίνω ἀμοιβήν. ἀντιμετρέω τὰ ἴσα.* Remetior, *Plinius iun.* Coërcere aliquem talione, æquiparo talionem, talioni parem facio talionem *ex Gellio.* Retaliare alicui aliquid. *Gell. Hoſtire etiam & redhoſtire. ſic accipi poteſt, addita voce,* par, paria. *Apologare aliquem viciſſim, Senec. i. conuicio notare. Lamberas me meo ludo, Plaut. i. meo ioco me laceras, Lambin. laniare, ſcindere, Feſt. interpretatur. ἀντιτιμάω, ῶ. rependo honorem, viciſſim honoro.*

Oddáie pieniądzé przez bánk / ná bánku vkázuię: poſyłam do bánkierzá ná śię kártelluſz pożyczálnikowi. Reſcribo alicui argentum, *Terent. i. per menſæ ſcripturam reddo, Donato; Plaut. Turnebo; Horat. Hotomano, Lauino interprete. Et Cicer. Alexan. Scot.* Reſcribo nummos, *Plaut. i. caueo à trapezita ſolui, Turneb.* Perſcribo pecuniam, *Cicer. Terent. i. per ſcripturam ſatisfacio creditori, Donat.* Scribo alicui nummos, *Plaut. i. nummos non præſentes ſoluo, ſed apud trapezitam me obligo, & per argentarium curo reddi certa die, Buda. Turneb.* Collybo pecuniam mittere, *Buda.* Permutare pecuniam, *Cicer. i. per menſam ſoluendam curare, Buda.* Tranſcribere nomina in aliquem, *Liui.* **vkázuię v kogo mu dług odbieráć pożyczalnik.** *μεταγράφω χρέος εἴς τινα.* Reſigno, *Horatij ſuprà poſitum, hic etiam locum habet.*

Oddáie ſtadło małżeńſkie / ślub dáie. *ἁρμόζω, ἁρμόττω τινά τινι: συζευγνύω νύμφην & νυμφίον.* Connubio iungo, *Virg. Chriſtiano more Sacerdos dicitur, adſtare publicè nubentibus: παρεστάναι vel παρεστάναι τοῖς νυμφευομένοις. Benedicere vel benè dicere, benè precari ſponſis, vel matrimonio. εὐλογῆσαι γάμον: παραγίνεσθαι τοῖς πρὸς γάμου κοινωνίαν συναφθεῖσι. Euchולog. vbi egregiæ benedictiones multæ ponuntur. παρεῖναι τοῖς σύζυξιν ἐννόμως μιγνυμένοις. Adeſſe coniugium legitimè ineuntibus. στεφανῶσαι τὸν*

Συζύγυς

ζυζύγας νῦν. i. coronare nouos nuptos, Euchologium vſurpat ſic hoc verbum, & ipſam benedictionem nuptiarum, vocat ςεφάνωμα, *i. coronationem, à coronis coniugibus imponendis, quod digamis ibidem negatur.*

Oddáie śie / ofiáruie ná zgube zá kogo. Deuoueo me pro aliquo, *Cicer. Plin. Liui.* Quidam Imperatores ſeipſos diis immortalibus capite velato certis verbis pro Repub. deuouerunt. *Cicer. Deuouet ſe, qui vt alterum ſeruet, ſponte calamitatem & periculum ſubit. Manut. Apulei. 7.* Aut ibidem quam ei deuouerat reddidiſſet animam, *ſ. more Soldariorum, Beroal. Deuoto me, Accius. Patrio me exemplo dicabo, atq́; animam deuotabo hoſtibus. Sic Gotfred. Giſani. malè Nonius ſcribit, & explicat, abſumam prius. Et in Paradoxo 1. Cicer. agnoſcit vocem* deuotauit *Gotfred. Lambin. & alij cum omnibus veteribus codicibus.* ἀνάθημα γίνομαι ὑπὲρ τ8, καθιερόω ἐμαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος τῷ δαίμονι: ἀφοσιόω ἐμαυτὸν *vel* ἀφοσιοῦμαι ὑπὲρ τ8.

Oddalam co od śiebie / μακρὰν τι εἶναι ποιῶ ἀπ' ἐμοῦ: μακρύνω τι ἀπ' ἐμοῦ. *Longè, longiſſimè à me abeſſe facio, curo:* πόῤῥω τι ἀποκινέω, ἀφίςημι. *Procul quidpiam remoueo.* Amoueo, *Plaut.* Amoui à foribus maximam moleſtiam. Amoueo odium, inuidiam: virgas à corpore ciuium Romanorum: amoueo aliquem à procuratione frumentaria. Dimoueo labem, moleſtiam. Propulſo famem, ſuſpicionem. Remoueo à me ſuſpicionem; remoueo me à ſuſpicione alicuius rei: aliquem à Republica. *Cicer.* Submoueo aliquem à negotiatione, *Colu.* Submoueo à Proconſulatu. *Plin. iun.* ἀπελαύνω, ἀποτρέπω, ἀμύνω τ ἀπὸ τ8. ἀποξενόω τ. ὑποβάλλω, ὑποπαραβάλλω, ᾶ. *clam ſubmoueo.* Ablego, *Cicer.* Hæc legatio me à fratris aduẽtu ablegat. ἀποσκεδάζω τ: ἀποπέμπομαι τ: ἐκποιέω & ἐκποιοῦμαί τινα τ8: εἰς πόῤῥω σπέρω ἐμαυτὸν ποιῶ τῆς ὑποψίας. Segrego à me ſuſpicionem, culpam. *Plaut.* Semoueo aliquem a, ab. *Plau. Cicer.* Amolior periculum, *Plini.* ὑφαιρέω. Arceo faſcinum, *Feſt.* ἀποτρέπω βασκάνιον. **Oddźiálywam vrok.**

Oddalam co od śiebie / pozbywam władzy ná co / ábo práwá. Alieno vectigalia: res proprias in perpetuum alienare. Abalieno agrum. *Cicer.* ἀλλοτριόω μοι τὰ ἴδια: ἀπαλλάσσομαι τὰ ἴδια πάντα.

Oddalenie czégo / Odpędzenie. Abalienatio alicuius rei. Alienatio ſacrorum. *Cicer.* ἡ ἀλλοτρίωσις, ἐκποίησις, εως. Repulſus, *us. Lucret. Plin.* Amotio doloris. Remotio criminis. Propulſatio periculi. *Cicer.* ἡ ἀποτροπή, ἀπομάκρυνσις. Amolitio alicuius rei ex oculis, *Gell.* Depulſio doloris, ſeruitutis. *Cicer.* ἡ ἄπωσις.

Oddaleniu podległe rzeczy / ktore kto dobrem práwem i vrzędownie oddalić może. Res mancipi *dicuntur, inquit Buda. quæ abalienari poſſunt, ſeu quæ à noſtro dominio ad alterius dominium tranſire poſſunt ſolennitate certa iuris.* ❡ *Cicer.* Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio. *&c.* τὰ ἀλλοτριωθῆναι δυνάμενα: [τὰ ὑποχείρια, *quidam vocant, i. addicta alicui, minùs propriè*] *talia autem ſunt fundi, ædes, ſerui, quadrupedes. Nec mancipi verò cætera, vt feræ & prouincialia prædia, Vlpian. Boëth.*

Oddánie czegokolwiek komukolwiek / ἡ ἀπόδοσις, ἀνταπόδομα, ἀνταπόδοσις, ἀντίδοσις. Redditio in vtramque partem, *ſ. & boni & mali. Quintil. hanc vocem paulò aliter vſurpat. Præſtatio legatorum, Paul. I C.*

Oddánie dobrego / łáſki / miłośći / dobrodźieyſtwá / &c. Relatio gratiæ, *Senec.* Relatio meritorum, *Quint.* Remuneratio officiorum, beneuolentiæ, *Cicer.* ἡ ἀντίχαρις, ιτος. ἀντιπελάργησις, ἀντιπελάργωσις, ἀντιπελαργία. *à ciconiarum more ductum.* Studiorum officiorumque viciſſitudo, *Cicer.* ἡ ἀμοιβή, ἄμειψις & ἄμυνα τῆς χάριτος. *Hoſtimentum Ennij, Plauti, beneficij penſationem Feſtus interpretatur.* τὸ ἀντίδωρον. Antidorum, *Vlpian.* oddárowánie. ἡ ἀντιδωρεά. *Retributio in SS. libris.*

Oddánie wet zá wet złego / ábo też i dobrego / rowne. Talio, *onis. f. Plin. Verri. Feſt. Gelli.* ἡ ἀντιποίησις: ἡ ἀμοιβή, ἀμοιβὴ τοῖς ἴσοις γινομένη. *in vtramq́; partem.* Vices, *Horat. 1. Od. 28. i. talio pœnæ reciproca, Lambin.*

Oddánie małżeńſkie / *vt:* **Byłem przy oddániu ich /** v. **Slub małżeńſki.**

Oddánie śie ná zgube zá kogo. Deuotio, *Cicer.* Deciorum deuotionibus placatos eſſe deos. *Idem,* In deuotione vitæ imitatus eſt P. Decium filius. ἡ καθιέρωσις.

Oddány od ludu / ábo co śie ſam oddał ná zgube zá kogo. Deuotus, *Horat.* Deuota morti pectora liberæ. *Idem,* Impia deuoti ſanguinis ætas, *i. ad expianda ſcelera morti deſtinata, Lambin.* Andromede monſtris deuota marinis, *Propert. Paulò aliter Cicer de Clodio.* Deuota hoſtia T. Annio, *i. quem à Milone fatale erat occidi. Et Virgil.* Dido peſti deuota futuræ, *i. addicta & deſtinata amori furioſo, Cerda. malim morti explicare.* ὁ, ἡ ἀγής, ἐναγής, ἐος. καθιερωθεὶς ὑπὲρ πατρίδος ἀπὸ τοῦ λαοῦ *vel* ἀφ' ἑαυτοῦ. τὸ κάθαρμα, ἀνάθημα *dicitur, non ſolùm homo ſic deuotus, ſed quæuis alia res, vt piaculum Latinis. Hinc* Deuotorium carmen, *Liu. Macrob. quo quid publicè deuouetur, Beroald.* ❡ *Deuouendi hominem formulam, lege apud Liu. l. 8. vrbes apud Macrob. 3. Saturnal. 4. Ethnicorum ſunt ineptiæ impiæ.*

Oddárćie / Reuulſio vnius ſchedæ, *Plin.* [ἡ ἀπόσπασις, εως.

Oddárowáć / vide **Oddáie dobrodźieyſtwo.**

Oddawánie małżonkow nowych / v. **Slub 3.**

Oddawcá / oddawcz. *Redditor, Eccleſiaſtic. 5.* ὁ ἀνταποδότης. *Remunerator, ad Hebræ. 11.* ὁ μισθαποδότης **Płatcá.**

Oddech / oddychánie. Reſpiratio. Aſpiratio, Adſpiratio. animantes adſpiratione aëris ſuſtinentur. Spiritus: anima (*i. aër*) ducitur ſpiritu, *Cic.* ἡ ἀναπνοή, ἀνάπνευσις, ἀνάπνοια, ἀναφύσησις. Reſpiratus, *us, Cicer. Lambin. Aſpiritus, us. Arnobi. Meurſ. al. adſpiritus.* Reſlatus, *us. Plin.* Reſlatus belluæ marinæ. Reciprocatio ſpiritus. *Plin. Duæ ſunt vices, ſeu functiones reſpirationis, ſ. Inſpiratio, quâ aër ad cor trahitur.* ἡ εἰσπνοή, ἀνάπνευσις: *Exſpiratio, quâ ſpiritus expellitur,* ἡ ἐκπνοή, ἔκπνευσις, *Gorræ. At* ἡ εὔπνοια, *facilis reſpiratio.* Interſpiratio in oratione, *Cicer.* ἡ διαπνοή, ἡ τῆς ἐκφορᾶς διαςολή. *Tranſpiratio* διαπνοή *Galen. non eſt idem quod reſpiratio ſeu* ἀναπνοή, *quia illa eſt; cùm per totum corpus aër trahitur & exſpiratur: hæc verò; cùm ſpiritus per os intrò & extra fertur. Sæpè tamẽ hæc vocabula pro eodem vſurpantur.*

Oddechowa dźiurká w-źiemi / w-popiele / &c. Spiramentum, *Virgil.* Spiramenta terræ quibus venit ſuccus in herbas. τὸ ἀναφύσημα. *Iuſtinus.* Spiramentum cauernæ. Spiramenta in alueis apum. *Colu.* Spiramenta in terra, in plumbo, in ſcoria. Cauernulæ. *Plin.* Spiraculum Ditis, *Virgil.* Fauces peſtiferas, *ſ. Orci, idem vocat ibidem. Sed hæc* vide **Orchłań piekielna.** τὰ ἀναπνευςικά. *vide etiam* **Dźiurki ſubtelne / Krtań.**

Oddechowy / oddychániu ſłużący. Spirabilis, *Cicer.* Spirabilis natura, *ſ. aër* ὁ πνευςικός, ἀναπνευςικός. Flabilis, *Cic.* Nihil eſt in animis humidũ, flabile, aut igneum. *Potes reddere quoq;* **Wiátrem ábo duchem ruchomego.**

Oddycháiący / Spirabilis, *Cicer.* Sive ſint ſpirabiles, *ſ. animi.* animales *eoſdem vocat.* Spirans, *Cicer.* Spirantis mortui effigies. ὁ ἀναπνέων, ὄντος. *reſpirans.* ὁ ἐκπνέων, ὁ ἔμπνοος, *ſpirans.* ὁ εὔπνοος, *benè reſpirans.*

Oddycham / Spiro, reſpiro. *Cicer. Plin.* Sine reſpirem quæſo, *Terent.* ἀναπνέω, ἐκπνέω, ἐναναψύχω. Duco ſpiritum: nullum ſpiritum otioſum duximus. Ducere animam de cælo. *Cicer.* Traho & reddo ſpiritum, *Celſ.* Attraho & reddo animam, *Plin.* Reciproco animam, *Liu.* Vix ſuffero anhelitum, *Plaut. id eſt ægrè reſpiro.* Proſpiro, *Cato.* Recipio animam, *Quint.* Recipio anhelitum, *Plaut.* Duco & reflo aërem. Rehalo. Reddo animam. Reduco auras naribus. *Lucret.* Excepto leues auras, *Virgil.* Beſtiæ auras recipiunt naribus & per anhelitum reciprocatas reddunt, *Arnob.* Reſiprocare à vitali ſpiritu aërem, *Idem.* Interſpiro, *Cato.* Relinquito quà interſpiret, *ſ. vinum in dolio opertum. Obſerua in exemplis Latinis quædam pertinere ad recipiendum aërem, quædam ad emittendum, vt Græcis ἀναπνέομαι & ἐμπνέομαι τὸ ἀέρα: vel ἐμπνέω πνεύμονα, & ἐκπνέω (v.* **Oddech** *) & Polonis:* **Biore w-śie dech/** *&* **wydycham/** *quia* **oddycham** *vtrumq; ſonat.*

Oddychánie/ vide **Oddech.**

Oddyma wiátr od kąd. Reflo. ἀντιπνέω, *Cicer.* Etſi Eteſiæ valdè reflauerint. *Idem,* Si reflantibus ventis reijciemur. ἀντιπνέομαι.

Oddymánie wiátru. Reflatus *(venti) Cicer.* ἡ ἀντίπνοια.

Oddźiáływam / vide **Oddáie-dobrodźiéyſtwo/ Odczárowáć / Oddalam.**

Oddźiélacz/ Separator, *Zacharia 9.* ὁ χωρίζων. **ktory rozłącza.** [ὁ χωριστὴς *propriè, ſed caret authoritate.*

Oddźiélam co / vide **Odłączam.**

Oddźiélam ſyná / corkę / v. **Odpráwiam.**

Oddźiélenie czégo / Sepoſitio, *Vlpian.* Si, qui decimam vouit, ante ſepoſitionem deceſſerit. τὸ ἀφόρισμα, ὁ διορισμὸς, ἡ χώρισις, ὁ χωρισμός. Diſcluſio loci, *Apul.* Seiunctio vnius ab alio. *Cicer.*

Oddźiélony ſyn / vide **Odpráwiony 2.**

Oddźieram co / Odrywam. Reuello ligna, tabulas. *Cic.* Reuello chartam, *Ouid.* Auello aliquid à ſigno, *Cic. i. ab imagine ſculpta.* Diuello liberos à complexu parentum, *Saluſt.* Refigo æra, clypeum, ligna. *Horat.* Refigo leges, *Cicer.* Refixa cælo ſidera. *Virg. quaſi affixa fuerint.* ἀποσπάω, ῶ. τ. ἀποκαθηλόω, ῶ. τ. ἀποδιασπάω τ.

Oddźierzgam / rozdźierzgam. Renodo, *Horat.* Diuello nodos manibus, *Virgil.* διαλύω τὰς συμπλοκὰς *vel* τὰ συμπεπλεγμένα. *ſed hoc propriè ſignificat diſſoluo complicata, implicata, quod nos* **odwikłáć** *dicimus.*

Odechciáło mu śie czégo. Depoſuit deſiderium alicuius rei: Remiſit de voluntate. Abiecit voluntatem. *Cic.* ἀθυμέω τ. & τοῦ & ἐπὶ τοῦ: εἰς τὴν ἀθυμίαν ἐνέπεσεν· ἐπαύσατο ἐπιθυμεῖν τ.: καταλέλοιπεν αὐτὸν ἡ προθυμία τ. Oblanguit in me deſiderium alicuius rei. *Cicer. paulò aliter poſuit.* Non veniſſe volent. *Virg.* **Odechcé śie iem. Żal iem będźie że przyſzli.**

Odednia do dnia. Diem ex die exſpectare, *Cicer.* Diem de die differre. *Liu.* ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερβάλλομαι, ἔτος ἐξ ἔτους. *Annum ex anno.*

Odégráć/ ſkończyć igrzyſko/ grę. Deludere *Plin. gladiatores deludere dicebantur dùm ceſſabant, Turneb.* Eludere, *eſt imponere ludo finem, Donat. de gladiatoribus.* παύω μονομαχεῖν, *aut* ἀνταγωνίζεσθαι. τελέω τὸν ἀγῶνα ἢ μονομαχίαν. παύω τὴν παιδιάν. *finio ludum puerilem.*

Odégrzmiáło / Detonuit, *Valer. Argon. at Quintil. ad plauſum auditorum retulit.* ἐτελεύτησεν ἡ βροντή. [καταβροντάω, ἀποβροντάω.]

Odégnio / vide **Wźyrwa co/** *aliud eſt* **Odélnęło** / vide **Odlipam.**

Odépráć/ otłoczyć dépcąc. Obculcare in ſcrobe vitem. *Cato. al.* Occulcare, Circumculco radices, Circumcalco codicem ſeminis, *i. plantæ caudicem, Columel.* καταπατέω τὸν κύκλον.

Odérwány / vrwány / ὁ ἀπότομος. Abruptus: abſciſſus. *Liui.* ὁ ἀπορρώξ, ῶγος. Præruptus, *Cicer. Colu.*

Odéśćia i wrocenia czás żołnierzowi náznáczony. Commeatus, *Cicer.* Ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ intercluſiſſent. [τὸ κομμεάτον, *vel vt Rigaltius ſcribit* κομεάτον. *Leo. Mauricius Imper. quæ vox ex Latinâ facta eſt. Græcè autem.* ἡ ἀπόλυσις τοῦ στρατιώτου. *Leo.* ἀπολύσεως καιρὸς τῷ στρατιώτῃ διδόσθω, *i. Commeatus tempus militi detur.* [κομίατον *Heſychio, Suidæ eſt* ἐξαίτησις τοῦ ἀφεθῆναι. *poſtulatio dimiſſionis, commeatus (paulò aliter accepére, vt & Latini ſuam vocem. Tertull. Commeatum ſibi faciunt delinquendi, i. libertatem) Illud autem Heſychij* ἐξαίτησιν λαμβάνειν τοῦ ἀφεθῆναι *ſonat accipere licentiam abeundi, vel obtinere dimiſſionem.*

Odéśćie / Abitus, abitio, *Terent.* Receſſus lunæ: Diſceſſus ab vrbe. Diſceſſio ſolis, abſceſſus ſolis. Receſſus à rebus peſtiferis. *Cicer.* **Odſtąpienie.** Abſceſſus noctis, *in SS. libr.* Deceſſus Nili, *Plin.* Deceſſus æſtus, *Cæſ. Iiſdem verbis Latinis reddes* **Odchodzenie** / *licet Polonicæ voces differant vt patet, quod in ſimilibus aliquoties monui. Sed Latinæ voces indifferentes ſunt ad vtrumq; & carent hoc diſcrimine vt Celſ.* Sub deceſſum febris cibum ſumat, *i. poſt deceſſum. Polonicè* **Po odéśćiu/** *non* **po odchodzeniu.** *Sed nec in Græcis vocibus eſt hoc diſcrimen.* ἡ ἀποχώρησις, ἀποφοίτησις, ἄφιξις, &c. Seceſſus auium, *Plin.* In ſeceſſu auium noctuæ paucis diebus latere creduntur. **w-odlatániu** *reddas, non* **w-odéśćiu.**

Odéśćie od śiebie / vide **Zápámiętánie śie.**

Odéſłánie kogo gdźie. Ablegatio iuuentutis, *Liu.* ἡ ἀποπομπή. Amandatio & relegatio alicuius, *Cicer.* ἡ ἀποστολή, ἀπόπεμψις.

Odéſpod / vide **Podſpod.**

Odétchnienie / vide **Oddech.**

Odétkáć/ á tkę kroſná/ płotno. Detexere telam, *Plaut.* Detexere togam, *Titinni. i. pertexere, Lambin.* ἐξυφαίνειν ὕφασμα.

Odétkáć abo odétknąć co/ vide **Odtykam.**

Odéty / vide **Nádęty 1.**

Odéwſtáie co / odéwſtáło. χαλάζει τὸ ἰχθυόκολλον ἐν τοῖς συμπηγίοις. *hiat conglutinatio in rebus compactis.* χαλᾷ ἡ συγκόλλησις τῶν συμπεπηγμένων. ἡ συμφυΐα ἡ συμφύσις. *Conglutinatio non coaleſcit, vel coaleſcere deſiit.* ἡ σύμφυσις διῃρέθη. *Compages ſoluta eſt, vt Lucan. vel rupta. vt Senec. Oeta. Aliter reddes.* **Odéwſtał chleb/** *& ſimilia. ſ.* τὸ ἄνω τοῦ ἄρτου ἀπὸ τοῦ ὀπτήματος ἢ χρονίας ὀπτήσεως ἀφίστατο. *Cruſta panis ex vehementi vel diuturna coctura abſceſsit.*

Odéymuię co komu / Adimo aliquid alicui. Demo aliquid, & aliquid alicui. *Cicer. Teren.* ἀφαιρέω, ῶ. & ἀφαιροῦμαί σοι τοῦτο: ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο: ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο: παραιροῦμαί σε τοῦτο & τούτου. Aufero, *Plaut.* Aufer ab ianua ſtercus, *Cicer.* Aufert humanum ſenſum actoris. Subtraho alicui vicarium, *Cicer.* ὑφαιρέω τι. Præcido alicui vel mihi libertatem viuendi, ſpem, reditum:

Cicer. ἀποκόπτω ἐλπίδα. Multo aliquem ſacerdotio, *Sueton.* Priuo aliquem bonis, *Plaut.* Priuat me ſomno ægritudo, priuare aliquem vita. Orbare aliquem ſenſibus, *Cicer.* νοσφίζω & νοσφίζομαί τι τοῦ. *Sic* στερέω, ῶ. στερίζω, στερίσκω, ἀποστερέω τι τοῦ. Circumcidere vinum in dolore dentium, *tr. Celſ. Abemo pro adimo, Feſt. habet: Abemito (Imperatiuus) ſignificat demito vel auferto.*

Odeymuię komu broń / oręże / zbroię / *&c.* Exarmo legiones, *Sueton. Tacit.* Spolio armis, *Virg.* Dearmo, *Liu.* Dearmatus exercitus, **Obrány z-oręża.** Nudo aliquem armis, *Ouid.* ἀφοπλίζω, & ἐξοπλίζω τινὰ τοῦ. ἐξονυχίζω *tr. ab animalibus quibus vngues ceu arma detrahuntur. Inermo, as. armis ſpolio, Feſt.* v. **Obnażam.**

Odeymuię kogo wilkom / pſom / *&c.* ἀπείργω λύκους ἀπὸ προβάτων: λύκους προβάτων ἀμύνω, *vel* ἀπὸ προβάτων. *Arceo lupos ab ouibus, defendo oues à lupis.* ἀμύνω τινὶ κύνας. *Defendo aliquem à canibus. Arceo impetum luporum vel canum ab aliquo.* Eripio agnum lupo. *Plaut. Abigo irruentes in aliquem canes, lupos.* ἀποσοβέω λύκους εἴς τινα ἐφορμῶντας *vel* ἐπιφερομένους. *Suppetias fero alicui à lupis cincto.* ἐπιβοηθέω τινὶ ὑπὸ τῶν λύκων περικυκλωμένῳ. *Propello, propulſo ab aliquo impetum luporum. Sic* **Odeymuię ſię / oganiam ſię pſom / wilkom.** *Propulſo à me vim canum: defendo me ab impetu luporum.*

Odeymuię ſię gniewowi / ſwey woli / śmiechowi / *&c.* vide **Hámuię ſię.**

Odeymuię ſobie od gęby / Fraudo me meo victu. *Liu.* Fraudo genium meum, *Plaut.* Defraudo genium, *Terent.* Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defrudans genium comparſit miſer. Id illa (*hera noua nupta*) vniuerſum abripiet. νοσφίζω με τοῦ βίου ἑκών: στερέω ψωμόν μου πεινῶντος. *Simile eſt illud Eccleſiaſtæ.* στερίσκω τὴν ψυχήν μου ἀγαθοῦ. *vt Symmach. legit. Fraudo animam meam bonis. aliter* ἀγαθωσύνης, & ἀπὸ ἀγαθωσύνης. *Ad noſtrum ſenſum pone.* τῶν ἀγαθῶν, *vel* τῆς τροφῆς. *i. priuo me bonis, eſca.* Fraudo ventrem, *Senec.* Peculium quod comparauerunt ventre fraudato, *ſ. mancipia.* ὑφαιρέω τὰ τῆς γαστρὸς ἀναγκαῖα.

Odgániácz / oddálácz / odżeńcá. Propulſator, *Valer. Max.* Depulſor dominatus, *Cicer.* Prohibitor auium & furum, *Macrob.* ὁ, ἡ ἀμυντήριος. ὁ ἀμυντής, ῆρος. ὁ διακωλύτης, ου. ὁ ἀποσοβητής, ου. *propulſator inſolens.*

Odganiam / odpędzam kogo / *&c.* Abigo à me, ab ædibus aliquem. *Plaut.* Repello aliquid, aliquem, a, ab. Depello famem, periculum, morbum, dolorem à me. Propello periculum. *Cicer.* Propello inimicos. Propulſo hoſtem, iniurias. *Cæſar.* Propulſo populum: Arceo aliquem ſedibus. *Cicer.* Arceo finibus, *Ouid.* Abarceo *vel* aberceo, *Plin. Feſt.* Defendo, *pro arceo.* Defendere hoſtes à pinnis. *Quadrigar.* Serua ciues, defende hoſtes. *Enni.* Hoſtes à leui armatura quæ locum occupauerat defendebantur. *Veget.* Si quis non defendit iniuriam neque propulſat à ſuis cùm poteſt, iniuſte facit. *Cicer. i. non arcet, Stenech.* Pello metum, *Cicer.* Pello famem, morbos. Pello curas, pericula. *Ouid.* ἀπελαύνω τινὰ τοῦ, *vel* ἀπὸ τοῦ: ἀνείργω τι τοῦ: ἀπείργω τοῦ τινα: ἀνακωλύω, ἀποκωλύω τι τοῦ: ἀλαλκέω σοι *vel* ἀπὸ σοῦ φόβον, ἀπαλλάττω κινδύνου: ἀλέξω, ἀλεξέω, ῶ: καὶ ἀπωθέω τινὰ τοῦ. Fugo vultures, *Plin.* Fugo ſomnum. *Tibull.* Fugo hoſtes, *Cicer.* φεύγειν ποιῶ. Protelare *ait Feſt. eſt longè propellere, è Græco* τῆλε, *i. longè. Donat. à* πρὸ & ἕλκειν, *i. ante & trahere, vel ab aſsiduo telorum iactu, ductum ait.* Protelare cladem, *Apule. i. propulſare.* Cohortes de ſubſidio procedunt atque equites protelant. *Siſenn. apud Nonium. Ciſpello, Plaut. Surſum aſcendero, inde optimè ciſpellam virum, i. repellam, Turnebus.* Reijcio hoſtem ab aliquo loco, *Cicer.* Reijcere à flumine capellas, *Virg.* Aſpello, *Plaut. Cicer.*

Odginam co / ἀνεγνάμπτω τι. Recuruo aliquid, *Colu.*

Odgłos / *Echo, quam vocis fecem, verbi caudam appellat Enodius lib. 4.* ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς πτύγας ῥήματος ἐρῆν. *Ariſtoteli, eſt* ἀφὴ τῆς νεάτης φωνῆς *id eſt tactio nouiſsima ſeu poſtrema vocis deſinentis. De ratione Echus lege Lucret. verſus l. 4. & notas in eundem Lambin.* vide **Głoſu odbiiánie.**

Odgniewáć ſię / Dimittere iracundiam, *Cæſar.* Omittere iracundiam, *Terent.* Remittere iracundiam, *Cic.* Deflagrarunt iræ, *Liu.* Deferbuit ira, *Cicer.* Ponere iram, *Horat. Ouid.* Frangere iram, *Quintilian.* Miſſam facere iram: remolleſcere precibus. *Ouid.* ἀπομηνίω, τὴν μῆνιν ἀποτίθεμαι: παύομαι: ἀπὸ μήνιδος γίνομαι. Stomachum decoquere, *al.* deijcere. *Plaut.* πέψαι ὀργήν: χόλον θυμαλγέα πέσσει. *Homer.*

Odgryzam ſię: odkęſuię ſię *propriè.* Remordeo, *Horat.* Me remorſurum petis. *licet hic translatum ſit.* ἀντιδάκνω, ἀναδάκνω τι. Repetere morſu aliquem, *Seneca. Translatum* **Odgryzam ſię.** *ſignificat* **Nie dam ſobie ná ſobie gráć / abo nad ſobą przebarẑczáć.** *quod ad parœmias pertinet. vide item* **Zbiiam kogo / Oczyściam ſię ſłowy.**

Odiazd / odiachánie. *Latina & Græca vocabula, eadem hic vſurpes licet, quæ ſuprà poſui.* v. **Odeſćie.** *nam quæ hic ponam non ex natura ſua (vt Polonica) ſed ex adiunctis vocibus ſenſum huius loci habent.* Diſceſſus, *Cicer. Attico ſcribens ait:* Vt me leuârat aduentus tuus, ſic diſceſſus tuus. *Certè Atticus non pedibus iter præſertim longum faciebat.* Profectio, *Cicer.* Exponam vobis breuiter conſilium profectionis & reuerſionis meæ. *i.* odiachánia/nie odeśćia. *lege* **Odieżdżam.** ἡ ἄφιξις, ἀπαλλαγή, ἄπαρσις, εως. [*ἀφίππασις propria eſt vox, ſed auctorem non habet præter me, alium.*]

Odiecie czego. Ademptio ciuitatis. *Cicer.* ἡ ἀφαίρεσις, ἀποστέρησις, παραίρεσις.

Odieżdżam gdzie z kąd. Abequito, *Liu.* ἀφιππάζω, ἀφιππάζομαι, ἀπελαύνω. *Reliquæ voces Latinæ & Græcæ, quas* v. **Odchodzę** *poſuimus, huc accerſiri poſſunt, quia indifferentes ſunt ad vtrumque diſceſſum, qui pedibus, & qui equo, curru, naui fit.* Proficiſcor *ſæpiùs curru, naui, equo conſonat. Sed & ſimpliciter.* **Idę.** v. *ſuo loco.*

Odiſtocz / vide **Wyćiegocz.**

Odiſtánie / & odiſtowánie. *differunt, vt actio recipiendi finita, & quæ etiámnum durat.* Recuperatio, *Cicer.* Recuperatio libertatis. ἡ ἀνάκλησις, εως. ἀνακομιδή, κομιδή, ἀπόληψις. Reciperatio, *inquit Feſtus eſt, cùm inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur ſingulis recuperenturque, vel reciperenturque. Vicina præcedenti vox eſt* Clarigatio *de qua Arnob.* Per clarigationem *inquit,* repetitis res raptas. *Et,* Res repetere *apud Cicer. Liu. Valer. Max. &c. erat idem quod clarigationem exercere, quod quia clara voce fiebat clarigatio hinc dicta, Seruius.* ἡ αἴτησις, *vel* ἀπαίτησις τῶν δικαίων. Euictio *autem eſt eius rei quam aduerſarius legitimo iure acquiſierat per iudicem recuperatio. Schardius, Rob. Steph. ex D.* ἡ ἐκνίκησις, *Bud.* ἡ ἀνάκτησις νομίμη. **Odiſtánie práwne.** Auctoritas *Venuleio, actio pro euictione.* Vendicatio, actio in rem *Vlpian.* ἡ ἐκδίκησις. *At* Poſtliminium, *eſt IC. ius repetendi ſua eius qui ab hoſtibus captus rediit. vtitur & Cic.* ἡ ἀναστροφή. práwo ná odiſtánie ſwego.

Odiſtuiacy / *Recuperatiuus ſtatus, Aggene.* odiſkowánia ſtużący. ὁ ἀνακλητικός.

Odiſtuie co iákokolwiek / Przychodzę ku ſwemu. Repeto res, *ſuprà.* Recupero erepta, *Cicer.* Reparo amiſſa, *Lucret. Horat.* Recipere vrbem amiſſam. Peruenire ad ſuum ſine alterius infamia, peruenire ad ſuas fortunas. *Cicer.* Redipiſcor aliquid, *Plaut.* Clarigo. Res raptas clarè repeto. *Plin.* Legati cùm ad hoſtem clarigatum, i. *res raptas clarè repetitum mitterentur. Lamb.* ἀντιποιοῦμαι τοῦ: κομίζομαι, ἀνακομίζομαι τ. ἀναλαμβάνω, ἀντιλαμβάνω, ἀντεπιλαμβάνω τ. ἀνακτάομαι τ. πάλιν τυγχάνω τοῦ. Euincere aliquid ab aliquo, *Vlpian. Pompon. Hetom.* ἐκνικάω, ῶ. Poſtliminio aliquid recipio, *Paul. IC. & Cicer.* Poſtliminio ad nos redeunt quæ à nobis alienata ſunt. τῷ δικαίῳ τῆς ἐπαναστροφῆς ἀνακτάομαί τι. *Renanciſcor, pro reprehendo Feſt. Verri. vſurpauit.*

Odkázuie co komu / Léguie. Lego aliquid alicui, *Cicer. Quint.* Lego aliquid alicui ab aliquo vt à filio, ab herede. *Cicer. eſt, mando filio aut heredi vt legatum aliquod præſtet quod ab illo ſolo petendum ſit non ab alio.* Prælego, *as. Paul. IC. i. partem peculiarem, per præceptionem lego.* [*λεγατεύω, vel potiùs ληγατεύω in Baſilicis & Pand. è Latina voce.*] *Græcè* ἐν τῇ διαθήκῃ τι δωρέομαι: διατίθεμαί τι.

Odkazánego co / Fideicommiſſum, *Quintil.* Legatum, *Vlpian.* Fideicommiſſum nunc per omnia legato exæquatum eſt. τὸ λήγατον *in Pand.* τὰ διατεθέντα.

Odkazánego co máiący: ſeu komu co odkazáno. Legatarius. *Pomponat.* [ὁ ληγατάριος. *Collegatarius, Vlpian. qui cum alio eſt legatarius.* *At legataria prouincia. Cicer. eſt ea, quæ alicui legata eſt.*

Odkeſuie ſię / v. **Odgryzam ſię.**

Odkipiáło / Deſijt ſpumare, *Plin.* Deſijt bullire. *Celſ.* ἀποβράζω, ἀποβεβράσομαι, τό.

Odkiwnąć głową / trząſáć ábo trząſnąć nieprzyzwaláiąc. Abnuo, *is. Plaut.* Abnuto, *as. Plaut. Cicer.* ἀνανεύω. Oculo renuente negare, *Ouid.* Renuo. *Cicero.* Supercilijs crimini renuentes. **Odmrugáiąc / mrugániem brwi znáć dáiąc.**

Odkiwnienie / Renutus, *Plin. iun.* Renutu reſpondere. ἡ ἀνάνευσις.

Odkłádacz / v. **Odwłoczyćiel.**

Odkłádam co ná ſtronę / Sepono pecuniam in ædificationem, *Liu.* Sepono partem aliquam à cæteris. Sepono mihi tempus ad aliquid faciendum. Semoueo aliquid à *Cic.* ἀποτίθεμαί τι ἀποτίθεσθαι, τό. ἀφορίζω τ. Remoueo metum, *Liui.* Remoueo pudorem, *Ouid.* Remoueo aliquid de medio. *Cic.* ἀποκινέω τ. Omnia poſtpoſui vt &c. *Cicer.*

Pácholſtwo / ſłudzy / ábo ſług gromádá. Comitatus, *m. Cicer.* ἡ ἀκολουθία. *Conſequium, Apule. Penduli comitatus extrema conſequia. i. appendices famulitij.* Famulitium, *Macrob.* Vnus è famulitio, ἡ θεραπεία. Famularis turba, *Stati.* Ambacti, *Cæſar. vt quiſq; eſt genere copijſq; ampliſſimus; ita plurimos circum ſe ambactos clienteſq; habet.* Miniſteria *pro miniſtris, Paul. IC.* v. **Chałáſtra / Orſzak.**

Páciepi / Antrum obſcurum, *Ouid.* τὸ ἄντρον σκοτῶδες. *οἴκημα σκοτεινόν. Caſa tenebricoſa.*

Pacierz (*Modlitwá Páńſka*) ἡ εὐχή vel προσευχὴ κυριακή. Oratio Dominica, *S. Auguſtin. Cyprian. Clemens, &c.* Oratio legitima, ordinaria. *Tertul.* Precem legitimam & cæleſtem, ac quotidianam orationem, fraternam orationem, *vocat Auguſtin.* Pater-noſter, *etiam vulgò dicitur. Quæres, an rectè & Latinè? Reſpondeo, ſatis Latinè dici: eſt enim periphraſis ſumpta ex primis verbis huius precis. hoc autem modo loquendi vſi ſunt multi Latini, ſic Æneidem Virgilij περιφράζει Martialis aliquoties, dicens:* Arma virumque, *& præſertim l. 14. epigr. 185 ait:* Accipe facundi Culicem ſtudioſe Maronis. Ni nugis poſitis, Arma virumque legas. (*ſic legit Marcil. Langi. Rader.*) *i. niſi fortè abiecto Culice, malis legere Æneiden. Idem initium Æneidos vſurpauit Perſius Satyr. 1. Ita Cicer. 16. Attic. 11.* O Tite tibi prodeſſe lætor, *i. librum meum de ſenectute, cuius initium eſt* O Tite, *verſus Ennij. Sic,* Paſſerem *Catulli pro hendecaſyllabis poſuit aliquoties Martial. Et Ouid. 2. Triſt.* Æneadum genitrix: *pro Phyſica Lucretij.* Sumpſerit (*in manum ad legendum*) Æneadum genitrix, *i. librum qui ſic incipit. ibidem infrà habet:* Arma virumq;. *Græci ſimiliter. Ariſtot. pro Iliade Homeri, poſuit prima verba eiuſdem:* Μῆνιν ἄειδε θεά. *Palladas Epigrammatum l. 1. ad idem alludit, & l. 2. Ἄδηλον, habet:* σήμερον οὐ δείπνων μῆνιν ἄειδε θεά. *Et Syneſius Epiſcopus Ptolemaidos Cyrenes de oratione dominica:* πάτερ ἡμῶν *inquit* ἐκφωνοῦμεν *&c. Rectè item dicitur:* Recitabis pater-noſter: *&* Recitabis pater-noſter bis, ter, quater *&c. ſed &* Tria Pater noſter, τεχνικῶς *Grammaticè dicitur, licet minùs Latinè, minimè ſanè eleganter.*

Pacierz *tr. vt* **Dawáći pacierz / Vſłyſzyſz pacierz.** vide **Łáiánie / Strofowánie.**

Pacierz ábo paciorek w-koronie / w-pacierzách / niedoſtáie mi iednego paciorká do pacierzy / zginął mi / vpadł *&c.* τὸ σφαιρίον vel σφαιρίδιον τοῦ στεφάνου δεήσεως. *Globulus coronæ precatoriæ, vulgò dicitur, vocibus ſcriptoribus Latinis hoc ſenſu ignotis: ſed res noua eſt, & breuiùs aptiùſq; eam περιφράζειν vix potes.* v. **Paciorki.**

Pacierz v zwierząt / v człowieká w-grzbiecie / w-ſzyi. Spondylus, *Plin. Buda. Gorræ.* ὁ σπόνδυλος: τὸ σπονδύλιον. Verticula, *æ. Lucili. i. ſpondylus, Turneb.* Verticulum σπονδύλιον. *Gloſſ. Gotfred.* Vertebra, *Plin. Gorræ.* Vertibulum *Lactant. Buda. vnde Vertibulatus qui vertibula habet. Buda. Vertibulos maſc. vſurpat Iunius, ſine auctore vllo. Scaliger autem vertibulum neutr. & vertibulam*

bulam femin. habet. Vertebratus, *Plini.* Verticillatus, *Celſ. Budæ. idem.* **Paciérzyſty.** ὁ σφόνδυλος, ου. ὁ στρόφιγξ, γγος. *Vertebræ in homine ſunt 24, ceruicis 7, dorſi 12, lumborum 5, vt Anatomici communiter docent. Epiſtropheus* ἐπιστροφεύς. *ſumma vertebra colli, capiti proxima, Rhodig.*

Paciérzé kápłáńſkie/ godźiny kápłáńſkie. αἱ ὧραι *Codino.* Horæ, *Hieron. Iſidor.* ψάλλειν ὥρας. *Codin. canere horas, quæ locutio (ne vitioſam putes) ſimilis eſt illi apud Tibull. Virg. Ouid. exuere annos, i. pellem quæ annis ſerpentibus accreuit.* ¶ αἱ τῶν ὡρῶν διανομαὶ τῶν εὐχῶν τετιμημέναι. *Clemens Stromat. i. horarum diſtributiones precibus honoratæ, vel deſtinatæ.* ¶ αἱ εὐχαὶ κατὰ τὰς ὥρας ἀπονεμημέναι. *ex eodem Clemente, i. preces in horas diſtributæ. adde, Eccleſiaſticæ. Preces Eccleſiaſticæ publicæ horariæ.* Horæ Canonicæ, *quòd in Canonibus ſacris præſcriptæ, vel quia certis regulis hominum clericorum, forma, ordinis, temporis ſunt definitæ, vel quia tanquam Canon aliquis ſint obſeruatæ, Durant.* ¶ *Officium diuinum aliqui vocant, ſed hæc appellatio latiùs patet apud Iſidorum, & Sacrificium etiam continet.* ἡ ἀκολουθία, & τάξις, & διάταξις *Euchol. i. conſequentia, ordo, diſpoſitio, ſ. precum.* ¶ *Curſus hoc ſenſu, vt & Curſus de Domina, non eſt Latinis nota vox. Ergo Latinè. Quotidianum ſeu ordinarium penſum precum publicarum Eccleſiæ.* ἡ καθημερινὴ ἀκολουθία τῶν Ἐκκλησιαστικῶν. ¶ *Laudes diuinæ quotidianæ publicæ. Item, Preces Eccleſiaſticæ matutinæ vel nocturnæ: preces horæ primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ affixæ: vel, laudes diuinæ noctu, hora prima, nona canendæ.* v. **Godźinki.**

Paciérzé kápłáńſkie/ i. **Kśiążki w-ktorych ſą paciérzé.** vide **Brewiarz.**

Paciérzé *aliter, vt* **Dzwonią ná paciérzé ráno/ wiéczor/** *&c. i.* **ná pozdrowienie Pánny Máryey.** ὁ ἀσπασμὸς τῆς Θεοτόκου. *Salutatio B. Mariæ.* ὁ ἀσπασμὸς ἀγγελικός. *Salutatio Angelica.* ¶ *Et pro illa locutione inepta: Pulſatur ad Aue Maria, vſurpes hanc:* Salutandæ Deiparæ ſignum ære datur. τοῦ ἀσπασμοῦ ἀγγελικοῦ σημεῖον δίδοται. τὸν τῆς Θεοτόκου ἀσπασμὸν τὸ ἤχειον παραγγέλλει, *i. Salutandæ Deiparæ nos æris ſonus admonet.* ¶ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεοῦ τὸ ἤχειον μνημονεύειν ἡμᾶς κελεύει. Incarnationem Chriſti æris ſonitus nos recolere iubet.

Paciérzowa kość/ z-paciérzow złożona/ ábo paciérzé wßytkie ogołem. Spina, *Plin. Varr. Ouid. i. ſeries 24 vertebrarum, ſic facta vt animal curuari poſsit, Gorræus.* ῥάχις, εως. ἡ ἄκανθα. *ſynecdochicῶς, quòd poſterior eius pars ſit* ἀκανθώδης, *i. acuta & ſpinoſa.* νῶτος *etiam appellatur, & eius medulla* νωτιαῖος, *à maiore eius parte quæ dorſum conſtituit.* Oſſea ſubſtructione fulciri ceruicem, *ait Arnob.* Spina ſacra, *Iſidor.*

Paciérzowa dźiurá w-grzbiećie/ ἡ ἱερὰ σύριγξ, *i. ſacra fiſtula, Laurent. Andr.* ὁ σωλήν, ῆνος. *Heroph. Canalis ſpinæ plenus medulla, eiuſdem ferè naturæ cum cerebro.*

Paciérzowy/ do paciérzowey kośći należący. Spinalis, *Macrob.* Spinalis medulla. ὁ ῥαχίτης μυελός.

Paciérzyczká źiele/ τὸ σκορπιοειδές. Scorpioides, *Ruelli. Vrſin. Siren.* [*Nepa. Herba amoris, Siren.*

Paciorki abo paciérzé ná ktorych śię modlą/ koronká. τὰ εὐκτήρια σφαιρίδια κατ᾽ ἀριθμὸν τῷ λίνῳ συνειρμένα. *Precatorij globuli numero certo filo inſerti vel connexi.* τὰ σφαιρίδια εὐκτήρια ἀριθμῷ τὸ λίνον διατρέχοντα. *Globuli precatorij numeratò per filum diſcurrentes.* συνειρμὸς τῶν σφαιρίων εὐκτηρίων δι᾽ ἀριθμοῦ τῷ λίνῳ συναφείς. *Series globorum precatoriorum numero certo, filo coniuncta.* ¶ εἱρμὸς σφαιρίων τῷ λιναρίῳ ἐντιθεμένων, τοῦ ἀριθμῷ Θεοτόκον ἀσπάζεσθαι. *Series globulorum lineæ inſertorum ad Deiparam numeratò ſalutandam.* ¶ *Vulgò Corona dicitur, ſed certè coronæ formam non magis habet, quàm funiculus quiuis aut lorum pendulum, etiamſi extenſum poſsit in formam circularem, quadratam, trigonam diduci. deinde generalis vox eſt, adderetur vtiq; aliquid v. g. precatoria corona, quàm vocem malo cum Henr. Steph. Eraſmo, Molano, licet nouatam vſurpare, quàm precaria quâ alij vtuntur, cùm precarium Latinis ſit, id quod precibus obtinetur,* **uproßono.** *Sic neq;* στέφανος *verbum Græcum hîc libens vſurpem, quod Coronam ſonat, ob cauſam iam dictam. Rectè item dixeris, ſertum ex globulis, vel globulos ſertos.* v. **Wieniec 1.**

Paciorki poświęcone/ ábo z-odpuſtámi. *Vulgò Grana benedicta, non rectè. Globuli enim ſunt pertuſi, neq; conſecrati, vt vox Polonica ſonat,* **przeżegnane** *dicendum eſt* **nie poświęcone/** *neq; enim conſecrantur, ſed Cruce ſignantur a Pontifice concedente ijs aliquam gratiam vel veniam, qui ea piè geſtarint, quam conceſsionem, quòd cruce, ſignificetur, benedictionem vocant. Ego hac verbis Budæi vocem: Donatiua venialia globulorum, à ſummo Pontifice accepta.* τὰ σφαιρίδια συγγνώμην ἢ χάριν τινὰ ὑπὸ τοῦ Πάππα συγχωρηθεῖσαν ἔχοντα. *Item, Globuli piaculares: Sphærulæ expiatoriæ, dici poſſunt.* τὰ σφαιρία καθάρσια, *vel* καθαρτήρια. *Item, Sphæria piaculi gratia geſtari ſolita.* τὰ σφαιρία ἀφοσιώσεως ἕνεκα κομιζόμενα.

Pácyent/ *Idem* **Chory.** *Sed Græca vox Hippocratis* ὁ πάσχων, *conſonat voci* **Pácyent/** *quæ nec Polonica eſt vt patet, nec Latina hoc ſenſu. Nam Patiens Latinis eſt Adiectiuum, & ſonat* **ćierpiący/ ćierpiąc/ ćierpliwy.**

Pácyencya mniſka/ Szkáplerz. ¶ *vulgò, Scapulare à ſcapulis. vſus eſt hac voce Euagrius, qui vitam S. Antonij Græcè ſcriptam, Hieronymo teſte Latinè reddidit, antiquus ſcriptor.* τὴν ἐπενδύτην, *reddens* Scapulare. Scapularis veſtis, *Sipont. quæ ſcapulas tantùm tegit.* ¶ *In Gloſſario Iſidori Arnelaus, Scapulare monachorum. alia exemplaria habent armilaus. vbi Meurſius ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe Analabus, ſeu analauus, vel potiùs armilauſa. ego malim ſcribere armilabus vel armilauus, vt ſit hybrida vox ab Armus &* λαμβάνω, ἔλαβον: *i. quòd in armos ſumitur vel ponitur.* ¶ ὁ ἀνάλαβος, & τὸ ἀνάλαβον *Dorotheo. qui reddit rationem formæ eius, ſ. crucis geſtandæ à monacho memoriam. Formam autem eius deſcribit Caſsian. l. 1. c. 6. & Græcam vocem* ἀναβόλας *vel (vt Romana editio caſtigata habet)* ἀναβολάς *reddit. (nam Latinè ſcripſit vt in eadem editione probatur.) Succinctoria, Redimicula, vel propriè inquit [rebrachiatoria] poſſumus appellare.* ¶ *Poteſt etiam dici.* τὸ τῶν μοναχῶν ἐπωμάδιον *vel* ὠμοφόριον.

Pácyencya/ *quaſi Interiectio. E Latina voce Patientia. quà aliqui vtuntur Latinè loquentes. an verò Latinè rectè ſic dicatur? petes. Dubito, vſurpant quidem Latini multa nomina Interiectionum inſtar. vt indignando vel miſerando, Dolor! Nefas! Scelus! Indignum! Infandum! Miſerum! & plura apud Diomedem, & Priſcian. & læto ſenſu, vt anima & vita, è Græco* ζωὴ καὶ ψυχή. *quo vtitur Mart. & Iuuen. Item* Io *Saturnalia. Læuin. ex Dionis interprete: Seruorum vox eſt libertate & licentia gaudentium.* Io *triumphè: Varr. Horat.* ¶ *Item, Hercule! Iupiter! quare videri poſſet cuipiam & Patientia tanquam dea more priſco Ethnico ſic inuocari. Sed ex noſtro vſu & ſenſu, patientia aliud ſonat à præcedentibus exemplis. ſ. non dolorem, indignationem, gaudium, admirationem, inuocationem, &c. ſed fortitudinis affectum, omninò tamen interiectionibus*

ctionibus ſimilem. etiam quia nullum exemplum apud veteres apparet, ſi nouam interiectionem facere non audemus, exprimamus eam periphraſi. v. g. Patientia vtendum eſt. Patiendum eſt. Patientia hic opus eſt. Feramus patienter. & Polonicè. Vćic to/ Wytrwam ia to/ Muśi wytrwáć/ Ciérpmyſz / *&c. Elegantiùs verò dices cum Terentio:* Accipienda & muſſitanda eſt iniuria. *& cum Virg.* Superanda omnis fortuna ferendo eſt. *Item,* Durate. *cum eodem, & cum Cicer.* Tacebo æquo animo, quando virtus mea me tacente, agit cauſam meam. *Idem,* Statutum eſt atque decretum omnia perpeti, quæ volet furor libidinoſorũ. *Idem,* Ore preſſo ceruices præbebo *Idem,* Hanc temporis flammam feram. *Idem,* Noſtrum eſt qui hâc tempeſtate iactamur & fluctibus, modicè ferre hominum voluntates. *Idem,* Tentemus (*tentani habet Cicer.*) quid patientia proficere poſſit. *Idem,* Deuorandum (*id*) eſt. *Et cum Catullo.* Obſtinata mente perfer, obdura. *Idem,* At tu Catulle deſtinatus obdura. *Et cum Horat.* Durum ſed leuius fit patientia, quicquid corrigere eſt nefas. *Et cum Ouid.* Quod malè fers, aſſueſce, feres benè. *Item cum Seneca.* Verberat & lacerat nos fortuna! patiamur. *Item cum Plauto.* Habendum & ferendum omne hoc eſt cum labore. Æquus animus optimum ærumnæ condimentum eſt. Multa quæ libido hominum, quæ neceſſitas ferre coëgit, pertuli. *Cicer.* Neceſſarium ac plane fatalem caſum tuli, *Idem.* Viro forti ac ſapiente dignum eſt, calumnias atque iniurias obterere & contundere. *Idem,* Ego hunc multa molientem fortunis meis, patientia mea atque obſequio mitigaui. *Idem,* Dicimus autem, Hos quoq; felices, qui ferre incommoda vitæ, Nec iactare iugum vita didicere magiſtra. *Iuuenal.* τέτλαθι, ὑπομονὴν ἔχε, ὑπομενετέον ἐστί. § φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην.

Páczek / Globulus & globus, *Catoni.* qui globulis caſeum addit, & coctos in vnguine melle perungit, ac papauere aſpergit. Globuli in oleo cocti. *Varr.* ἡ ἀμφελαίς, ίδος. ἡ μάζα ἐλαίῳ πλήρης *Heſych. i. Maza oleo imbuta.* ἡ ἐγκρὶς, ίδος. *Sic Exod. 16. manna guſtus* ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι *quaſi ſimila cum melle. Numer. 11.* ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ *quaſi panis oleati. Pemmation oleo incoctum & melle imbutum, Athenaeo, Heſychio.* ἡ μάζα τηγανιστὴ, *i. maza frixa.* Glomus, *Feſto.* Cruſtulum oleo coctum, *idem quod globus Varronis. Sphæra Iſidori, Gotfred.*

Pácześi lniáne / konopne. τὰ δευτερευόμενα, *vel* δευτερευθέντα τοῦ λίνου ἢ καννάβεως δεύτερος ἢ βελτίω. *Stupa lini aut cannabis melior ſecundo pectine ablata.* τὰ ἀποκτενίσματα βελτίονα. *quaſi,* wyczoſki lepſze. Stupa, *Feſto eſt linum impolitum. (ſed & cannabis ſic dicitur rectè.* vide Zgrzébie.) ἡ στύππη τοῦ λίνου, *i. ſtupa lini.* § τὸ λίνον δεύτερον *i. linum ſecundarium, aut cannabis, videlicet facta.*

Pácześny / λίνεος ἢ καννάβινος δεύτερος φέρων, *vel* ἐν δευτέρῳ θείς. *Lineus aut cannabinus ſecundi loci, vel viliori lino aut cannabi conſtans.* Stupeus, *Virgil.* Stupea vincula. *ſed hæc ferè ex cannabi fiunt.* ὁ στύππινος. *Vicinum* Zgrzébiány.

Páczyná / peczyná. ἡ ἄργιλλος πυρίκαυστος. *argilla igni exuſta vel aduſta, qualis eſt in focis & fornacibus.* ἡ γῆ ἐκ τῶν καμίνων, *Dioſcor. Terra fornacum quæ retorrida fulueſcit, eiuſdem cum teſta effectus in medicinis. Rondelet.*

Pąd / pędem lécieć/ bieżeć. Impetus: impetu ferri, *Cicer.* Equos rapit impetus, *Ouid. Impete ſexto caſu, pro impetu, Lucret. Magno impete flamma comburens.* § *Ouid. Magno impete fertur. Momen, numen, quo ſpecies (viſus) in aliquem locum tendunt, Lucret.* Agmen, *Liu.* Agmine ingreſſi, *Virgil.* Dracones agmine Laocoonta petũt. Incitus mundi aſſiduus, *Plin.* ἡ ὁρμὴ, τὸ ὅρμημα, τὸ ὁρμητικὸν, ἡ φορὰ, ὁ θοῦρος, ἡ ἰθὺς, ύος. τὸ ἔρυμα. Ictus, *Ammi.* Rapido ictu decurrentes in mare fluuij. ἡ ῥιπή. Incitatio, *Cicer.* Qui tanta incitatione fertur. Violentia ventorum, *Plin.* ἡ βία. Flumen orationis, *tr. Cicer.* Conamen, *Lucret.* vide Zápuſzczam śię.

Pádáiący owoc/opádły/zbierány pod drzewem. Cadiuus: mala cadiua. *Plin.* ὁ πτωτὸς, πτώσιμος, περίπτωτος, ἀπόπτωτος.

Pádáiący ná twarz człowiek / ábo koń ná łeb. Cernuus, *Lucil. Virgil Varr. qui cadit in eam partem quâ cernimus, ſ. in faciem. Serui.* ὁ κατώβλεψ, πος. *quaſi* κάτω βλέπων, *deorſum aſpiciens,* ὁ κυβιστητὴρ, ῆρ. *in caput cadens.*

Pádálec / Seps, *ſepis. f. Plin. Lucan. ſerpens paruus tabificus corpus hominis quod attigerit diſſoluens & ipſa oſſa, teſte Lucano.* ἡ σήψ, πός. *dicitur* παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας, *quod putrefaciat ictos: ex genere lacertarum eſſe ſepa ait Dioſcorides & Plinius, qui lacertam chalcidicam vocat. Nicander autem ſimilem lacertæ dicit. Ariſtot. vocat* τὴν χαλκίδα *&* ζιγνίδα, *ſimilemq; ait paruæ lacertæ, colore autem cæco ſerpenti. Chalcides etiam habent aliqua exemplaria Plinij, pro Chalcidice.*

Pádam / Cado in plano: cado in vultum. *Ouid.* Cadunt dentes, *Plin.* Cadunt folia arborum, & ex arboribus, *Plaut.* Cadunt folia arbori, ex arbore. *Plin.* Cadunt imbres, *Virgil.* πίπτω. Pluo, *tr.* Pluit glans de concuſſa ilice, *Virgil.* Páda iáko deſzcz. καταπίπτει ὄμβρου τάξιν. Tam crebri ad terram accidunt quàm pyra, *Plau*

Pádam ná nogi / ná głowę. Excipio me in pedes, *Liui.* Excipio me pedibus, *Curti.* πίπτω εἰς γόνατα. Prolabor in caput, *Liu.* Siſtere capite, ore. *Plaut. i. in os cadere, Lambin.*

Pádam / *aliter tr.* Dobrze pádło / páda co ná kogo. Cado bellè, percommodè, peropportunè cecidit: ita cadit vt prædictum: fauſtè, feliciter proſpereque euenit, *Cicer.* καλῶς ξυνέπεσεν, συνέβαινεν. Incido, *Cic.* Quorum ætas in ea tempora incidit. περιπίπτω. Occupat rubigo ſegetes, *Varr.* páda ná zboże.

Pádam śię. Frangor: frangi aſſulatim. *Plin.* σχιδακηδὸν ἄγνυμαι, κατάγνυμαι. Frangi raphani modo, *Plin. i. non in longum ſed in tranſuerſum.* ῥαφανηδὸν ῥήγνυμαι, κλάομαι. Frangi cucumeris modo, & in vnguem, *imitatione Plinij dixit Cornarius.* καυληδὸν ἄγνυμαι. Rumpor: rumpitur corium (*tectorium*) *Vitruu.* διαῤῥήγνυμαι, διαῤῥήσσομαι. Crepo, crepant remi, *Virgil.* pádáią śię trzeſzcząc. λακεῖν (ἀ λήκω) *Aoriſtus Infin. Heſych. eſt* ψοφεῖν *&* διαθλᾶσαι. *ſtrepere & frangi.* Fatiſco: fatiſcit terra, nauis. *Virgil.* Camelorum tali ſine calceatu fatiſcunt, *Plin.* Fatiſcuntur, *pro fatiſcunt. Varr. Ex fatim, i. affatim,* & hiſco, *componit Serui. quare ab aliquibus aſpirari ait fathiſco.* Hio: hiat terra æſtibus. *Colui.* χαίνω, διαχαίνω, διαχάσκω. Findor: finditur cor meum, *Plau.* Fiſſus paries, *Ouid.* Fiſſiculor, *Apulei.* σχίζεται. § Agit rimas aliquid, *Ouid. Cicer.* Hiſcit terra, *Ouid. Quintilan.* Hiaſco. hiaſcunt nuces. *Cato.* Dehiſco, dehiſcit ardore terra. *Virgil.* Dirumpor, diruptæ rupes. *Liui.* Diruptæ tabulæ, *Cicer.* Diſſilio, diſſiluit mucro: diſſiliunt æra. *Virgil.* Diſſilit omne ſolum, *ſ. ſiccitate, Ouid.* Diſſiliunt ſaxa vapore feruenti, *Lucret.* διαλακέω, ῶ. *At* χειράω. *fiſſuras habeo in manibus vel pedibus: finduntur mihi manus vel pedes.*

Pádam ná dźień/ v. W-czáś 1. & Przypada co ná ten dźień.

Pada ná mię ſtrách / vide **Obeymuie mię ſtrách.**

Pádół / vide **Doliná.**

Págorek / págoreczek / mogiłá / goreczká. Collis, *m. Cic.* ὁ λόφος, δειρὸς, πάγος, βουνὸς, τὸ ὀροπέδιον. Colliculus, *Martial. Apulei.* τὸ λοφίον, ὁ λοφαμίσκος. Tumulus ciuitatis excellens : tumuli ſilueſtres, niuales : tumulis proſpectuque delectari, *Cicer.* *Agger tumuli, Virgil. P.* Tumulus terreus ſatis grandis, *Cæſar.* ὁ κολωνὸς, ἡ κολώνη. Globus terræ leuiter è mari eminens, *Cicer.* Verruca, *Gell. ex Catone.* Quadringentos milites verrucam illam occupare iubeas. Grumus, *Nonio. congeries terræ minor tumulo, Sipont.*

Págorkowáty / págorczyſty. Tumuloſus, *Saluſt.* ὁ, ἡ λοφώδης, εος. λοφοειδής, έος. ὁ λοφόεις, εντος, ὁ, ἡ βουνοειδής, έος.

Págorkowy / Collinus : aqua, vinea collina. vinum collinum, *Colu.* Collinæ herbæ, *Propert.* Collinus ager *apud Catonem. vel qui iacet in colle,* págorkowy. *vel qui colles habet,* págorczyſty. βουνῶν μεστός : ἡ βουνὶς γῆ : βουνώδης, εος.

Pagr morſka rybá / iáko ie drugie narody zowią. Pagrus, *Plin.* Et rutilus Pagur. *Ouid. Halieutic. vbi* pagrus *vel* pager *legit Geſner. Piſcis eſt pelagius Erythrino & Dentici ſimilis, carniuorus, lapidē in capite habet.* ὁ φάγρος. *Athenæ. quaſi* φάγρος *vorax.* φάγρωρος, *Heſych.* φαγρώριος. *Strabon. Phagrus recentioribus, qui Pagellos etiam vocant minores pagros.* *An idem* Phager *Plinij?*

Pagwicá / *Ruſticanum eſt vocabulum, & ſignificat 1 Nodulum ſcorteum rhenonis,* τὸ σφαιρίον σκύτινον πλεγμάτιον βύρσινον τῆς διφθέρας. *Vicinum* **Pętlicá.** *2 eſt idem quod* **Brodawká** *4. 3 eſt idem quod* **Wole** *1.*

Páiak / Araneus, *Colu. Plin.* *Aranea, Virgil. Seru. P.* ἡ ἀράχνη, ὁ ἀράχνης, *u.* Vermis aëris, *Iſidor.* Araneolus, *Virgil.* Araneola, *Cicer.* τὸ ἀραχνίδιον. **Páiączek.** Phalangium, phalangius. *Plin.* Aſterion *phalangij genus virgulis albis diſtinctum, Plin.* τὸ φαλάγγιον, *venenatum admodùm genus.* Myrmecion *Plinio, eſt phalangium capite formicino.* Lupus, *Plini. araneus cauernarum.* ὁ λύκος. Lycos, lycus, *Plini.* Rhagion, *Plini.* Phalangium acino ſimile. ῥάγιον. *acinus.*

Páiak morſki / v. **Rák morſki.**

Páiecznik ziele. τὸ ἀκόνιτον παρδαλιαγχές, *Theophr.* Aconitum pardalianches, *Matthiol. Vrſin.* [*Doronicum Officin.*

Páiecznik drugi / ziele / Páieczy ogon. *Vrſin.* τὸ φαλάγγιον. τὸ φαλαγγίτιον, *Dioſcor.* ὁ φαλαγγίτης, *Æginet.* Phalangium : phalangites, *m.* Leucanthemum, *Plin.* *valet contrà morſum phalangij, & aliorum venenatorum, Plinius.*

Páiecznik trzeci / ziele. Crocis, *idis. Plin. herba cuius tactu phalangia moriuntur.* ἡ κροκίς, ίδος.

Páieczy. ὁ ἀραχναῖος, ἀράχνειος, ἀραχνικὸς, *ab aranea textus, vel ad araneam pertinens.*

Páieczyná / Aranea, *æ. Catul.* Plenus ſacculus eſt aranearum. ‖ *Ouid. Metam. 4.* Non illud opus tenuiſſima vincant ſtamina nec ſummo quæ pendet aranea tigno. *Propriè, inquit Seruius, araneus animal dicitur : rete verò eius, aranea.* ἡ ἀράχνη. Tela araneæ, *Ouidius.* Rete aranei ſcutulatum, *Plinius.* Veſtis aranei vieta. Tela tenuis aranei, *Lucre.* Situs aranearum, *Catul.* Aranearum operæ. Aranearum textura. *Plau.* ὁ ἀραχναῖος μίτος : τὸ ἀράχνειον νῆμα : τὸ ἀράχνιον. vide **Siatká páiecza.** **Páieczyná ná drzewiánych rózgach záwikłaná / z ktorey mſzycé / woſienicé śię rodzą** Aranea, *Plin.* Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Araneum, *n. Plin.* Oliuis & vitibus peculiare malum (*araneum vocant*) cùm velut telæ inuoluunt fructum & abſumunt.

Páieczyſty / Araneoſus : lanugo araneoſa, araneoſus caulis, vomitus. *Plin.* ὁ, ἡ ἀραχνοειδής, έος. ἀραχνώδης, εος. ‖ ἀραχνιόω, *araneis ſum plenus.*

Páiż / *idem* **Tárcza.**

Pak / paczek ná drzewie / (*pakowie collectiuum*) Gemma in vite, *Cicer. Virgil.* Gemma in plantis, arboribus, *Varr.* *Hinc Bigemmis vitis aut ſurculus, Colu. duas gemmas habens.* Gemmula, *Apul.* ὁ ὀφθαλμὸς. Oculi in arborum ſurculis qui germinant, *Cato. Virgil. Colu.* Germen *Feſto. quod ex arborum ſurculis naſcitur.* τὸ βλάστημα, ὁ βλαστὸς, ἡ βλάστη.

Pakłepie. τὰ λίαν ἀποβλήματα ὡς τὰ ῥιζία, φλοιάρια. *Lini reiectanea, vt radicula, cortices tenues.*

Pakowia puſzczánie / Germinatio, *Plin.* Quædam ſtatim in germinatione florent. Germinatus, *us, Plin.* Quædam ſerotino germinatu florent. ἡ βλάστησις, ἡ ἀνάφυσις, εως.

Pakowie puſzcza drzewo. Puka śię. Gemmat vitis, *Cicer. Colu.* Gemmat planta, *Colu.* Gemmaſcit calamus (*in vite*) *Plin.* βλαστάνει. Germino : germinant herbæ, plantæ, arbores, *Plin.* Progerminat ſurculus, *Colu. i. germen emittit.* προφύει. Progerminat, *Plin. i. priùs germinat.* Progemmantibus palmis, *Colu.* Turgent gemmæ in palmite, *Virgil.* ὀργάω, σφριγάω. ἐκφύω, θάλλω, θηλέω, θηλαίνω. *Oppoſitum autem eſt.* Silent arbores, virgæ : ſilentes ferulæ cum coliculo : ſilens flos : gemmæ ſe nondum mouent, & ſurculi ſilent, *Colu.* **Nie puſzcza drzewo / nie puka śię / nie ruſza śię.**

Pal / vt, bić palé / do palá przywiązáć. Palus, *li. m. Cic.* Ad palum aliquem alligare. *Vitru. l. 3. c. 3.* Si mollis erit locus, (*ædificio extruendo*) palis vſtulatis alneis, aut oleagineis, aut robuſteis configatur. Sublica, *Vitru. ibidem.* Sublicæ machinis adigantur, *i. pali fiſtucis, Philand.* ὁ σταυρὸς, οῦ. *palus erectus.* ἀπὸ τοῦ εἰς ἄνω ἵστασθαι. *quod in aërem tollatur.* ὁ σκόλοψ, οπος. Cippus ; *acutiſſimus vallus eſt Cæſari.* Stylus : ſtyli cæci aditum aduerſarijs prohibebant, *Hirt. i. pali acuti tecti.* ὁ καταπήξ, ῆγος. *palus depactus.* Ficolea, *Feſto. palus ficulneus.* Palum, *n. Varro.* *Tria pala.* *Vicinum* **Kół** 1. & **Podporá.**

Pal moſtowy / Sublica, *Cæſ.* Sublicium, *Liu.* ἡ [illegible]. Sublices (*non ſublicas*) *fem. plur. vocat Feſtus trabes ſub ponte in latitudinem extenſas, & ſic dictas ait, quòd ſub eis aqua liquens labatur. vnde Sublicius pons apud Nænium. habet item vocem Sublicibus & Saluſt. apud Feſtum, à ſublices Recto plurali. At Scaliger ſublicam dictam ait quaſi ſubliquam, eo modo, quo obliqua vel oblica priſcè, à voce liquus vel liquis ex veteri ſcriptore anonymo. affert idem ex Gloſſar. vet. Sublices.* οἱ καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τῆς γεφύρας ὑποβαστάζοντες, *i. pali depacti, in flumine pontem ſuſtinentes. Producit* li *in ſublica & ſublicium Renatus, & adſtipulatur et Etymologia Feſti & Scaligeri. Porrò Sipont. Sublicium eo modo dictum ait, quomodo elicius Iupiter ab elicio, & vtrumque à lacio, quem qui ſequetur corripiet* li *ſyllabam.*

Pal ná ktory złoczyńcé wbiiáią / ὁ σκόλοψ. Stipes erectus & acutus, *Senec.* Robur erectum, *Sili.* Acuta crux, *Senec.* Stipes qui per obſcœna actus ore emergat, *Idem.* Crux *vocatur & à Lipſio. Græcis item ethnicis,* ὁ σταυρὸς, *crux idem ſonat.*

Pal / *item dicitur ipſum ſupplicium.* **Wbićie ná pal** / ſpoſob

Kár

ſob karánia palem. ἡ σκόλοψις, εως. Heſych. Infixio: Sudifixio. Lipſ. ἡ ὄπτησις, Heſych. σταυροπήγιον propriè eſt Sudifixio. Sed ea vox in Baſilicis & Euchologio aliter vſurpatur. v. Zákładánie Kośćiołá. Aſſatio, Lipſ. quaſi in veru. σκολοπίζομαι, ἀνασκολοπίζομαι. Palo infigor, traijcior, palus mihi adigitur. σταυρόομαι, idem Ethnicis. Acuta cruce ſedere, Senec. ná palu być. ὁ σκολοπιζόμενος, vel palo infixus: ná pal wbity / vel pal / tr. (vt Szubienicá / powróz) de homine, palo aut ſuſpendio digno, vt & σταυρώσιμος. loquuntur ſic & Latini.

Pal / item. v. Słup / ábo pal przed domem.

Pal / item aliter. i. palenie. v. Opał.

Pal roſocháty / v. Roſocháte palé.

Pálá Ołtarzowa / ὁ ἀὴρ, ἀέρος. Chryſoſtom. Euchol. τὸ καλυμμάτιον ἁγίου κύλικος. Operculum ſacri calicis. τὸ καταπέτασμα ἀντὶ τοῦ λίθου οὗ ἠσφάλιζε τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσὴφ, ὀνομάζεται ἀήρ. German. in hiſtor. Eccleſiaſtica, i. Operculum loco lapidis, quo munierat ſepulchrum Ioſeph, dicitur aër. & ſubdit rationem, ex aere obſcurato, patiente & ſepulto Domino noſtro. Vulgò apud Scriptores Eccleſiaſticos, Palla dicitur, fortè à ſimilitudine: quòd Palla Latinis, teſte Nonio, ſit tegumentum honeſtarum feminarum, vel vt ait Iſidor. pallium quadratum muliebre deductum vſq; ad veſtigia affixis gemmis: & certè olim ſatis latum id velum fuit. vide Korporał.

Pálac / króléwſkie ábo páńſkie mieſzkánie. Palatium, Mart. Ouid. Sueton. prima ſyllaba eſt anceps. [τὸ παλάτιον, Diodor. Sicul. τὸ παλάτιον, Plutarch. τὸ παλάτιον, Codino.] Baſilica, Vitruu. ἡ βασιλική. τὸ βασίλειον. Regia, Virg. Ouid. τὸ ἀνάκτορον. Auguſtale, is. Quintil. πραιτώριον Prætorium, apud S. Ioannem c.18. Prætoris aulam, ſeu palatium, aut exedram aulæ pleriq; interpretantur. v. Sálá / & Sádowa ſálá.

Pálacowy / adiectiuum, ὁ παλατῖνος, apud Suidam, & Codinum. παλατῖνοι ἄρτοι i. palatini panes, qui ex palatio Conſtantini magni populo dabantur. Palatinus, adiectiuum erat veteribus Romanis, ſignificans eum qui ad montem Palatinum pertinebat, vt: Arx Palatina: Horat. Balneæ Palatinæ, Cicer. Laurus Palatina, Ouid. quæ in monte Palatium dicto, creuit. Páláтyńſkie drzéwo / nié pálacowe: nam hoc ſenſu Palatinus ſub Imperatoribus demùm vſurpari cœpit. Sic Martial. Parthenium quendam ſeruum Domitiani Palatinum vocat, quia in Palatio ſeruiebat Cæſari, inquit Rader. Pálacowy ſługá / komornik.

Pálacowy / ſubſtant. Vrzędnik ná pálacu. ὁ κουροπαλάτης, ου. Euagrio, Cedreno, Photio. cui cura & cuſtodia palatij commiſſa erat, qualis apud Gallos, Maior domus ait Meurſ. qui apud nos Ochmiſtrz / vide & Márſzałek 3. & Woiéwodá. Curopalates, æ. m. etiam Latinè poſteriùs dictus, Meurſ. nomen hoc Latini variè deprauât, Luitprand. habet, Coropalati. Leo Oſtienſ. Coroplaſi in ſecundo caſu. κουροπαλάτισσα, vxor Curopalatæ. Fuit Curopalates & nomen proprium Hiſtorici Græci, & Imperatoris in Oriente.

Palący / Cauſticus, Martial. & Plin. qui ait: Cauſticis curabantur, i. vrentibus, ſ. medicinis. ὁ διάπυρος, καυστικός: αἴθων, ωνος. πρηστικός, καυτικός, vrendi vim habens. ὁ ἐσχαρωτικός, qui cruſtam aduſtione inducit. Diapyra & eſcharotica pharmaca, Rhodig. Torrens, Horat. Torrentia agros ſidera.

Pálácz / co pali trupy vmárłych. Vſtor, v. Grabarz hic addo, morem illum cremandi corpora apud Romanos, cœptum à Cornelio Sylla (qui, quòd Marij oſſa eruiſſet, & in flumine merſiſſet, talionem veritus, comburi ſuum cadauer iuſſit) durâſſe vſq; ad Neronem, qui Poppæam vxorem more communi ſepeliuit teſte Tacito, quem morem ſub Antoninis penitùs abrogatum fuiſſe conſtat ex Capitolino & alijs hiſtoricis.

Pálący / Flammans fax, Valer. Argon. Flammatus Iupiter, Cicer. P. Æſtifer ignis, Lucret. Torridus aër, Propert. Torrida æſtas, Virg. Ardentes oculos ſuffuſus ſanguine & igni. Virgil. ὁ, ἡ ἐμπυρώδης, εος. ὁ πυρωτικός. Plura Participia forma ſi lubet ex ſequentibus.

Pałam propriè. Æſtuo calore, Colu. Æſtuat ignis fornacibus. Virg. Æſtuat aër. Proper. Exæſtuo magno igni. Lucan. Exæſtuat tellus æſtum. Lucret. καυματίζομαι, καυσόομαι, οῦμαι. Feruesco, feruescunt terræ Sole. Lucret. ζέω. Pałam non tantùm eſt calorem per aërem diffundo, ſed etiam calorem mihi affuſum ſentio. Sic dicimus. Pała piéc / pała ogień wielki / & pałam od ogniá / od piécá / & Pała od ogniá / Imperſonale. Lege & ſequentia, nam hinc ſunt translata.

Pałam tr. zápalony ieſtem gniewem / chćiwośćią / &c. Ferueo totus ira. Hercul. Fur. Ferueo ab ira. Ouidius. Ferueo auaritia, Cicer. ζέω τῷ θυμῷ. Ardeo auaritia, cupiditate, ira, dolore: oculi ardent. Cic. Ardet muricelæna: ardeſcit tuendo. Virg. Ardentes auro apes. Colu. καίομαι, tr. Æſtuo deſiderio. Cicer. Exæſtuat mens ira. Virg. καυσόομαι, ad corpus humanum tranſtulit Galen. & Dioſcor. Flagro amore, cupiditate, odio. Cicer. φλέγομαι abſol. & ἐπί τινι. Igneſco: igneſcunt iræ. Virg. Igneſcit vultus. Stati. πυρόομαι.

Pałánie / Flagrantia, Cicer. de oculis. Æſtus, Lucret. ſuprà. τὸ διάκαυμα, ἡ διάκαυσις, εως. Æſtuatio propriè, ſed Plin. tranſtulit ad animum.

Pálántuie / v. Biie kogo / & Biie kiiem.

Páłaſz / Gladius anceps pro vna manu. τὸ ξίφος δίστομον ἑτεροχειλαβὲς, vox nouata exemplo vſitatarum ἀμφιλαβὲς, ὀξυλαβὲς, μεσολαβές.

Pálcami grác / igrác. Micare abſolutè, Cicer. Varr. Micare digitis. Sortiri digitis. Polydor. Virgil. ἐπαλλάττειν τοῖς δακτύλοις i. commutare. Digitos iactare micantes, Nemeſian. ἡ ἐπάλλαξις τῶν δακτύλων, Ariſtot. ludus micandi digitis: propriè, commutatio digitorum.

Pálcat / vide Laſká.

Pálcem ſie czégo tknąć / v. Dotykam ſie kaſek / Przykładam ſie 2.

Pálcowy / do pálców należący / ὁ δακτυλικός, vt τὸ ὄργανον δακτυλικόν: οἱ αὐλοὶ δακτυλικοί. inſtrumenta, tibiæ quæ digitis pulſantur. Dactylus, herba quinq; aculeorum quæ digitorum morbis, ſ. pterygijs, paronychijs medetur. Plinius. ὁ δάκτυλος. Palcowe ziéle.

Pálcowy aliter. vide Ná palec miąſzſzy.

Pálczáſte rękáwice / Digitalia, ium. Varr. Olea melior quæ digitis nudis legitur quam quæ cum digitalibus ἡ χειροθήκη δακτυλωτή.

Pálczáſty / Digitatus, Plin. ὁ δακτυλωτός. ὁ, ἡ πολυδάκτυλος, qui multos digitos habet πεντεδάκτυλος. πέντοζος χείρ. Heſiod. pięć palczáſty. Dactylus gemma nigra digito ſimilis. Plin. ὁ δάκτυλος. Palczáſty kámień. Idæus dactylus, gemma pollici ſimilis. Plin.

Palé bite / vide Biie koły / palé.

Pale co / żgę. Vro aliquid. Cicer. Plin. Vro flammis ſubiectis. Virg. Vrit ſol. Ouid. Vſtulo: vſtulare crines candenti ferro. Pacuu. καίω, κάω, κέω, πρήθω, πιμπρέω, πιπρέω, πίμπρημι, φλέγω, φλογίζω, πυρόω, φρυγνύω, φρύγνυμι, τύφω, αἴθω, αἰθαλόω. Facio incendia. Cæſ. ἐμπυρίζω. In cinerem redigo: cineſacio. Lucret. πυρπολέω, [illegible] καταπυρπολέω, ῶ. Incendijs vaſto. Torrido, as. Nonius ſine exemplo. Torreo face aliquem. Horat. Cremo facem. Ouid. vicinum Spalić.

Pale ał. Pali ſłońce / piécze. Feruit ſol. Gelli. καυσόω, καυματίζω. v. Párze 1.

Pale cégle / Coquo lateres in fornacem. *Cato.* ὀπτάω, ἐξοπτάω τὰς πλίνθους πρὸς πῦρ.

Pale co ná ofiare Bogu. Adolere verbenas, *Virgil. i. incendere, cremare. Seruius. vel ſacrificare, Sipontin.* Adolere altaria donis. *Lucret.* Adolere aris honores. *Ouid.* θυμιάω λίβανον, vel λιβαίνω.

Pale czym / Alo flammam re aliqua. *Quintil.* τρέφω πῦρ τοῖς ξύλοις. Exſtruo lignis focum. *Horat.* παρασκευάζω ἑστίαν ξύλα ἐπιτιθείς.

Pale ſie / vide **Gore.**

Pale wodki / vide **Wodki pale.**

Pale w piecu / pale piec. vide **Podpalam.** *Alio ſenſu. Curam habeo fornacis calfaciendæ.* μέλει μοι τὸν κλίβανον ὑποκαίειν.

Palec v reki / v nogi. Digitus, *Cic. Terent.* ὁ δάκτυλος, τὸ δάκτυλον, τὸ δακτύλιον.

Pálec wielki v reky / Pollex, *Cicer. Plin. dictus ab eo, quòd polleat & cæteris ſit potentior, Sipont. vnde Græcis* ἀντίχειρ *quaſi altera manus, Macrob.* ὁ μέγας δάκτυλος. δικόνδυλος. *quòd duo tantum internodia habeat. Argutus dicitur Martial. id eſt reſonans, dum enim contemptum rerum ſignificare volumus pollice digitum medium terentes ſonum edimus. tali modo ſimulacrum digitos habebat conformatos in tumulo Sardanapali collocatum, vt ſtrepitum edere viderentur inanitatis indicem, addita epigraphe hac. Tu hoſpes ede, bibe, lude, cùm cætera omnia non ſint. Arrian.*

Pálec wielki v nogi. Hallux, *cis. vel hallus, li. Feſto. vnde hallucinari, i. offendere, Sipont. ab* ἅλλομαι, *i. ſcando, ſalio, quòd ſcandat ſuper alios, Feſt.* ὁ τοῦ ποδὸς μέγας δάκτυλος, *Gloſſ. Scalig. Allex ſcribit Scalig. ex vet. cod. & Iſidor. Gloſſ. in quibus eſt,* Allex: pollex in pede. Allus *etiam Scalig.* Pollex pedis *Plinio.* Q. Æmilius Lepidus incuſſo pollice limini cubiculi obijt.

Pálec wtory v reki / rożen. Index, *Horat.* Digitus ſalutaris. *Sueton. Lauin. Capell. Gorop. quo appreſſo ori Harpocrates ſilentium indicebat. vnde &* ſilentij digitus. *Iuuenal. Ouid. cauſas cur ſic appelletur plurimas adfert Gorop. lib. 5. Hieroglyph. vide apud ipſum. Salutaris, Sipont.* Demonſtratorius, *Iſidor. Qui Chiromantiam profitentur ſub radice huius digiti ſolis montem collocant, qui ſi recta & integra linea ſit inſignis, ingenij dexteritatem & honorem pollicetur. ſed hæc ſuperſtitioſa & falſa.* ὁ δεικτικός, λιχανός, *quaſi* piedźiowy *quia eo examinatur* λιχάς, *i.* piadź mała. *à* λείχειν *lingere, ducit Cæl. Rhod. & Iuni. ex Boetio, cui* λειχανός. (σφάκελος, *Suidæ.*

Pálec trzećí v reki. Infamis digitus. *Perſi. Sipont. quia nulla alia res niſi probroſa porrectione huius digiti indicabantur. Petron. ex Dion. Chryſoſt. Diog. Laërtio.* ὁ μέσος δάκτυλος. Medius digitus. *Mar. Iuuen.* Impudicus, *Mart. Iſidor.* ὁ καταπύγων. *Gorr.* Verpus, *Iunio, Gorræo, Sipontin.* Famoſus, *Iunio. quia quando porrigebatur, ſignum deriſionis & contumeliæ erat, ait Sipontin.* σκιμαλίζειν *id vocat Cælius Rhodigin.*

Pálec czwarty v reki / pierśćieniowy / ſerdeczny. *Vrſin.* Annularis digitus. *Iſidor. Sipontin.* ὁ δακτυλιώτης, ου. *quia annulus in eo geſtatur, eò quòd teſte Gellio, Macrob. Pierio, Porphyrio, Sipont. neruum quendam à corde ad eum in manu ſiniſtra deriuari, credidit rudis antiquitas, ait Dalecamp. aſſentitur Gellio Biſciola, & Plinij ac Macrobij alias rationes excepta hac reijcit. Ego te ad anatomicos remitto, illic certiora cognoſces.* Medicinalis, *Macrob. Sipontin.* ὁ ἰατρὸς δάκτυλος. Medicus digitus. *Gorræ. Alexand. Neapol. quod ob munditiem pharmaca eo miſceantur commodè, Iunius.* ὁ παράμεσος, *i. iuxta medium ſitus.*

Pálec oſtátni máły / Digitus minimus, *Plin.* ὁ μικρὸς δάκτυλος. Auricularis, *Sipont. Iunio, Robert. Steph.* ὁ ὠτίτης, ου. *Eundem guſtatorem digitum vocat ſ. Hieron. libro 11. in Iſaiam.*

Palec miará / calá / miárá ná pálec. Digitus, *Frontinus. Vitruu. Philand.* Digitum tranſuerſum non excedere ex aliquo loco. *Plaut.* ὁ δάκτυλος. *Conſideratur autem hic digitus ſecundùm craſſitiem ſeu latitudinem, quam implent 4 grana hordei, Gorræ. ipſe digitus eſt decimatertia pars pedis, Frontin. Pollex autem habet latitudinem 5 granorum, pauloq́ue ampliùs, & vnciæ menſurali par eſt, quia tres pollices, digitos efficiunt quatuor, Philand. Vncia pro duodecima parte pedis ſeu pollice, apud Plin. l. 33. cap. 8. & lib. 21 cap. 18.* vide **Vncya 3.**

Pálecznik ziele / vide **Bielmok.**

Palenie czego / Crematio fecis, vini. *Plin.* Vſtio virgarum, ſarmentorum. *Cato.* ἡ φλέξις, θύψις, καῦσις, πύρωσις: ὁ φλογισμός. *At* ἡ πυρπόλησις. *populatio per ignem,* palenie miaſt / wsi. **Spalenie** *aliud eſt.*

Palenie od czego gorącego dotkniencia. (*Paſſiuè,*) Vrigo ex ſinapi appoſito corpori. *Plin.* Vredo, *Idem Plin. de vrtica piſce.* Tacta, *inquit,* vredinem mittit. *i. inſtar vrticæ herbæ pungit & adurit.* ἡ κνίδωσις, ὁ κνησμός, ἡ καῦσις. Ardor corporis. *Plinius.* τὸ καῦμα: ὁ τῆς ἀκαλήφης δηγμός: *Pruritus ab vrtica ardens.*

Paleniu ſłużący / do palenia. ὁ καυστὸς, καύσιμος, καυτός. *vſtioni aptus.*

Palicá / vide **Laſká 1.**

Paliczká / vide **Gwiazda S. Jakuba.**

Páliuß Arcybiſkupi. Pallium Archiepiſcopi *vel* Patriarchæ: *reſpondens Ephod veteris legis, quod à Lino Papa primùm inſtitutũ & miſſum aliquibus Eccleſiis ſcribit Max. Euſeb. Cæſarius, Rupert. & alij. Id verò priùs ponebatur ſupra corpora SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, hinc ſumptum mittebatur petentibus, ſine vllo pretio, certis diebus & locis induendum ad plenitudinem pontificalis dignitatis ſignificandam. Formam eius, colorem, materiam, ritum concedendi, vſum, ſignificationem &c. fusè deſcribit vetus auctor Rituum Eccleſiaſticorum, & Durant.* ὁ φαινόλης, ου. φελόνης. *Moſchopul. Gloſſ. Græcolat.* τὸ φελόνιον. *Liturgia Chryſoſt.* φαινόλιον: πολυσταύριον *Balſamoni, quia multis crucibus inſignitum erat apud Græcos, apud Latinos tantùm quatuor, Durant. ex vet. ſcriptoribus.*

Páliur drzewo / i chróſt kolący cudzoziemſki. Paliurus, *fem. Plin. arbor fruticoſa fructum rubeum ferens, iucundum per ſe, ſuauiorem è vino, & vina ſucco ſuo commendantem, Plin. eadem habet Theophr. l. 4. qui addit in fructu, qui rotundus eſt magnitudine Cedri, nucleos eſſe inſtar acinorum punici, ſed non mandendum. ambo autem loquuntur de Paliuro arbore exotica. (quam Robert. Conſtantin. Zizyphum ſylueſtrem appellat, ſed Matthiol. refutat Guilandinum idem ſentientem cum Robert. Conſtantin.) Alius apud eundem Theophraſt. l. 3. c. 17. eſt paliurus frutex, qui vt ipſe ſcribit ſiliquam producit, in qua tria aut quatuor grana, ſeu ſemina ſunt contra tuſſim vtilia, pinguia, & lenta, vt ſemen lini. aliquot eius ſpecies ſunt apud eundem: immò libro 1. c. 5. paliurum fruticem ait ſæpè excreſcere in arborem. Dioſcorides Theophraſtum ſecutus de Paliuro eadem ſcribit, fruticem aculeatum durum vocans. Virgil. itidem de eodem.* Spinis ſurgit paliurus acutis. ὁ παλίουρος, *apud Dioſcor. maſcul. ob additum epitheton* θάμνος, *i. frutex. Latinis arborum nomina feminina ſunt, licet Rob. Conſtantin. in maſculino genere vſurpet, qui* παλίουρον *dictũ vult, quia* οὖρον ποιεῖ, *vel (vt Dioſcor. ait)* οὖρα ἄγει

vrinam

ſ. vrinam ciet. Idem Paliurum tertiam ſpeciem Rhamni Dioſcoridis eſſe putat, & magna eſt certè ſimilitudo, tamen Dioſcorides hunc ceu diuerſam ſpeciẽ ſeparauit, quare & Matthiol. opinionem Conſtantini refellit, Suidæ παλίουρος, *eſt* εἶδος φυτοῦ ἀκανθῶδες *i. ſpecies plantæ aculeata. Heſychio,* δένδρον θαμνῶδες, *i. arbor ſpinoſa. Petrus Ribera in c. 7. Michææ, paliurum ex genere ſpinæ eſſe ait: & eiuſdem mentionem haberi Iſaiæ 34. & apud Virg. ecloga 5. Idem ſenſit Sipont. ſed & Emmanuel Sa. paliurum Michææ, ſpinoſum & aculeatum fruticem interpretatur. Apud Iſaiã verò Septuaginta interpretes habent:* ἀκάνθινα ξύλα, *i. ſpinoſæ arbores, pro quibus verbis vulgaris interpres paliurum poſuit. Boëmus interpres hîc & apud Michæam* Bodlak *vertit. Cal. item Rhodiginus paliurum ſepibus vtilem eſſe ait, ideoq́;* δίῤῥηχον *dici: nam* ῥῆχος *eſt ſepimentum. Nomenclator Boëmus trilinguis, paliurum* Głóg *vertit. Et ex his omnibus colligo, ſtatuendum eſſe de paliuro id, quod Matthiol. vir doctiſſimus, accuratiſſimus, & experientiſſimus, poſt multa de eodem diſputata addidit: Paliurum eſſe nomen ad nationum placita varijs ac diuerſis aculeatis ſtirpibus impoſitum. Itaq́; nomen Polonicum aut ex Græco & Latino vocabulo, vt* kryßtał / káßtan / imbier / gálgan / cypris / lawendá / rożá / rutá / *&c.* páliur *formabimus; aut generale aliquod, quale eſt* Bodźieniec *&* Bodłak *ſimilibus ſtirpibus aculeatis ſuprà attributum, huc transferemus. Minimè verò placet Seruij, & qui Seruium ſecutus eſt Iſidori ſententia, qui paliurum herbam aſperrimam & ſpinoſam appellat. Neq́; meliùs Macinius paliurum* rożá polna / *Nomenclator Polonus Anonymus vetus,* Młinowy krzaczek / *alius* Szákłák / *Vredou.* Oſet wielki / *perperam omnes interpretãtur.*

Palká / vide Máczugá.

Palká żiele / Pálmá wodna. Tipha, *Matthiol. Vrſin. Gorr. qui monet* τίφη *non* τύφη, *vt ſolet vulgò ſcribendum eſſe.*

Palká do bebná / τὸ ῥαβδίον ἢ πλῆκτρον τοῦ τυμπανίζοντος, ἢ τυμπανιστοῦ. *Bacillus tympaniſta.*

Pálmá / drzewo pálmowe / dáktylowe. Palma, Cicero. *Plin.* ἡ φοῖνιξ, ικος. Elate, *es. Plin.* ἡ ἐλάτη. *Galeno. Heſych. tenerum palmæ germen, vel inuolucrum noui fructus è palma prodeuntis, Dioſcorid. vel corticoſum palmæ florentis operimentum, Marcello. quod palmæ corticem vocat, Colum.* Elatæ, *arum.* ἐλάται *Canticorum 5. Genera palmarum varia vide in* Dáktyl. *Palma Indica maxima arbor, fert fructus qui & recentes & aridi vtiles ſunt, ex eadem arbore conficitur mel, ſaccarum, acetum, vinum, oleum, item tecta, naues, vela, fila, funes, libri, veſtes, pocula, tegulæ, inſtrumenta cum alia, tum nautica omnia. Inſuper nauis ex eius materia conſtructa, oneratur ſolis eiuſdem fructibus vel rebus ex ea confectis. magna earum copia in regno Canarino, Malabarico, alijſq́; ſed potiſſimùm in Maldiuis inſulis. Petrus Iarric. l. 1. Maffeius l. 7. Simile quid ſcribit Plin. de Papyro frutice, & plura Theophraſt. & Herodotus. vide Dalecampium ad lib. 13. Plin. c. 11. Sed & nos ex frugibus, potiſſimùm tritico, ſiligine, hordeo, habemus cibos & potus tam varios, cereuiſiam, vinum ardẽtiſſimum igne perfectum, ceruſſam, glutinum, ptiſanam, amylum, medicinas plurimas, paleas, ſtramenta, lectos, funes, tecta ædium, ſtoreas, cauſias pileos, vaſa ſatis capacia,* Słomianki. *focula fornaci & foco, fimum, &c.*

Pálmátká ßkolna / *E Latina voce, quòd eá palma feriatur.* Ferula *Romani vtebantur, de qua* v. Pátyczká. *ſed noſtrates vtuntur pala parua piſtoriæ ſimili, quæ poteſt dici:* Ferula lignea, ferula palmaris, pala palmaris. *vt palmaris ſonat, ad palmam pertinens aliquid. quanquam nec vſitatior ſignificatio vocis palmaris ei repugnat, ſiquidem vnius palmi habet magnitudinem.* ὁ νάρθηξ ξύλινος. *Exemplo Heſiodi, apud quem* νάρθηκες ἐλεφάντινοι. (*alioqui* νάρθηξ, *& Ferula eſt planta.* v. Zápaliczká) τὸ πλῆκτρον πλακῶδες. *Ferula plana.* biiáczká płoſka.

Pálmiczká / pálma poziemna. Palma humilis: Chamærrhiphes, *f. Matthiol.* ἡ χαμαιρριφὴς φοῖνιξ. *Apud Plinium Chamæropes, palmæ humiles, latæ, & molli folio apto vitilibus, al. Chamærepes. ſed meliùs Chamærrhiphes ſcribit Hermol. & Rob. Conſtant. ex Theophraſto.* χαμαιζήλους *vocat Dioſcorid.*

Pálmorodny / Palmoſus, *Virgilius.* Palmifer, *Ouidius. Sili.* ὁ φοινικοφόρος.

Palmowa roßczká / Spatula, *Leuitic. 23.* τὸ κάλλυντρον, *apud LXX.* τὸ βάϊον *Scholiaſt.*

Palmowa roßczká z-owocem. Spatha, *Plin.* τὸ σπαθάλιον, ἡ σπάθη, Spathalium, *Mart. Merula. Rader.* ἡ φοῖνιξ. ἡ σπάδιξ, ἡ ἐλάτη. *Galen. Heſych.* Spadix, *auulſus è palma termes cum fructu. Gell.*

Pálmowy / Palmeus, *Colu. Plin.* Palmaris lucus, *Ammiã.* ὁ φοινικίτης, ου φοινίκινος. ὁ σπαδίτης, *u. vinum palmeum.*

Pálmowy ogród / ſad. Palmetum, *Plin. Horat.* Lucus palmaris, *Ammian.* ὁ φοινικὼν ῶνος. τὸ φοινικόφυτον.

Palmowy owoc / vide Daktyl 1.

Pálnik ogrodny / vide Bob kámienny.

Palony / palona cégła. Coctilis laterculus, *Curt.* Coctilis murus. *Ouid.* ὁ ὀπτὸς, ὀπταλέος, ὀπτανός.

Palow bicie / palami vtwierdzenie. Palatio, *Vitruuius. Budæ.* ὁ χαρακισμός.

Palowy / Palaris ſylua. *Vlpian.* ὁ χαρακίας, *u.* [σκολοπικός. Sublicius pons. *Næuius.* Subliciæ turres. *Apulei.* ná pálách / ná ſtupách / ruchome baßty.

Páluſzek / Digitulus, *Plaut. Terent.* ὁ δακτύλιος. Digitellus, *apud Plin. ad herbam translatum.*

Pámięć / śiłá dußna. Memoria, *Cic.* Complecti, tenere aliquid memoria: vacillare memoria: inſidet aliquid in memoria. *Quint.* Tenaciſſima memoria. ἡ μνήμη, μνῆσις. *P.* Mens, *Cicer.* Venit mihi in mentem: ex tempore dicenti ſolitam illi effluere mentem. ὁ νοῦς. *Plat.* ἐν νῷ μοι γέγονεν. *Lucian. in mentem mihi venit.* εἰς νοῦν μοι ἦλθεν. Memoriola, *Cicer. Quibus amplum occiput, eos valere memoria ſcribit Ariſtote. in Phyſiogn. ſicut & iis quibus ſinciput ac frons prominet, felicem imaginationem eſſe docet, Ibidem. Senec. l. 1. declamat. memoriam ſuam vſq́; ad miraculum proceſſiſſe fatetur: duo namq́; millia nominum quo ordine erant dicta referebat. Sed ſuperiorem illo agnouit proprioq́; experimento probauit Patauij Muret. Corſicum adoleſcentem, qui nomina Græca, Latina, barbara, ſignificantia, non ſignificantia, nihil inter ſe cohærentia a ſe prolata, tam multa; vt & ipſemet dictando, & puer excipiens eadem ſcribendo, & vicini audiendo fatigarentur, omnia nuſquam inſiſtens, aut hæſitans fideliter reddidit. deinde ab vltimo incipiens ſurſum verſus peruenit ad primũ. rurſus primum, tertium, quintum, ac ſic deinceps cætera retulit, faſſus ſe triginta ſex millia nominum eo modo recitare, & anno exacto quæ ſemel memoriæ cõmendaſſet minimo negotio repetere poſſe. quam artem Gallo præceptori acceptam referebat. Immò eandem Franciſco Molino Vene[illegible] hebetioris memoriæ iuueni communicauit, qui vocabula quingenta ſine difficultate ſemel audita enuntiabat. Hæc omnia à ſe deprehenſa multorum virorum clariſſimorum qui interfuerant teſtimonio firmat Muret. lib. 3. variar. lect. c. 1. cui ego fidem non nego, ſed Galli artem nonnihil ſuſpectam habeo. Plura eiuſdem argumẽti vide apud ipſum loco citato.*

Pámięć (*actus*) pámiętánie / pámiątká czégo. Memoria alicuius iucunda: Renouare memoriam alicuius: Res à noſtra memoria remota. *Cicer.* Recens memoria. *Liu.* Recordatio: ſubit recordatio. *Plin.iun.* Repetenda eſt mihi veteris memoriæ non ſatis explicata recordatio. *Cicero.* **Trzebá mi wznowić pamięć ſtárych dźiećiow niepomnych.** *ἡ μνήμη: vt ἐφ᾽ ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐφικνεῖται.* **iáko ludźie mogą pámiętáć:** *quantùm homines meminiſſe poſſunt. Meminiſſe, i. Memoria, Lucret. Præterea meminiſſe iacet languetq; ſopore. vt Græcè τὸ μέμνησθαι. Sic audere. Enni. pro audacia: amare Plaut. pro amore, &c. Repetentia, æ. Arnob. Retinentia Lucretij potiùs memoriam ſonat quàm recordationem, vt vult Lambin. Lucret. ſic habet.* Omnis rerum actarum retinentia excidit. *i. memoria.*

Pámięć *vel potiùs* **pámiątká/rzecz pámiętna/ábo pamięći godna.** Memoria, *Tacit.* Memoriam ſui acrem relinquunt. *ἡ μνήμη: vt, μνήμην ἀρετῆς εἰς ἅπαντα χρόνον καταλιπεῖν.* Memoriæ, *arum. Gelli.* Fauorinus Philoſophus memoriarum veterum exſequentiſſimus ſcripſit. Monimentum *in vtramq; partem. Cicer.* Monimentum virtutis, nominis, ſapientiæ, crudelitatis. *τὸ μνημεῖον: ὑπομνημάτισμα, τὸ μνημόσυνον. Abi tu & ciſtellam Pythias domo affer cum monimentis, apud Terent. Thaïs. vbi per monimenta intelligit Victori. Græcorum λείψανα σπάργανα, i. dona relicta ob factam ſui copiam, quæ Ariſtotel. ἀναγνωρίσεις appellat. Monumenta etiam illa dicebātur amoris materni, quæ Græca mulieres infantes expoſituræ, de ornatu ſuo detrahentes infantibus imponebant. Sic Soſtrata apud Terent. in Heautontim. cùm exponendum do illi, de digito annulum detraho, & eum dico vná cum puella exponeret. Et apud Euripid. in Ione Creuſa ſe mundo muliebri ſpoliauit, ac filio applicuit. vnde* Monimentū, *Feſt. quicquid ſcriptum aut factum eſt memoriæ alicuius cauſa.* Monumentum *à moneo, vt documentum à doceo multi eruditi cenſent ſcribendum loco monimenti. Sic ſcribit Lambin. Scalig. Chabot. αἱ μνῆμαι κυπαρίσσιναι. Memoraculum, Apuleius.*

Pámięć / *aliter.* **zá náſzey pámięći / zá mey pámięći to było / nie było.** *i.* **mego czáſu / wieku náſzego / iákom żyw / iáko pámiętam.** *Latini ſimiliter loquuntur.* Meâ memoria: memoria patrum: omni memoria: ex omni memoria: in omni memoria: vt mea memoria eſt: ſuperiore memoria. *i. tempore, ſæculo. Cicer. ἡ μνήμη, vt: ὡς ἐγὼ μνήμης ἔχω. vt mea memoria eſt. πρεσβυτάτη τῶν ἐν μνήμῃ πόλις. Ariſtid. vrbs poſt hominum memoriam antiquiſſima.*

Pámięć odeymuiący / Obliuioſus, *Horat. vinum vocat obliuioſum actiuè. Acron. ὁ ληθαῖος, ου. ληθεδανός, οῦ. ἐπίληθος.* Lethæus, *ſic vſurpatur à Latinis, Virgil.* Lethæa papauera, *quòd ſomnum qui quædam obliuio eſt concilient. Lucan.* Non me Lethææ coniux obliuia ripæ immemorem fecère tui.

Pámięći godny / vide **Pámiętny** 3.

Pámięći / ábo wſpominánia niegodny. *ὁ ἡ ἀμνημόνευτος, ου. ἀμνημόνευτος,* Immemorabilis, *Plaut.* Verſus immemorabiles, *i. memoria indigni.* Ex faſtis euellendi. *Cicer. Vicinum* **Zápámiętánia godny.**

Pámiętam co / pomnię co. Memini aliquid: alicuius rei: de aliqua re: memini me dicere: hoſpitem meum narrare memini. *Cicer.* Memini comprimere. *Plaut.* Memini videre. *Terent. i. vidiſſe.* Memoriter memini. *Plaut. Afrani. i. benè.* Memineris meminiſſe, *Plaut.* Oro meminiſſe vt memineris. Commemini aliquid. *Cic. Teren.* Memini probè, *Terent. μνάομαι τοῦ: μέμνημαι, μνήμων εἰμὶ τοῦ, μνημονεύω τοῦ: σρέφω διὰ παντὸς ἐν ἐμαυτῷ τοῦ θεοῦ μνήμην δῶρα: ἐμφιλοχωρεῖ τοῦτο τῇ μνήμῃ μου ἐπιπολύ.* Teneo aliquid *Cicer. Virg.* Teneo memoriam alicuius rei. Teneor memoria alicuius rei. Teneo aliquid animo: memoria. Retineo aliquid memoria. Retineo memoriam alicuius. Seruo, conſeruo memoriam. Cuſtodio, complector aliquid memoria. Inſidet aliquid in memoria. Recordor huius rei: hanc rem: recordor de aliqua re, Memor ſum alicuius rei. *Cicero.* Memoria eſt. *Plaut.* Infixum eſt animo: inſidet memoriæ. *Quintil.* Hæret mihi alicuius rei memoria: hæret aliquid in memoria. Hæret hoc mihi ſemper. *Cicer.* Habeo in memoria. *Terent.* In mentem eſt mihi. *Plau.* Ecquid in mentem eſt tibi patrē tibi eſſe? *(non in mente)* **Czy pamiętaß że oyćiec żyw?** *μνείαν ἔχω: διὰ μνήμης ἔχω, φέρω, ἄγω: μνημονικῶς ἔχω, διὰ μνήμης μοί ἐστι: τῇ μνήμῃ φυλάττειν, κατέχειν, τὰ λεχθέντα: ἔχω τὴν μνήμην σοῦ ἄληστον.*

Pámiętam śie / vide **Przy ſobie być.**

Pámiętayże / *πάθε ἢ vel ἴσθι τοῦτο παρά σου εἰς ἀκριβῆ μνήμην. Teneto memoria. Plaut. dicit:* Memento, Memineris meminiſſe. *Simile eſt illud eiuſdem.* Me ſpecta modò. *Item* Sine, *Plaut.* Dixiſti in me, ſine. venias modò domum. **Dayże pokoy / przydźieß mi do domu.** Sine modò adueniat ſenex. *Plaut.*

Pámiętne / Mnemoſynon, *Catul.* Mnemoſynon mei ſodalis. *τὸ μνημόσυνον, μνημόσυνα, ὑπομνηστικόν. vicina vox ad Heren.* Mnemonica, *orum.* qui mnemonica didicerunt. *i. ea quibus memoria iuuatur præcepta, ſigna.*

Pámiętne komu dáć / (*in malam partem* **)** v. **Wybiiam to.** Monimentis commonefacere bubulis. *Plau.*

Pámiętne kśiąßki / vide **Kśiąßki pámiętne.**

Pámiętniká nie ma co / v. **Niepamiętny.**

Paſorzyt/ páſobrzuch *honeſtius Vrſino.* **Dármoiad.** *Cochanouio.* **Chléboiedźca cżyy** / *latiùs patet.* Paraſitus, *Plau. Terent. Cicer.* Paraſitaſter, *Terent.* Paraſitæ, *Horat. à paraſita ſingulari.* ὁ παράσιτος, *ex* παρὰ, *i. iuxta, &* τὸ σῖτος *vel* σῖτον, *i. cibus.* ὁ ὀψίσιτος, *&* ἐπίσιτος *ſimili origine. Cæli. Rhod. ſed Paraſiti nomen olim honeſtum erat & idem quod præfectus frumenti, Rhodig. ex Græcis.* Aſſecla menſarum. *Cicer.* ὁ γνάθων, ωνος. ὁ τραπεζοκόρος, τραπεζολοιχὸς, ἐντραπεζίτης, ἀλλοτριοφάγος, μολοβρὸς, *v.* τραπεζεὺς, έως. Stultorum diuitum arroſor, *Senec.* Cœnipeta, *æ. m. Sipont.* Aſymbolus, *Terent. ſ. conuiua,* Balatro, *Horat. Lauin.* ὁ τρεχέδειπνος. *Plutarch. i. ad cœnam currens.* Aſſectator cœnarum quas improbitate linguæ merebatur. *Senec. Buccellarius, Aſſecula. Iſidor. Gloſſ. Paraſitus cibo perduci poterit quouis Plaut. immò & quiduis pati ventris cauſa. Vnde quidam ſe incudi comparat apud Athen.* ὑπομένειν πληγὰς δεῖ, ἄκμων καὶ κόνδυλος. *i. ſi toleranda plagæ, incus ſum ac nodus. & alter apud Plaut. in Captiu. Et hic quidem hercle niſi qui colaphos perpeti potis paraſitus, frangiq́ aulas (i. ollas) in caput, vel extra portam ire tergeminam ad ſaccum licet.* παρασιτέω, *paraſitum ago, paraſitor.* καπνοσφραντής. *i. fumum olfaciens.* Captus nidore alienæ culinæ. *Iuuenal. Amicus circa ſartaginem. Eupol. apud Plutarch. Alter Melanthus, prouerb. qui fuit Alexandri Pheræi paraſitus, vnde interrogatus quomodo interfectus fuiſſet Alexander? per coſtam inquit in ventrem meum, ſentiens idem vulnus ſuo inflictum ventri cui ſtrenuè iam erat eſuriendum, ſublato eo qui alere conſueuerat.* Muſca, *Cæſaris Getæ aſſecla, qui pro vna eius litera daturum ſe vniuerſam Varronis Grammaticam ſpondebat. intelligens per literarum notas, eduliorum claſſes digeſtas. Leo Sanct. Vicin.* **Podhlebcá.**

Páſowánie rycerzá/ ἡ προαγωγὴ ἑνὸς στρατιώτου πανηγυρικὸς. *Solennis promotio alicuius militis.* κόσμησις στρατιώτου τοῖς γνωρίσμασιν νομίμοις. *Exornatio militis inſignibus conſuetis. Auctoramentum militis ſolenne vocat Ioan. Cerninus. auctorationem potiùs dicerem, ſi ea vox auctorem haberet.* ἡ προμωτίωνσεως. *Etymolog.* Promotio, *Lampr.*

Páſowány żołnierz/ Præcinctus, *Vulcatio. i. cinguli honore donatus* Caſaubon. *vide infrà* **Paſuie.**

Páſowy / Zonarius, *adiect. Plini.* Sector zonarius ὁ ζωνικός.

Páſternák / Paſtinaca, *Colu. Plin.* Paſtinaca ſatiua. *Plin. i producit Verrepa. Renatus, Robert. Steph. & Macer ait: Quòd paſtum tribuat, eſt paſtinaca vocata. eandem etymologiam dat Iſidor. At Turneb. à paſtino inſtrumento agricolarum quo ſemina panguntur plantarum ducit, ob ſimilitudinem, quam ego non video. & præterea* paſtinum *omnes quos vidi in medio corripiunt, cùm paſtinacam producant. ſequere vtros libet.* ὁ σταφυλῖνος. *Colu.* Siſer *Plinij Iunio, & Vrſino. & quidem neutrum eſt, tamen Plin. l. 20. c. 5. Siſeres dixit.* ὁ σταφυλῖνος ἥμερος. *Paſtinaca domeſtica* [*Carota, Iunio. Apulei. Vrſin. Daucus, Officin.*

Páſternák dziki płonny / **ptáſze gniazdo.** Daucus, Paſtinaca agreſtis, erratica: ſtaphylinus. *maſcul. Plin.* ὁ σταφυλῖνος ἄγριος.

Páſternák rybá/ Trygonus. *Plaut. Lambin. Taub.* Trygon, *Celſ. Meurſ.* ἡ τρυγών, όνος. Paſtinaca marina, *Plini. Celſ. quòd paſtinaca plantæ radicis corpore ſit ſimilis, vel quòd paſtino inſtrumento ſimilem aculeum in cauda gerat Geſner. ſed prior ratio eſt melior & verior.*

Páſterſki / **páſtuſzy.** Paſtoralis, *Cicer. Liu.* Paſtoritius, *Varr. Cicer.* Paſtorium ſibilum, paſtoria pellis. *Ouidi.* ὁ ποιμενικὸς, ποιμένιος, ποιμαντικὸς, νόμιος, βουκολικὸς, βοτηρικός. Bucolicus, *Cato. Ouid.*

Páſterſtwo / Paſtoralis res: paſtoritia res, ars. *Varr.* Paſtoritia ſcientia. *Colu.* ἡ ποιμαντικὴ ἐπιστήμη. *&* ποιμαντικὴ *abſol.* ποιμενικὴ, *ſ.* τέχνη: βουκολικὴ τέχνη. *Item, Paſtoris officium, conditio.* ὁ ποιμαντικὸς βίος. [*Paſtoratus, caret auctore.*

Páſterz / Paſtor, *Cato. Varr. Colu.* Pecuarius, *Cic.* Magiſter pecoris, *Varr. Cicer.* Armentarius, *Varr. Virgil.* Coactor, *Cato. Superiumentarius, Sueton. quod durum & inſolens verbum vocat Lauin. cùm ſatis fuerit, inquit, dixiſſe, iumentarius vel armentarius.* Armenti cuſtos *Ouid.* Ad baculum. *Propert. ſ. famulus, ſeruus. Turnebus.* ὁ ποιμὴν, ένος. ποιμάντωρ, ορος. ποιμανεὺς, έως. νομεὺς, έως. ἀγελάρχης, *v.* ὁ βοτὴρ, ῆρος. βότης, *v.* βοσκὸς, οῦ. βώτωρ, ορος, βουκόλος. Agaſo *Acroni, ſeruus qui iumenta curat. aliter* vide **Pogániácz** 1. ὁ μηλωτής. Paſtor ouium.

Páſtewnik / vide **Páſtwiſko** / *vel potiùs.* **Grodź**

Páſtewny / **páſieniu ſłużący** / **páſtwiſká máiący.** Paſcuus ager. *Plaut.* Paſcuum rus. *Lucret.* ὁ, ἡ εὔβοτος, ζάβοτος, πολύβοτος, νομάδειος, νομαδεῖος, εὔχλοος. *pabulo abundans.* Scripturarius ager in quo vt pecora paſcantur certum eſt æs, *Feſtus.* **páſtewny dochód czyniące pole.**

Páſtewny / *aliter.* **páſtwiſkiem żyiący**/ v. **Trawny** 3.

Páſtuch / **páſtuchá.** ὁ μηδαμινὸς βουκόλος. *paſtor vilis:* ὁ νομεὺς καταφρονήτου ἀγέλης. *paſtor vilis gregis, vt caprarum, ſuum, anſerum &c.*

Páſtuſzá láſká / Pedum *Enni. Virg.* Paſtorale baculum. *Sili.* Agolum *Feſto, paſtorale baculum quo pecudes aguntur, i. minantur, vt ipſe explicat. Scalig non ab agendo, ſed ab* ἀγελαῖον, *i. ad armentum pertinens, detortum ait, nam priùs agelum dictum ait.* ἡ καλαῦροψ, οπος. τὸ λαγωβόλον.

Páſtwá / v. **Páſzá.**

Páſtwiſko / Paſtio, *Cicer.* Magnitudine paſtionis Aſia antecellit. ‖ *Varr.* Paſtiones in villa ſint laxæ. ἡ νομὴ, τὰ βοτάμια, τὰ νομάδεια. Paſcua, *orum. Cicer. Colu.* Pecuaria, *orum. Cicer. de Claris Orat. Robert. Steph. Paſcuarias legit Gotfred. & probat ex mentione ſyluæ proximæ.* Pecuaria loca, *Sipontin.* ‖ *Ex Varrone affert Robert. Steph.* Pecuaria, *æ. ſubſtant. pro paſcuis, ſed ambiguus eſt locus.* ἡ εὐφορβία. *paſtus copia.* ‖ Compaſcuus ager, *Cicer. i. relictus ad paſcendum vicinis communiter.* ὁ σύμβοτος. Bucetum, *Gell.* Boum magna copia in Italia fuit, bucetaque in ea terra gigni paſcique ſolita ſunt compluria, *i. depaſci,* νέμεσθαι, *paſſiuè. Scalig. qui etiam* bucita *ſcribit ex Gloſſ. in quibus* Bucita, *paſcua. Apud Varronem item 4. L.L.* Quod eâ (*porta Mugionis*) in Bucitatum antiquum oppidū exigebant. *legit Scalig.* in buceta tum antiquum, *&c. In Pſal. 94.* καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ. *Latinus interpres reddidit.* Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius. *vt quaſi Genitiuus ſit à Recto ſubſtantiuo feminino,* Paſcua, *æ. & Polonus* **Lud páſtwiſká iego.** *Non adiectiuè.* Oues paſcuæ, *in Recto plurali vtrumq́ ponendo ſed paſcuæ in Genitiuo ſingulari.*

Páſtwiſko poſpolite ábo rácżey publiczne: mieśce i vrząd v Rzymian. ἡ νομὴ δημοσία. Scriptura, *Cicer.* In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius.

hic

ble officium ſignificat vt & alibi: Magiſter ſcripturæ, i. qui praeeſt vectigalibus ex paſcuis colligendis. Scripturarius Lucilij, eſt tabularius qui conficit commentarium pecoris in paſcuis publicis paſcentis, Turneb. Douza. Pro paſcuis autem, idem Cicer. Portum & ſcripturas eadem ſocietas habebat. Idem, Vectigal ex ſcriptura, i. ex paſcuis. ἡ φορὰ νομαδική. Pobor z paſtwiſk/dań pieniężna / publiczna / iako v nas powołowczyzná nie pieniężna i prywatna.

Páſtwię ſię nád kiem. Sæuio in aliquem, Liu. Accipiter in omnes aues ſæuit, Ouid. Inſatiabilem crudelitatem in aliquo exercere: iracundiam in aliquem exercere: depromere, ſaturare crudelitatem ſuam: inimicorum crudelitas nondum eſt noſtra calamitate ſatiata: quorum crudelitas noſtro ſanguine expleri non poteſt. Omni crudelitate aliquem lacerare. Cicer. ἀγριαίνω, & ἀγριαίνομαι πρός τινα. καταδυναστεύω τ. Graſſari in aliquem. Plaut. Superbia ſæuitiaque penè aduerſus omne genus hominum graſſatus eſt, Sueton. Debacchari in aliquem, Teren. μαίνομαι. ἐμμαίνομαι εἴς τινα. Inſanio in aliquem, Cicer. χρῆσθαί τινι ὥσπερ βούλεται ὠμότητι. χρῆσθαί τινι ὡς ὠμότης ὥρμησεν. Deſæuio in aliquem, Claudian. ‖ πληρόω τ ἐμοῦ θυμὸν πλήττων τινά. Sauciare virgis aliquem ad ſaturitatem, Plaut. Ad ſatietatem trucidare. Liui. δέρειν τινὰ ἐς κόρος, vel ἄχρι κόρου. κορέννυμαι εἴς τινα μαινόμενος, ἢ ἀγριαίνων.

Páſuię kogo ná rycerſtwo / τ στρατιώτην πανηγυρικῶς κοσμεῖν: κοσμεῖν τ στρατιώτην τοῖς πολεμικοῖς παρασήμοις. Decorare militem ſolenniter bellicis inſignibus: vel, Publicè auctorare militem militaribus ornamentis. ‖ κτ νόμιμα τ πολιτείας δημοσίως στρατιώτην σημειοῦν. Pro more Reip. militem publicitùs inſignire, decorare. ἐν τῇ προαγωγῇ στρατιωτικῇ τινὰ ποιεῖν: προάγειν τινὰ εἰς τὴν ἀξίαν στρατιωτικήν. Promouere aliquem ad dignitatem militarem. τ πολεμικῆς τινὰ ἔμπειρον πανηγυρικῶς ἀποφαίνειν. Artis militaris peritum aliquem ſolenniter declarare. Ammianus dicit: Prouehere aliquem magiſtrum armorum. Idem, Traianus procinctus eſt magiſter armorum. Idem, Promotus magiſter militiæ: Prouectus ad magiſterium, ſ. militiæ. **Páſowány.** [ὁ προμώτης, & προμότου, Suid. προμωτός, Etymologo] Ioan. Ceruin. Equitem auratum vocat, qui geſtandi auri ius habet, ſed id non ex Polono more. Apud veteres Romanos, non erat certus ritus ornandi militares viros, ſed fortuitus & varius: dabant enim victoribus, vel benè meritis, vel emeritis annulos, balteos, torques, coronas varias, armillas, phaleras, chlamydes, arma, agros, nomē nouum, & ſimilia pro arbitrio & occaſione. Steuech. ad Vegetium, Lipſi. ad Polybium, ſed neq; talia apud nos deſunt, cùm Equeſtris ordo Polonorum, militia creuerit & floreat.

Paſza / paſtwá / bydlęca ſtráwá ná polu. Paſtus, us. Cic. Terra fundit ex ſe paſtus varios beſtijs. Pabulum, Virg. Equi prius quàm pabula guſtaſſent Troiæ occiſi. ‖ Tacitus, Adequitare caſtris: infenſare pabula. ‖ Senec. Hippolyt. Nocturna petunt pabula. Paſtio: porculatoris & ſubulci diuerſæ paſtiones. Colu. interprete Valla. & Rob. Steph. ſed neq; hic neq; in alijs exemplis quæ afferunt, paſtio, alimentum ſignificat, ſed locum vel actionem paſcendi. ἡ βοσκὴ, φορβὴ, βόσις ὁ νομὸς, ὁ χόρτος. Pabulatio, Varro de apibus: Si è bono loco tranſtuleris eò, vbi idonea pabulatio non eſt, fugitiuæ ſunt.

Paßczeká / Fauces: bolum è faucibus mihi ereptum doleo. Terent. Immani fauces diducit hiatu, Sili. Fauce, in ſingulari, Ouid. ἡ φάρυγξ, γος. genere f. Gorrá. ἡ γυγόνη, Heſych. Roſtrum canum, draconum, piſcium. Plin. Os, Virgil. Fremit ore leo, P. Vicinum **Pyſk** / & formá tantùm differunt.

Páßczeká otworzona/ abo paßczeki otworzenie. Rictus caninus, Iuuenal. Rictus ad aures dehiſcens, Plin. Dicitur & de hominis ore, Cicer. Horat. Titin. Lucil. Pomponi. Quintil. Et columbini rictus, Plin. Rictum, n. Lucret. Mollia ricta fremunt. τὸ χάος, χάσμημα, χάνος, τος τὸ στόμιον, ἴος. vicinum **Rozdziewienie.**

Paßport / Diploma, tis. n. Cicer. Sueton. interpr. Budæo, Hotom. Codicilli principis, aut magiſtratuum, aut literæ publicæ, quibus poteſtas datur aliquò eundi extra regnum: τὸ δίπλωμα, ex vſu Latino. (nam apud Græcos caret eo ſignificatu) ἀπὸ τ διπλοῦσθαι quòd duplicata charta inſcribatur. Duplices tabellæ, Buda. Syngraphus, Plaut. Sumam à Prætore ſyngraphum quem ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum. ὁ τ ἀσυλίας λόγος. Harmenopul. Iuſtinian. Synthema, n. τὸ σύνθημα, in Pandec. Græcis. Tutus & liber commeatus fide curiæ alicui datus, Buda. ἡ ἀσφάλεια. ἢ ἀσφάλειαν διδόναι: ἀσφάλειαν, ἄδειαν κηρύττειν: τὰ πιστὰ διδόναι. fidem publicam dare. **Paßport dáć.** τὰ πιστὰ αἰτεῖν. Fidem curiæ implorare, vt ire & commeare fide publica liceat. Buda. **Páßportu proſić.** πιστὰ λαμβάνειν. Accipere fidem, Liu. Vicinum **Podwodá / Gleyt / Swiádeczny liſt** 1.

Páßtet/ Paſtillus, Rader. in Martialem ex Platina, qui l 6. docet conficere paſtillum ferè noſtro more. ἡ μάζα τοῖς κρέασιν ἐμπεφορημένη & τηγανισθεῖσα. Maza carnibus farcta & frixa. τὸ πέμμα κοιλιῶδες ἐντὸς κρέατα ἔχον. Pemma ventroſum intùs carnes habens. Artocreas, a. Perſ. interpr. Iunio. τὸ ἀρτόκρεας. Cruſtulata caro, vt Perna cruſtulata, apud Spartian. vt legit Caſaubon. Ofella, Martial. Parua tibi curua craticula ſudet ofella, Rader. ex Varr. Plin. Iuuenal. Apicio, Platina. Sed variam eius materiam & formam fuiſſe docet idem, ad Epigr. 48. l. 12. Martial. vox ofella deſcinit a primitiuo ſuo offa. Apud Petronium Pauonina oua quorum putamen ex farina, intùs ficedula pingues vitellio piperato condita.

Paßtetnik / Cruſtularius, Senec. Rober. Steph. Fauet huic interpretationi, perna cruſtulata Spartiani ſuprà poſita. aliter v. **Marcepannik.** [ὁ ἀρτοκρεοποιός: ἀρτοκρεοπώλης. qui conficit vel vendit artocreas.

Pátélo / Batillum, Plin. Apici. Batillus, m. Marcell. Empir. τὸ πυτάλιον ἡ πυτάνη. Patella, Plin. In patella decoctum pulmentarium. Patina. Plin. Decoquitur in patinis. & Paul. IC. Cacabos & patinas in culinarijs vaſis ponit, quia ſine his inquit pulmentarium coqui non poteſt. Bayſ. in patina & coqui ſolitos cibos & in menſa poni ait. Scutra apud Plaut. coquinarium vas fuiſſe videtur (licet Camerar. menſarium putet) ſic enim habet Plaut. Scaligeri: Benè vt in ſcutris concaleant, calam inijce. ἡ λοπὰς, άδος. τὸ λοπάδιον.

Párok / v. **Laſká** 1.

Pátoká / v. **Treść miodu.** Alius eſt Spiſſamentum, craſſamen. v. **Vſtoiny.**

Patnik / v. **Pielgrzym nabożny.**

Pátron/ Pátronowie świeci. ‖ **Ten ábo ów święty ieſt móy Pátron/ obrońcá/ záſtępcá / przyczyńcá/ przyſtaw / rzecznik / opiekun /** &c. Tutelaris, adiectiuum Macrob. qui ſuo more ethnico dixit: Tutelares diui. ὁ ἐπιτροπικὸς, ἐπιστατικὸς, προστατικός. Præſes item ſic à Latinis vſurpatur circa ſacra ethnica. Curt. Præſidem eius nemoris deum adorantium. Idem, Patrio more ſacrificium dijs præſidibus facit. *Et Cicer.* Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes. *Idem,* Penates *vocat* vrbis & Reipub. præſides. ὁ ἐπιστάτης, ὁ προστάτης, ου. Patronus *item extra iudicia, Terent.* Tu es patronus, tu parens, ſi deſeris tu, perijmus. Cicer. Patronus iuſtitiæ. *At* ἡ προστάτης ιδος. Patrona, *Cicer. prouocationem ad populum, vocat patronam ac vindicem libertatis.* Indiges, etis. *Indigetes dij ex hominibus facti, quaſi inde geniti, vel quaſi in dijs degentes, vel nullius indigentes, Serui.Macrob.* Deos tutelares *aliqui interpretantur, quorum nomina vulgari nefas eſt, vt ſcribit Feſt. At Seruius,* Indigetes *interpretatur* deos patrios, *qui præſunt ſingulis ciuitatibus vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini, &c. Ethnica hæc ſunt.*

Pátryárchá. Patriarcha, *Flau. Vopiſc. de Alexandrino Patriarcha.* ὁ πατριάρχης, *i. patrum primus aut princeps. Etiam Primas in iure Canon.* τὸ πατριαρχεῖον. *Patriarchæ ſedes.* ὁ πατριαρχικὸς, *ad Patriarcham pertinens.*

Pátrzácz / Spectator, *Cicer.* ὁ θεατὴς, οῦ. ἐπόπτης, κατόπτης, ου. *Conſpector, Eccleſiaſtic. 37.*

Pátrzam / pátrze ná co / poglądam. Aſpicio: aſpicio aliquem, ad aliquem: Nonnunquam inter ſe aſpiciebant. Aſpecto aliquem. *Cicer.* Ad faciem eorum cùm aſpicies, haud videntur mali, *Plaut.* Inſpicio aliquid, *Cicer.* Vitas hominum tanquam in ſpeculum inſpicere, *Terent.* Inſpecto, *Cicer.* Vtinam inſpectare poſſes timorem de eo meum. Specto ludos, gladiatores. *Cic. Specio aliquid. priſcum Plaut. Nunc ſpecimen ſpecitur. Idem, Quo ſupercilio ſpecit. Sic legit Lambin. alij ſpicit. Spiciunt, Cato. Scalig. Antoni. Auguſt. Spexit, Enni. Feſt.* Deuorare oculis, *Martial. dicit:* Spectat oculis deuorantibus aliquem. Reſpicio ad aliquem, *Teren. Quintil.* Reſpicere mala ſua, *Lucret.* Contueor aliquem: mala: ad cælum: aſpicite ipſum & contuemini os. Contueor duobus oculis aliquid. *Cicer. Contuor, Pomponi. apud Nonium. Incepi contui, aſpicio cuſpidem, &c.* Intueor aliquem, in aliquem. *Cicer. Terent.* Intueri modeſtè, *Terent.* Intueri aliquid coram, *Cicer. Intuor, Turpil. apud Nonium. Oculis longa intercapedine cupidè appetunt intui.* Cernere aliquid oculis. *Cicer. Virgil.* Conſpicio aliquid lumine cupido. *Catul.* *Tueor: longè remota tuemur. Lucret. Tueor alicuius ora, cæli conuexa, Virgil. Tuor, Lucret. Fit vt tuantur (i. videantur, Lambin.) Idem, Cùm tuimur miſceri abſinthia.* ἐμβλέπω, ἀποβλέπω, προσβλέπω τινά: δέρκω, ἀποδέρκω τί: ὁράω εἴς τινα, ἐφοράω τί. εἰσορῶ τί. εἰσόπτομαι, προσόπτομαι, ἐπόπτομαι τί: ἀθρέω τί, σκοπέω τί, πρός τί. σκοπιάζω τί: κατοπτεύω τί: παπταίνω τί, πρὸς vel εἰς τί. ὄσσομαι τί. Contemplor oculis pulchritudinem cæli, *Cicer. Contemplo, as. Plaut. Caput meum contemples.* θεωρίζω, θεωρέω, θεάομαι τί. Paſco oculos, *Terent.* Paſco lumina, *Ouid.* Video, *Cicer.* Vt eum oculum quo benè videret amitteret. **Widzę** *idem eſt, ſed exempla ibi poſita non poſſunt aptè Verbo* **Pátrzę** *reddi.* προσβλέπω τινὰ φιλίοις ὀφθαλμοῖς. Aſpicio aliquem oculis amicis *vel* benignis, *vel vt Ouid.* molli vultu. Obtueor aliquem, *Plaut. Obtuor, Calepin.* προπέμπω τινὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφ' ὅσον ἐξικνοῦντο. *proſequor aliquem oculis quoad poſſum.* **Pátrzę zá kiem póki go doyrzéć mogę.**

Pátrz / *Interiectio Admirantis.* v. Wéy.

Pátrz ſam śiebie. Res tuas age: Negotium tuum age. τὰ σεαυτοῦ πράγματα πράττε: & τὰ σὰ vel τὰ σεαυτοῦ πράττε.

Pátrz tego ná mnié. Me vide, *Terent.* Nihil eſt pericli, me vide. Fient, me vide. ἐμὲ ὄψει. Me vide. Me ſpectes, *Plaut.* Hoc ego videro, *Cicer.* Ego iſtæc rectè vt fiant videro, *Terent.* μέλει μοι τοῦτο, περὶ vel ὑπὲρ τούτου: ἐμοὶ ταῦτα μελήσεται: τοῦτο ἐμὸν μέλημα ἔσται. *Mea hæc cura erit.*

Pátrz tego / pátrz pilno / pátrz co czyniß. Etiam atque etiam vide ac conſidera quid agas, *Cicer.* ἴδε τί ποιεῖς: σκόπει vel σκέπου, περισκέπτου, φρόντιζε ὅτι, vel ὡς, ὅπως, εἰ, μή, ἵνα, &c. Vide quæſo etiam atque etiam ne, &c. Caue ne capiaris. Tu videris: ſed de hoc tu videris. etiam tu ipſe videris qui, &c. *Cicer.* Hoc animum aduerte, *Plaut.* Aduerte ſi, *Varr.* Aduertendum etiam ſi qua loca paluſtria, &c. *vide e breui. Plaut. Horat. Lambin. Taubman. à priſco vido, is. vt fulgo, feruo. Verepæus.* Vide-ſis, *Perſius.*

Pátrz ſám / pátrz ná mię / wéy / ſłyß. Me huc aſpice. Age-dum aſpice ad me. Aſpice-dum contra me. Quæſo ædepol huc me ſpecta, & reſponde mihi. *Plautus.* ἔνθα βλέψον δεῦρο.

Pátrz że śię tu y mnié doſtánie / *Cochanou. dicit:* Pátrzay diable że śię tu i mnié doſtánie. *Cùm illum cædi, obiurgari &c. aſpicio vel audio, cogito mecum vel inquo: quàm vereor ne hinc ego aliquid quod nolim auferam! Formido malè, ne ille me hoc miſſo aggrediatur. Oppidò interij, dentes, ſcapulæ, vel aures mihi pruriunt, & diuinant malum proximum. Ecce tibi vicina calamitas, ilicet interij. Diuino ego iam mihi certum ab iſtoc malum. Quid ſi me iſte licet immerentem ſimiliter aggredietur? Alium cædi videns, totus torpeo, ſimilis mea cauſa eſt. Similes ſunt & illæ locutiones:* **Vłuß śię tu i mnié / vel płáćić śie tu i mnié doſtánie.** δέδοικα λίαν μὴ ὅμοια τούτῳ πάσχω: μάλα περὶ τούτου μοι φοβοῦμαι, ὥστε ἐγγυτέρω εἰμὶ τοῦ δεινοῦ: καὶ φόβος μέγας ἐστὶν ὅμοια με πάσχειν: ἤδη λίαν ἐγγύς μοι κίνδυνός ἐστι: ὀρρωδῶ ὅτι πλησίον βλέπων συμβαίνοντα αὐτῷ ὄν: πλησιάζει ἐγγυτάτω μοι κακὸν, ὡς ἐγὼ στοχάζομαι, vel εἰ ὀρθῶς μαντεύομαι.

Pátrzę / pátrzam dobrzé / abo źlé / &c. v. Widzę 1.

Pátrzę krzywo / vide Po oku pátrzę.

Pátrzę krzywo ná kogo. Conſpicio aliquem infeſtis oculis. *Cicer.* Toruis oculis tueri. *Ouid.* παραβλέπω τινὰ ὀφθαλμοῖς γοργοῖς, *terribilibus:* λοξοῖς, *toruis.*

Pátrzę pilno / v. Przypátruię śię / Pilnuię 1.

Pátrzę po ſobié / vide Poglądam 2.

Pátrzę kogo / czégo. Requiro oculis aliquem. *Curt.* Oculis & animo aliquem requiro. *Ouid.* ἀναζητέω περιβλέπων: ζητῶ τινα πόθοις παθαίνων: περιδέρκομαι vel ὀξὺ δέρκω ζητῶν τινά.

Pátrzę czégo / vide Báwię śię tym.

Pátrzę ná dół z góry / Aſpicio ex alto. *Senec. Hercul. Furent.* Aſpicio de vertice in valles. *Ouid.* Ad terram aſpice & deſpice, *Plaut.* Deſpicio: tollam altiùs tectum, non vt te deſpiciam: ſed ne tu &c. *Cic.* Deſpecto regionem oppido, *i. ex oppido. Liui.* Deſpectant volantes cygni terras. *Virg.* Specto deorſum, *Colu.* ἀποθεάομαι, ἀποσκοπέω, ἀποσκέπτομαι, καθοράω τί: κατακύπτω, ἐπικύπτων βλέπω. Proſpicio ex ſpecula. *Cic.* σκοπιωρέομαι. Speculor, *Suet.* Identidem ex altiſſima rupe ſpeculabundus. ἄνωθεν σκοπιάζω, κατασκέπτομαι.

Pátrzę przéz co / Tranſpicio, *Lucret.* Quæ foris tranſpiciuntur: ianua cùm præbet tranſpectum. Tranſpicio per cicutam: tranſpicit mens per membranas oculorum. *Lactant.* Cerno aliquid per membranas oculorum. *Cic.* διακύπτω, διόπτομαι, διοπτεύω, διοράω: ὁράω διὰ τ.

Pátrzę śmiele / niémrugáiąc oczymá / nieſtuláiąc oczu.

ἀτενὲς, ἀσκαρδαμυκτὶ vel ἀσκαρδάμυκτος βλέπω εἰς τινα: ὁρῶν οὐ μύων τὼ ὀφθαλμώ. *Aſpicio inconniuens, immotis oculis.* προσορθοδόομαι. *recto vultu aſpicio.*

Pátrzę ſobie / vide **Sobie** 3.

Pátrzę tám i ſám / vide **Ogladam ſie** 1.

Patrzę w-ziemię / pátrzę ponuro. Oculorum aciem in terram defigo. *Plin.* Solo fixos oculo immota tenebat. *Virg.* Toruus humi poſuiſſe vultus. *Horat.* ἐπὶ χθονὶ ἔπηξεν ὄμματα: εἰς γῆν, vel κατὰ γῆν ἀτενὲς ὁρᾶν: εἰς γῆν ἐρείσαντα τὼ ὀφθαλμὼ, *ab* ἐρείδω, *figo.* vide **Spuſczam oczy.**

Pátrzę *aliter.* **Pátrzy mu to ábo owo z-oczu** / **ábo niech pátrzy.** Spirat bellum. *Lucret.* Spirat tribunatum. *Et Cicer. ad Q. Fratr.* ἄρη πνέων, *i. Martem ſpirans.* πνέω θυμὸν, δίκην: πνέω κακίας, συκοφαντίας: μέγα φυσάω *vel* πνέω. *Magnùm ſpirare.* Scelus anhelantem. *Cicer.* ἐμπνέων θυμῷ. *Simile eſt illud Ammian.* Furore ex oculis lucente ſequebantur noſtros barbari. *Et illud Plauti.* Ad faciem eorum cùm aſpicies, haud videntur mali. *Alia tralatione vſus eſt Cicer. pro Roſcio.* Nonnè ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatē videntur? τὴν ὄψιν ἀξιοπενθής: κατ' ὄψιν εὐγενὴς· τῇ ὄψει εὐπρεπής: ἡ κατ' ὄψιν εὐταξία τὸ ὕποπτον ἀσελγείας ἀπαλλάττει. *Modeſtia exterior ſuſpicionem petulantiæ remouet.* Eſt in eo virtutis, vel ad virtutem indoles. Eſt in eo Catonis indoles, *Cicer.*

Pátrzenie / **pátrzánie.** Spectatio, *Cicer.* Spectatione animus leuatur. Contuitus, *m. Cicer.* Veſter in me oculorum contuitus. Obtutus continuus: Intuitus. *Quint.* Obtuitus, *Feſt.* Obtuitio, *Apule. Steuech.* Inſpectio rerum ſuarum. *Plin. iun.* Inſpectatio, *Senec.* Quorum eſt adeò mihi dulcis inſpectatio. ἡ βλέψις, βλέπησις, σκέψις, σκέπησις, εως. ἡ θέα. ἡ θεωρία. *Spectatio ludorum.* Spectio, *Cicer. erat augurum. al.* inſpectio. Spectio *Feſt. erat aſpectio, qua augures vtebantur de cælo ſeruantes. Videndi tres modi.* Optice, *es. cùm in rectum viſus tendit.* ἡ ὀπτική. Anoptice, *cùm ſurſum.* ἡ ἀνοπτική. Catoptice, *cùm deorſum.* κατοπτική. *Cal. Rhodig.*

Pátrzenie po oku / vide **Po oku pátrzenie.**

Pátrzenie ná co vkośne / **z-boku** / **z-dołu** / **z-góry.** Suſpectus, *m. Plin. de purpura.* Laus ei ſumma color ſanguinis concreti nigricantis; aſpectu (*ná proſte wéyrzenie*) nigricans, idemq́; ſuſpectu (*ná vkośne*) refulgens. ἡ ὑπόβλεψις.

Patrzeniu służący / vide **Widzeniu służący.**

Pátyczká / **pátyká.** Ferula, *Horat.* Cædere ferula. *Iuuenalis.* Subducere manum ferulæ, *trop. quid ferula propriè ſignificet,* v. **Zápaliczká.** ὁ νάρθηξ, *vel potiùs hoc loco* τὸ πλῆκτρον. **biiáczká** / **laſká** / *&c.* vide *item,* **Laſká** 1. **Pálmarká.**

Pátyná Kośćielna / Patina ſacra. *Damaſus, & alij antiqui ſcriptores Græci & Latini.* ὁ δίσκος χρυσοῦς. *i. diſcus aureus. Theophilact. Scribit Damaſus Conſtantinum donaſſe Eccleſiæ S. Petri in Vaticano vaſa aurea multa, vt calices, patinas, canthatos, &c. Ipſemet etiam Damaſus donauit patinam argenteam 20 librarum, vt legimus in Pontificali Romano. fuêre & 30 librarum patinæ, cùm calices vnius libræ tantùm pondus habuerint, quod argumentum non leue eſt communionis ſub vna ſpecie, vt loquuntur Eccleſiaſtici. Patina Iſidor. quòd diſpanſis & patentibus ſit oris: à patendo Sipont. ducit. & Varr. 4. L. L.* patinas à patulo dixerunt, vt puſillas patellas quod his libarent cœnis *Idem Varro apud Nonium.* Oportet bonum ciuem legibus parere, Deos colere, & in patellam dare μικρὸν κρέας. *Feſtus autem.* patellæ *inquit:* ſunt vaſa ſacris faciendis apta, velut capidulæ quædam. *Idem innuit Cicer. 2. de Finib. A Græco* πατάνη, *ducit Scaliger patinæ vocem. Eſt verò* πατάνη *Polluci idem quod* ἐκπέταλον λοπάδιον, *ſeu idem quod* πατέλλιον, *i. patella.* Patena *e non i ſcribitùr à Budæ. Henric. Steph. & in vet. cod. Columellæ. ſed tunc e produci debet, vt in catena, ſiquidem à patendo deducatur. cùm in patina mediam corripiat Horat. Iuuen. &c. vt &* πατάνη *Græcum eandem corripit.*

Pátynká / **ábo patynki.** Solea, *æ.* ſoleæ, *arum. Plaut. Catul. Perſi. Horat. & muliebris & virilis calceatus, vnde Cicer. exprobrat Verri, quòd ſoleatus prodierit in publicum, cùm in triclinio tantùm vel in cubiculo ſolearum vſus eſſet. Solea idem cum ſandalio Iunio, Marcil. Caſaubon. Gloſſar.* Solea *item Gellio, calceamentum muliebre plantam ſolùm tegens supernè adnexa pedi.* Socculus, *Plin. Sueton. idem cum Solea, Lauin. Caſaub. Calceabantur inquit Caſaub. delicatæ feminæ, modò aureis ſeu* χρυσοπάστοις *calceamentis; modò rubris ac purpureis; modò* κεντητοῖς, *i. compunctis, conciſis, & gemmatis ſocculis. Hinc* Soccatus *Seneca. i. ſoccis indutus.* Sandalium, *Varr. Terent. diuitum & nobiliorum feminarum calceamenta elegantiſſima & aliquando aurea. Turneb. ex Polluce. vnde apud Cephiſodorum Comicum in Trophonio, mulier accuſans deteriorem fortunam, ſandaliorum etiam aureorum commutationem adiungit.* σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν, ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα, νῦν δ' ὥσπερ ἡ θεράπαινα ἔχω περιβαρίδας. *i. nunc ſe quaſi ancilla geſtare peribaridas, quia* αἱ περιβαρίδες *calceamenta erant ancillarum propria.* τὸ σανδάλιον. *Polluci. & Iudith 10.* τὸ σάνδαλον *Lucian. Athenæ.* Sandalium, *ait Turneb. fuit ſimile plantæ ſeu veſtigio, (vt in Sardinia apparet, quæ ichnuſa,* ἰχνοῦσα *&* σανδαλιῶτις *vocatur) Latinè ſolea.* τὸ βλαυτίον, ἡ βλαύτη. *Heſych. Athen.* αἱ βλαῦδες *Heſych.* Sandalium *virorum calceamentum apud Herodotum, Athen. & in Actis c. 2. vbi interpres Latinus caligas vertit: rectè id cognoſces ex* **Obów** *3.* αἱ σανδαλοθῆκαι, *theca ſandalijs aſſeruandis.* Sandalium Tyrrhenicum *ſeu* Hetruſcum, *Iuni. ex Cratino, & Heſych. appellat crepidas feminarum admodùm alto ſolo.* σανδάλιον Τυρρηνικόν: Pantophellos, *Bud.* **pátynki wyſokie** / *quaſi totum ſuber, nam* πᾶν, *omne;* φελλός, *ſuber. eſt verò maſc. ſi ſubaudias calceum. Vide quàm alludat huic voci noſtrum vel Italicum* **Pántoflá.** Sicyonij calcei. *Cicer.* Sicyonia, *orum. Lucret. i. muliebre calceamenti & ſolearum genus nobile & venuſtum, Giſani.* τὰ Σικυώνια, ὑποδήματα γυναικεῖα, *Heſych. Polluci.* Diabathra, *orum. Ennius. Varro.* Græcanicas ſoleas *Feſtus interpretatur.* muliebres, *Turneb.* τὰ διάβαθρα. *vnde* Diabathrarius, *apud Plaut. ſutor diabathrarum.* **Pátynkarz** / **pántoflarz.** *vicinum,* **Muły** / **Pántoflá.**

Páuza v muzykow / ἡ παῦσις τῆς μελῳδίας. *Pauſa vocis, vel vocum in cantu vel modulatione.* **Pauzá w-partéſach.** *aliter, ſ.* σημεῖον τῆς παύσεως ἐν τῷ ᾄδειν, *vel* ἐν τῇ ᾠδῇ. *Notula vel ſignum ceſſationis aut pauſæ in canendo vel in cantu facienda.*

Paw / Pauo, *m. Cicer. Plin.* Pauo maſculus, *Colu.* Pauus, *ui. m. Gelli.* Iunonia auis. *Ouid.* Pauo, *ſ. Auſon. pauo regia, niſi referatur ad ales verſus præcedentis.* ὁ ταὼς, *&* ταῶς, ῶ. *&* ταὼν, ῶνος. *Oppian. Ariſtotel. Athen.* ἀπὸ τοῦ τείνειν τὴν οὐράν. *quod caudam extendat, vel* ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν. *ab extenſione pennarum. Athen. quod cum priori concidit.* ὁ μηδικὸς ὄρνις, *Ariſtophan. Auis glorioſa & malitioſa, Plin. Pauo pipillat. Anth. Philom. aliter Pupillat. al. Pulpat. Andr. Schott. legit Pululat. Pipilat ſcribit Scaliger.*

Scaliger. à pipulo, pipulum, vt à vento ventilo. à pipo, as. Turneb. vt à verto, vertilo. unde vertilabundus Varronis. nos wrzéſczy *dicimus.* Medica auis. *Varr. Colu. i. pauo, Henric. Stephan. & Commelinus* Melica *priſcè legit.*

Páwezá / Scutum, *Cicer. Varr. è Græca voce.* τὸ σκῦτος, *quia è corio crudo olim fiebat, aut conciſo ligno, & neruis formâ variâ, potiſſimùm oblonga, plana, vel imbricata, breuius homine vel par eidem, Lipſ. ex Liuio, Dione.* ὁ θυρεὸς, ῦ. *quòd Ianuæ formam habuerit. Scutus hominem tegit, maſcul. Turpilius, Nonius.* Gerræ, αἱ γέῤῥαι, *ſcuta viminea vel ſaligna, ex aſciis ſalignis, neruis, & glutino firmatis, Lipſius ex Feſto, Euſtath. Gerrum. Gloſſ.* Parma *ſcutum peditum tripedale è ligno aut ſubere, tectum corio, Lipſ. ex Varr. Suid. Polyb.* ἡ πάρμη. *vicin.* Tarcza.

Páweźnik / co páwezy robi. Scutarius, *Plaut.* Videndum vt materies ſuppetat ſcutarijs. ὁ ἀσπιδοποιός. *in vet. Lexic. ſcutarius redditur, ſed* v. Płátnerz. [ὁ πελτοποιός.

Páweźnik / żołnierz páweze noſzacy. Scutatus, *Cic. Virg.* Scutigerulus, *ſed apud Plaut. armigerum ſonat.* Parmatus, *Liu.* Parmularius, *Quintil. Feſt.* Cetratus, *Liui.* Peltatus, *Liu. Ouid. Peltifer. Stati.* Peltaſta, *æ. m. Liu.* ὁ πελταστὴς, ῦ. πελτοφόρος. *At* ὁ πελταστικός. Scutarius, *ad ſcuta pertinens, vt ſcutaria officina, Veget.* Páweźny / *&* πελταστική *apud Platonem. ſ. ars vtendi pelta, potes vſurpare & pro arte fabricandi peltas.*

Páwi / Pauoninus: pulli pauonini, *Colu. Varr.* Oua pauonina. *Varr.* ὁ ταώνειος, ταωνικός, *Robert. Steph.* Pauonaceus, *apud Plin. l. 36. c. 22.* Pauonacea tegendi (*tecti*) genera. *interpretatur Philand. lapillis diſcoloribus variegata; vel picturatis lapidum quadris, inſtar pauonis pennarum fulgentia & ſplendentia, vt in principum ædibus fit, tegulis magna colorum varietate nitentibus. Dalecampius.* [ὁ, ἡ ταωνοειδής. *Robert. Steph.* Pauonius, *vt* Pauonia proles, *Colu.* Páwiętá / τῶν ταώνων νεοσσοί.

Páwicá / Pauo femina, *Varr. Colu.* Paua. *Auſon.* ἡ ταώνη. *Robert. Stephan.*

Páwie ſie / vide Kokoſze ſie.

Páwinice ziele / Theombrotion, Semnion. *Plin. herba pauonis picturis, odore eximio, contra morbos corporis, & amentiam, à regibus Perſarum ſumi ſolita.* τὸ σεμνίον.

Páździernik / October, *Auſonius.* ὁ ὀκτώβριος. ὑπερβερεταῖος. *Suid. & in Canonib. Apoſtolic. c. 38.*

Páździernikowy / (*vt* Styczniowy / Grudniowy / Máiowy) October, *vel* Octobris *hic, hæc, & hoc. Cicer.* Calendæ Octobres. ὁ ὀκτώβριος. v. Liſtopad.

Paździor / páździerze. τὸ τῆς λίνου ξυλοειδές. *Id quod ligneſum eſt in lino & cannabi, quod abſcedit cùm id tunditur. Plin.* Cortices lino decuſſos vocat, clibanis & furnis præbentes vſum. *Hinc* Paździorny / páździerny. *ex corticibus lini conſtans, vel ad eos pertinens.*

Pázłotká błoſzona / rzemienna. τὸ πέταλον χρυσίζειν: ἡ βύρσα χρυσοβαφής. *Bracteola inducta auro vel ſpumâ auri. Corium auro aut ſpumâ auri tinctum. etiam argento colorantur lamina & coria, ſed idem Polonicum nomen retinēt.*

Páznogieć / Vnguis, *m. Cicer. Terent.* ὁ ὄνυξ, χος. Excrementa manus vocat, *Lucan.* Vnguiculus, *Plaut. Cicer.* τὸ ὀνύχιον. *Vnguellulus, Diomed.* vide Pázur 2. τὸ νεφέλιον, Nubecula vnguium. *Iunio. Henric. Stephan.* plámy białáwe páznokci. ἡ ἀνατολή. *Lunula alba ad radicem vnguium, Henric. Stephan.* białek páznokci. *Græca vox ſonat quaſi ortum ſ. lunæ, &c. Exortum Iunius appellat.* ὁ, ἡ ὀνυχοειδής. *vngui ſimilis.* páznokciſty.

Páznokci zároſliná / ábo zároſtánie mieſem. τὸ πτερύγιον. *Paulo Æginetæ eſt, cùm caro vnguis partem occupat: naſcitur ex reduuia neglecta.* Pterygion, *Plin. Gorræ. Hermol. Iunio. aliter* v. Roſpádliná 2.

Páznokci wráſtánie w-mięſo / zákrzywienie. ἡ γαμψῶσις ὀνύχων. [γαμψωνυχίαν *rectè voces, me auctore, nam aliū non habeo. Curuatura vnguium. quem morbum qui patiuntur Falcones vocantur à Feſto, quorum inquit pollices pedum intrò ſunt curuati inſtar falcis.* οἱ γαμψώνυχες, *Ariſtoteles.*

Páznokty żelázne w-kátowni. Vngulæ, *Prudent. & in geſtis Martyrum crebra & antiqua earum memoria.* (*& apud Colu. Vngues ferrei vinitorum*) ὁ ὄνυξ τὸ βασανιστήριον ὄργανον. *i. inſtrumentum carnificinæ, Syneſ. & Theodoret. Vnco etiam Romani vtebantur in trahendis & lacerandis maleficis, vt conſtat ex Cicer. & Iuuenalis habet: patitur carceris vncum.* ὁ ἄγκιστρος. *ſuprà* Hak 1.

Pázur v ptáſtwá / źwierząt niektorych / ná ktorym páznogieć. Digitus, *Plin. Auibus quaterni digiti tres in priore parte, vnus à calce.* ‖ *Varr.* Canes digitis diſcretis vnguibus duris ac curuis ſint. ὁ δάκτυλος, *vnde* τριδάκτυλος, τετραδάκτυλος ὄρνις. *Auis apud Ariſt. i. tres vel quatuor digitos habens in pede.*

Pázur / *item* páznogieć v ptáſtwá / beſtyy. Vnguis ſimiæ, *Plin.* Vnguis canis, *Varr.* ὁ ὄνυξ. *Heſiod. Lucian.* Falcula pantheræ, pardi. *Plin. Feſt.* αἱ δρεπάναι, *vel* δράκες. In canibus articuli & vngues veſtigiorum, *Columel. At* ἡ ἀκρωνυχία, *&* ὁ σόνυξ, *Heſych. eſt extremitas vnguium, quæ apud homines præcidi ſolet.*

Pázurowáty. Digitatus, *Plin.* Digitatæ aues. ὁ δακτυλωτός. Multifidus: multifidi pedes beſtiarum, *Plin.* ὁ σχιδόνυχος, σχιζόπους, σχιδανόπους ὄρνις. (*&* ἡ σχιζοποδία. Pázurowátość.) Vngulatus, *a. um. paulò aliter apud Feſtum,* vngulatos vngues, *magnos & aſperos appellat Cato. ſed tales ſunt & auium, ferarum.* ‖ ὁ γαμψώνυξ, χος. *&* γαμψώνυχος, *v. qui eſt vncis vnguibus. Gaza vncunguis vertit nouè & durè.* Falco, *ſuprà Feſto.*

Pázury źwierzowi dźikiému obćinam. ἐξονυχίζω τὸ θηρίον. Exarmo feram, *Bude.* Exarmo vnguibus, *Henr. Steph.* Exarmati leones, *apud Lamprid. Exungulare etiam reddit Henric. Steph. quaſi Plautina voce, ſed ea iam aliter ſe habet, adi Taubman. ad Truculenti act. 2. ſc. 2.*

Pcham co / kogo. Trudo aliquem ad iudicium: ad ſupplicium. *Cicer.* ὠθέω: μετὰ βίας κινῶ τινα. v. Popycham. *Item,* Kole / koleſz.

Pchánie / popychánie. Pulſus: pulſu alieno moueri: pulſus externus & aduentitius aliquid commouet. *Cicer.* ἡ ὤθησις, ὦσις, ὁ ὠσμὸς, ὠθισμός.

Pchłá / Pulex, *m. Plin.* ἡ ψύλλα, ὁ ψύλλος. (Pulex, *item apud Columell. & Pallad. eſt vermiculus hortenſis.* ἡ ψύλλα, *Theophr.*) Pulicoſus, *i. pulicibus plenus,* Pchliſty. *Colu.* Canis pulicoſa. ὁ τῶν ψυλλῶν μεστός. ‖ ψυλλίζω, *pulices capto. A puluere pulicem ducit Sipont. quòd in puluere generentur pulices.*

Pęcá / pęncá / pęciny. τὸ ἱμαντίδιον ἐν ποσὶν ὀρνίθων θηρευτικῶν, *Lorum in pedibus auium venaticarum.*

Pęcak / al. Pęczak z-ieczmieniá / z-orkiſzu / z-ſámopſzy / &c. otłukány. Ptiſana, *Plin. Martial.* πτισάνη. Hordeum decorticatum. ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, *i. pinſere, decorticare. Fiebat & ex tritico, alica, zea, oryza, ſed addito nomine frugis appellabatur, vt* πτισάνη πυρίνη. *ptiſana triticea: coquitur autem donec intumeſcat, Gorræ. ex Conſtantino, Cæſare, Apicio. Scribitur &* πτισσάνη, *vnde Martial. & Horat. ι corripuit.* ἡ πεφωσμένη κριθή. *Suid. i. hordeum piſtum. Varijs modis apud veteres conficiebatur ptiſana & facta in vſum diuturnum ſeruabatur, qui vſus etiam varius* in coctura fuit, vt docet Gorra. qui addit: ptiſanam coctam, aliud iam nomen ſortiri: nam ptiſana ſuccus, cremor, aut ſorbitio dicebatur, vt v. **Paßá** 3. diximus, alias ſignificationes huius vocis inuenies in Indice. Huius ſimilis eſt Alica, de qua ſuprà in **Brochmal** aliqua dicta ſunt. Non eſt autem alica (vt & Χόνδρος Græcorum) nomen certæ alicuius frugis, nec commune multis, vt quidam ſenſerunt, ſed id quod inſtar ptiſanæ fit, potiſsimùm ex zea, quæ tritici ſpecies eſt. Plin. alicam vocat & granum, è Græco ὁ Χόνδρος, i. grukszlá / dicebatur & Χόνδρος πλυσίμης. ὁ ἄλιξ, Heſych. Æginetæ. ὁ Χόνδρος ἄλικος. Aëtio. Modus eius parandæ is fuit: tundebatur zea in pila lignea triplici modo, vt alia eſſet minuta & cribraria; alia ſecũdaria, mediocris, & craſſior paulò; alia deniq; grandiſsima exceptitia dicta Plinio, quæ in cribro remanſit. τὸ ἀφαίρεμα, aphærema, n. eidem Plinio, qui docet, etiam adulterinam alicam confici ſolitam ex alijs frugibus, vt ex zea Africana degenere, addita creta, gypſo, aliquando arena inter tundendum. Item ex lectiſsimis granis tritici, incocto illi lacte. Inferebatur autem menſis alica ex aliquo illorum trium generum, vel integro grano cocto, vt noſtrum **Peczak** / vel percolato à coctura. Redigebatur aliquando in farinam, quæ aqua aſperſa aliquando cretá, gypſo, lacte coaleſcebat in grana vel grumos ſiccos, ad diuturnitatem vtiles, vt apud nos amylum. Hæc ex Gorra. Plin. Alicam ex hordeo ſemimaturo conficere docet Pallad. meminit & Plin. Alicam zeaceam, vocat Sireni. Alicæ nomen ab alendo ducit Feſtus, eandem admodùm vtilem & ſalubrem corpori cenſet Plin. Fit & potio ex alica (vt ex ptiſana) miſta vino & mulſo, ante cibum dari ſolita, Plin. iun. Martin. de Roa. Rader. Alicula aliud eſt. vide **Burtá**.

Peczakowa / ábo z peczaku grucá / v. **Kremor**.

Pecherz / bąbel. Puſtula. Martial. Ne trito pede tibi puſtula ſurgat. τὸ φύσημα, ἡ φῦσιγξ, γος. ὁ φῦδος. ἡ φύσκη: τὸ φυσκίον dimin.

Pecherz v czlekà / v źwierząt od vryny. v. **Mácharzyná**.

Pecherz v ryb niektorych / Veſicam geminatam aere plenam vocat Roudelet. Veſicam piſcium vento plenam ne merguntur, Bellonius. Folliculum potiùs dixeris: nam veſica in animalibus alia notio eſt. v. **Mácharzyná** (quanquam veſiculam Cicero de inanimatis loquens vſurpauit) τὸ φυσκίον διπλοῦν ἀέρος πλῆρες ἢ μεσόν.

Pecherz tr. hominem paruum præſertim tumidum & indignabundum ſonat. Poteſt & Latina vox Veſica, & Græca φύσκη, ſimiliter transferri, aut ὁ φύσαλος, quæ vox ſignificat ranam ita ſe inflantem vt rumpatur. & Poloni vocem żábá ſic vſurpant.

Pecherzycá / ziekle. v. **Miechunki**.

Pećiny / v. **Pécá**.

Pécká / Idem, **Jadrko w owocach**. v. **Jadrko** 2.

Pecznieie / napecznieć. Grandeſco: grandeſcunt frumenta, Plin. Turgeſco: turgeſcit ſemen in agris: turgeſcit in arbore ramus. Ovid. Turgent frumenta in ſtipula, Virgil. σπαργάω, ω. (φεργάω) οἰδαίνομαι, διοιδαίνω. Fraterculare & fratrare dicuntur mammæ puerorum marium, cùm primùm tumeſcunt: ſororiare puellarum. Item fratrare dicitur frumentum in ſpica. Feſt. i. tumeſcere.

Péczyná / v. **Páczyná**.

Pedágog / ſtroż dźiecinny / wódz / náuczyciel prywatny. Pædagogus, Cicer. ὁ παιδαγωγός, παιδονόμος. Pædonomus, Alexan. Neapol. Cuſtos herilis, Plaut. Formator morum, Plin. iun. ὁ ἠθοποιῶν, ὁ ἠθοποιός. Animi formator & inſtitutor, ſ. puerilis, Colu. Dicas & magiſtrum morum puerilium. Magnus baiulus, Codin. παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης ὁ λεγόμενος μέγας βαΐουλος, i. Pædagogus & pædotriba, qui dicitur magnus baiulus. Et Cedren. Θεοδόσιος Ἀντίοχον τὸν βαΐουλον αὐτοῦ κληρικὸν ἐποίησε. Theodoſius Antiochum baiulum ſuum i. pædagogum Clericum fecit. vtitur eodem vocabulo Lupus Ferrarienſ. & Hincmar. epiſt. 2. ad Carolum Craſſum. Filijs veſtris ſobrios baiulos conſtituite. Dicuntur verò ſic, tr. quòd proprijs quaſi manibus portare teneatur pueros ſibi cõmiſſos, vt baiuli onera: vel ad indicandam muneris ſuſcepti grauitatem: vel vt Balſamon deducit, ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρενωπόν, i. tanquam qui puerorum animos ad virilem ſenſum traducant, quod cum priori coincidit. Boni Pædagogi munus deſcribit Plaut. in Bacchid. inducens Lydum de ſeueriori educatione prioris æui loquentẽ. Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam digitum lõge à Pædagogo pedem vt efferres ex ædibus: ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras, gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas penderes. & multa alia in eandem ſententiam.

Pedem / ὁρμητικῶς, σύδην. Impetu: Incitatiùs. ab incitatè, Cicer. Impete magno, Lucret. ὁ καταφορικός. Impetu currens, Beda.

Pedem ide / pedzę. Curſu magno feror, Cicer. Effuſiſſimis habenis inuadere hoſtem. Effusè fugere. Liuius. Quaſi ad incendium currentes, Senec. θύω, θυνέω, θύνω. ἐπιθύω, φέρομαι, ἐπιφέρομαι, ὁρμάω, ὀρούω, ῥοθέω, ἰθύω, ἵεμαι. Incitatus feror, Cicer. Graſſor, Horat. i. cum impetu eo, Lauin. Graſſor ab impetu gradiendi dicitur Feſt. ἐξωθεῖν. Gloſſ. v. **Pod** / **Bieżę** 2.

Pedzę / żonę bydło / wieżnię. Ago pecora, capellas. Cic. Ago mulas, Martial. Amor lampade arida agit amantes, Varr. Agere citatum bouem, Colui. Mino, as. Paul. Feſti Epitom. habet: Agere ſignificat, ante ſe pellere, i. minare, Idem Agaſones equos agentes, i. minantes. Apul. Nos duos aſinos minantes baculis. Idem, Aduenient illi gregatim pecua comminantes. Idem, Prominare. In Nænio apud Feſtum loco minare ſcribit Scalig. mi nate. ἄγω, ἀγάζω, vnde ἀγάζων, agaſo, Caſaubon. Agito, Colui. Feſſas pecudes vehementer agitare & extendere non conuenit. Agere præ ſe bouem, Ammian. ἐλαύνω τό.

Pedzę tr. v. **Pedem ide** / **Bieżę** 2. **Uciekam** 1.

Pekáty / v. **Brzuchaty**. **Opukáty**.

Pél / v. **Proch**.

Pélćie / v. **Plewidło**.

Péle / piele / plewie. Exherbo aliquem locum, Colu. Runco ſegetes: herbam è ſegetibus expurgo. Varr. Runcare eſt ex adultis ſegetibus noxia euellere, Lauin. Erunco, Colu. Omnes alterius generis herbas eruncato, ſ. è Medica. Eligere manu herbas & exſtirpare, Colu. purgo locum ab herba, Cato. βοτανίζω.

Pélen / pełny. (abundat terminatione, vt wolny / wolen. Prozny / prozen / wdźięczny / wdźięczen.) Plenus officij, ſpei: plenus voluptatibus. Refertus, refertiſſimus: referta epiſtola ſuauitate: referta Gallia negotiorum. Cicer. Completus, Cicer. Completum humano genere cælum. πλέως, ἐπίπλεως, ἔμπλεως, ἔμπλεως, ἀνάπλεως. ὁ, ἡ πλήρης, ες. Confertus liber voluptatibus: conferta vita voluptatum: vita plena & conferta voluptatibus. Cicer. ὁ μεστὸς ὁ. ὁ, ἡ ἀνάμεστος τὸ ὁ, ἡ ἀνάπλεως. Differtus facetiarum, Catul. Lambin. Effertus, Plaut. Diſtentus, Horat. Diſtentum vber. Virgil. Diſtentæ lacte capellæ. Nam rozépchane / nadete inepte diceretur. Fetus: feta loca auſtris, machina (equi) feta armis, Virgil. tr. i. plena, & quaſi *prægnans, Cerda. Seruius.* Arca Noë feta ſeminibus, *Paulin.* Onuſta aula auri (*pro auro*) Onuſtum pectus lætitia, *Plaut.* ὁ ἀθρόος, συχνὸς, πυκνὸς. Stipatus: ſtipata curia patribus, *Ouid. i. plena.* Iuſtus exercitus, *Liui.* Iuſta acies, *Quintil.* Frequens piſcibus viuarium, *Colu.* Frequens ſilua trabibus, *Ouid.* Frequentiſſimum theatrum, *Cicer.* Frequentiſſima ædes: frequentiſſimum auditorium. *Plin. iun.* ὁ πολύανδρος, πολυάνθρωπος. Scatet pontus belluis, *Horat.* pełen ieſt. Scatet terra ferarum, *Lucret.* Scatit, *à ſcatio per tertiam idem Lucret.* βρύειν μελίσσαις καὶ προβάτοις, καρποῖς, ἔλαιον. τὸ ὑπερβλύζειν τινὸς τι. Satur, *Plin. de colore, & Virg.* ὁ, ἡ κατάκορος: κατακορὲς βαφθέν. Satura præſepia, *Virgil.* *Abundus: abundum lauacrum. Gelli.* Fartus, *tr. Senec. Apul.* Ebrius, *tr.* ἔςη δὲ πληγαῖς μεθύων, *Theocrit. conſtitit plagis ebrius.* Ebria cœna, *Plaut. pro copioſa. Sic aures ſcholica dape ebrias Varro dixit, i. plenas.* ὁ, ἡ ἰσοχειλὴς, ἐς, *ad labra ſumma impletus.* πλήθω, γέμω τ. *ſum plenus.* v. Obfituię.

Pelikan/ptak zmyſlony malárzow i niektorych piſárzow. Pelicanum *vt pingitur, figmentum docet eſſe Aldrouand. ſed quæ illi tribuuntur, conuenire vulturi.* v. Sep. *Latina vox Pelecanus quid ſignificet.* v. Bak cudzoziemſki. *Græca ibidem, &* Czápla biała. *Longè diuerſa eſt ſententia de Pelicano Hori Apollinis. l. 1. c. 54.*

Pełna/ *vt* proſzę ná pełną. *Duplex tropus, Adiectiuum pro Subſtantiuo, & vas pro liquore, quem continere ſolet: poſſet etiam ſubaudiri ſubſtantiuum* Sklenicá. *&c.* τὸ ἰσοχειλὲς ἔκπωμα. *Poculum ad labra plenum.* Pełna przez zdrowie. ἡ κύλιξ ὑγιείας: Διὸς σωτῆρος κρατὴρ ἱερὸς, ἡ ὑγιείας ἱερὰ μετανιπτρὶς, *Athen. Pollux. Poculum ſalutare, &c.* μετάνιπτρον, *quia poſt cœnam lotis manibus dabatur.* ὁ παυσίλυπος κρατήρ. Ceſſare faciens moleſtias, *vt Poloni dicunt* Ná fráſunek *&c.*

Pełnia kśiężycá/ v. Kśiężycá pełnia.

Pełnię rozkazánie/ *&c.* v. Wypełniam/ Spełniam.

Pełnię/piię pełno. Bibo more Græco: Maioribus poculis poſcere *aut* bibere, *Cicer. interprete Aſconio.* τὴν μείζονα αἰτεῖν κύλικα, *Plutarch.* ἤτησε ποτήριον μεῖζον. *Hom.* μείζονα δὴ κρητῆρα Μενοιτίου υἱὲ καθίστα. Bibere pro ſummo, *Plaut. i. pleno, magno poculo, quaſi illud ſit vltimum. Turneb.* πίνειν ἰσοχειλὲς ποτήριον. Bibere concha, *Iuuenal. i. non poculo, ſed vaſta patera ceu pelui.* Ad numerũ bibere, *Ouid. ſ. poculorum quibus prouocatus es.* Optima fide bibiſſe, nihilque ad eliſendum in pauimento ſonũ ex vino reliquiſſe, *Plinius Tricongium potorem teſtatur. Oppoſitum eſt* κλεψιποτεῖν *Græcorum, i. eludere compotorẽ, parcè furtim bibendo,* Nieſpełniáć chytrze. *Et* ὁ κλεψιπότης, *u. dicitur qui ſic eludit compotorem.* Magnitudine poculorum bibendoq; aliquem ſuperare. *Cicer.* Spełnić komu. *Tale & illud Horat.* Vincere aliquem Threijcia amyſtide. τὸ πρόπομα ἐκπίνω: *i. poculum quo prouocatus ſum, exhaurio.* τῷ προπίνοντί μοι χαρίζομαι ποτήριον ἐκπίνων. *ei qui mihi propinauit obſequor poculum exhauriens.* Vrgere aliquem cululllis. *Horat. i. poculis perurgere.* Pić do kogo czeſto προσβιάζειν πίνειν. *Cogi ad bibendum.* προπίνω σοι πλήρη κύλικα. *propino tibi plenum calicem.* Pełnię do ciebie. *Vicin.* Duſzkiem/*&* Piię bárzo.

Pełnię rzędem / kołem. περιφέρειν ποτήριον: περιφέρειν ἐν κύκλῳ φιλοτησίαν. *In orbem circumferre philoteſiam. Bud.* ἐν κύκλῳ πίνειν. *In orbem bibere. Iuni. vel vt Plaut.* Dare cantharum circum. περιφέρεται, *vel* περιφορεῖται ἡμῖν ποτήριον ἀκράτου συνεχῶς. *Obit nos poculum meri aſſiduò, vel vt Turneb. Ab vno in orbem poculum per omnes conuiuas circumagitur. & hoc eſt apud Plautum,* ab ſummo bibere, *i. vſq; ad vltimum porrigendo, Taubman. Turneb, Sic & Apule.* vt primum occurſoriam potionem labijs contingerat. *hanc occurſoriam potionem Athenæ. vocat.* περιφοράν. pełna w-koło idąca. ἡ φιλοτησία περιφερομένη.

Pełnienie do kogo / ábo komu / picie pełnicy do kogo / ábo od kogo. ἡ πόσις ἀπνευστί. *Potatio quæ vno ſpiritu abſoluitur.* ἡ πρόποσις Θρᾳκία, *propinatio Threycia.* ἡ ἰσοχειλὴς οἰνοποσία. *æquatis labris poculorum compotatio.* [ἡ ἰσοποσία. *æquatio hauſtus*] ἡ ἀμοιβαία ἄμυστις, *largus hauſtus alternus.*

Pełno gdźie czego/ Plena omnia roſarum, *Ouid.* Plena vrbs bellico apparatu, *Liu.* Domus plena argenti cælati, veſtis ſtragulæ, *&c.* Portus nauium pleniſſimus, *Cicer.* Oppleuerunt niues omnia. *Liu.* Oppletur cætu regia. *Catul.* Impleta ſunt volumina. *Cicer.* πλήρης ἐστὶ κιβωτὸς ἀργυρίου: πόλις πλήθους μεγίστου πεπληρωμένη. Ad plenum manat aliquid. *Horat.* ἀνεπίμπλατο *vel* ἀνεπλήθη ὁ οἶκος πλήθους: πλήθει ξυμπάσου βίου: πλήθει πανήγυρις, *vel* ἀγορὰ τῶν ἀνθρώπων, *plenum eſt forum hominibus.* Feruent fora litibus, *Mart.* Feruet omnis ſemita opere, *Virg. Fartum totum theatrum, Apule. Senec.*

Pełność/ vide Napełnienie.

Pełny/ vide Pełen.

Pełzne/ vide Błákuię / Opełzł.

Pennal piſárſki/ Piórnicá *Boëm.* Calamaria theca. *Mart.* τὸ καλαμάριον, *Gloſſ. Calamarium, Sipontin.* vide Piſárſka ſkrzynká

Pendent/ ὁ ἀορτὴρ, ῆρος. Vinculum quo gladius lateri alligatur. ὁ ξιφιστὴς, ῦ. ξιφιστὴρ, ῆρος. ὁ τελαμὼν μαχαιροδέτης: ὁ στροφὸς μαχαιροδέτης. Balteus, *Senec.* Gladius bonus, non cui deauratus balteus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur. *Idẽ, Seruius ex Virg. & Cerda ex Iſid.*

Penowáć kogo/ karáć ná dochodźie/ ná obroku/ *&c.* Multare aliquem ſtipendio, pecunia. *Cicer.* Multare ſacerdotio, *Suet.* Mulctare *vbiq; legunt Lambin. Victor. Lauin. Lipſ. Taubman. Sic rectè dices:* Multare aliquem penſione, demenſo diurno, menſtruo, annona, *&c.* ἀμείρω, ἀπαμείρω τινά. *i. portione priuo.* Multam alicui dicere, irrogare. *Cicer.* Cenſionem faciebat cenſor, cum multam equiti irrogabat. *Feſtus.* ζημιόω τινὰ τῆς ἀναφορᾶς τοῦ σιτηρεσίου, τοῦ σαλαρίου: ἀφαιρέω, ἀποτίθημι τινὶ σιτηρεσίων ἀλλαγήν.

Penowánie/ Irrogatio multæ. *Cicer.* Cenſio, *Feſt. cenſio haſtaria, cùm miles ob delictum haſtas dare iubebatur. Sic dices: cenſio pecuniaria, &c.* ἡ ἐπίθεσις τῆς ἀποστερήσεως: ἡ στέρησις τοῦ σιτηρεσίου.

Pepáwá/ vide Siedm-liſt.

Pępel *aliqui dicunt, pro* bębel/ *vide illic citata.*

Pępek/ Vmbilicus, *Plin.* ὁ ὀμφαλὸς, ἀπὸ τοῦ ἀμπνεῖν *à reſpirando, dicitur &* ῥίζα γαστρὸς, *id eſt, radix ventris. At* τὸ ἀκρομφάλιον ἀκρόμφαλον, μεσομφάλιον. *medium in vmbilico.* τὸ περίτμητον, *&* ἡ περίτμησις *idem, à præciſione infantis nati, quæ eo loco fit. Item,* ὁ ἐξόμφαλος. Qui prominenti eſt vmbilico. *Celſus.* procidenti vmbilico. *Plin.* τὸ ἐξόμφαλον πάθος. *& abſol.* ἐξόμφαλον. *Prominentia vmbilici vel procidentia.*

Pępek z-gęśi / z-kury/ *&c.* Gigerium, *Lucil. ventriculus gallinæ, Douza. al. Gigeria.* v. Zołądek 1.

Pępownik ziele/ vide Dzwonki 1.

Percepta/ pieniądze ná wydatek wźięte/ (*oppoſitum* wydatek) Acceptum, *n. ſubſtant. Cicer.* Codex accepti. reieſtr percepty. Ratio acceptorum & datorum; *Idem.* τὰ χρήματα ἀναλωτικά, *pecunia expendenda.*

Pérceptá item z-máietnośći / z dochodow/ v. Prowent/ Kréſcencya/ Dochod.

Perfumowana ßátá / Galbanum, *Mart.* ἡ χαλβανίνη ἐσθής. vide Niewieśćki 2.

Pérfumowány / wonnemi rzéczámi nápuſczony / nátárty. Vnguentatus, *Catul. Sueton. Gell.* ὁ μεμυρισμένος. Galbanatus, *Mart. i. indutus veſtem imbutam galbano odorifero. Cerda ex Dioſcor. Plin. Colu. Virg. ad odorem, non (vt Cælius, Thyles. Turneb.) ad colorem ſplendidum refert.* v. Niewieśćki 2. ὁ ἀλειψάμενος τῇ χαλβάνῃ. Odorus: odori capilli. *Horat.* ὁ, ἡ ἀρωματώδης, τὸ ες. Odoratus: vnguenta redolens. Sudat amomo quantū vix redolent duo funera. *Iuuenal.* v. Oléykowány.

Pérfumuię / Imbuo aliquid odore. *Horat.* Inodoro aliquid. *Colu. licet de allio loquatur.* Odoro mella. *Columella flores iubet poni apibus, quibus colorent & odorent mella.* Odorare aëra fumis. *Ouid.* Perfricare caput vnguento. *Cicer.* μυρίζω κεφαλὴν *abſol. vel* τοῖς μύροις χρίω : ἀρωματίζω τι : διαπάσσω τι. *odoramentis imbuo.* Suffire ſe odoribus, *Lucret.*

Pérfumy / wonne rzéczy drogie robione / mokre / ſuche. Diapaſmata, *n. plur. 3. vel 2. Plin. Mart. ſicci odores qui alicui rei inſperguntur vel affricantur. Gorr.* τὰ πάσματα, διαπάσματα, διαπλάσματα, ἐμπάσματα, καταπάσματα : τὸ ξηρόμυρον. *ſiccum vnguentū vel odoramen. Gorr.* Hedyſmata, (*n. plur. 3. vel 2.*) *Plin. ſucci vel vnguenta odorifera liquida, aromatibus etiam admiſſis. Gorr.* τὰ ἡδύσματα : μυρώματα. Stymmata, *n. plur. Plin.* τὰ στύμματα. *quæ vnguentis & hedyſmatis ſolidiora ſunt, & æque odorifera, Gorræ.* Magma, *tis. n. Plin. ex fece vnguenti odoramen ſolidius. alioqui* τὸ μάγμα, *eſt etiam recrementum vnguenti.* Paſtillus, *Horat. Plin. Senec. ſ. odoratus, Lambin. Lævin. ad diapaſmata pertinet, quia ſiccus eſt. Lævin.* ὁ τροχίσκος, *Gorræ. Odorata humida eſſe oportet, quòd ſi ſicca oleant; eſt, quia aërem ambientem attrahunt, cui miſta feruntur per aërem. Gorræ.* τὸ ἄρωμα, θυμίαμα, διάσμα μυρεψικόν. *Odoramentum, Sipont.* Aromata, *tum. Columel.*

Przyſtąpienie / przyſtęp. Aggreſſio, *Cicer. tranſiulit ad orationem.* Aditus, *Cicer.* Prohibere aditu. Arcere aditu. *Liui.* § ἡ προσπέλασις, προσαγωγή.

Przyſtaw / *Propriè à Græcis* ὁ παραστάτης *dicitur, & quidem militare eſt vocabulum apud Xenophontem, & peditem equiti additum ſignificat: Budæ. auxiliares hôs vocat, ſed & ad alia apud Plutarchum, Syneſium, Chryſoſtom. transfertur.* Adſtes, *itis. redditur à Gaza. Vtere etiam licet Græca voce* Paraſtates *cum Cælio Rhodig. qui l. 13. cap. 15. ait Dioſcuros Soteres ac Paraſtatæ qui ſalutem impertiuntur, & in calamitate ſalutari præſidio ſunt.* Deductor, *Cicer.* ὁ κατακτής, ξεναγωγός. Xenagogus, *Cicer. Budæ.* πάροχος, ξενοπάροχος. Parochus, *Horat. Copiarius, Porphyr. Budæ. Vicinum* **Przéwodnik.** § *At* ἡ παροχή. *Parochi ſeu præbitoris munus.* **Przyſtáwſtwo.** ἡ προξενία. Munus hoſpitum recipiendorum, *Cicer.* Auctorem, *apud Terent. Liui. Vlpian. Apulei. interpretatur Loënſis adſtitem, qui adhibebatur puellæ nubenti, hereditatem adeunti, alienanti bona &c. ſine quo non valebat factum, ſiue is parens eſſet, ſiue tutor, ſiue amicus habens auctoritatem, &c.*

Przyſtáwiam gárnek do ogniá / Aſtituo. *al.* adſtituo. *Plaut.* Iuben' aſtitui aulas? *i. ollas.* παρίστημι τόν.

Przyſtáwiam drábinę do muru / Erigo ſcalas ad murū: ad mœnia. *Liui.* Applico ſcalas, *ſ. muro. &c. Liui.* παριστάω, παριστάνω, παρίστημι. *ſtatuo, ſiſto propè, iuxtà aliquid.*

Przyſtáwká / v. **Miſká.**

Przyſtęp (*actio*) *vt,* **Bronić przyſtępu.** v. **Przyſtąpienie.**

Przyſtęp (mieſce / plác ktorym przyſtępnie gdźie) Aditus, *m. Cicer.* Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria. Aptus aditus in templum *Idem.* Obſtructus aditus, *Idem.* Veſtibulum & aditus ad rem aliquam, *tr. Cicer.* Ianua. *Cicer.* Aditus & ianua patefacta ad. Acceſſus, *m. Ouid.* Dare, negare, prohibere acceſſum. ἡ ἔφοδος, πάροδος. *Aditiculus, Feſto. eſt paruus aditus.*

Przyſtęp do kogo / *id eſt,* **wolność do przyſtąpienia.** Aditus ad aliquem facilis, difficilis. *Cicer.* Aditio, *Ammian.* ἡ πρόσοδος, προσαγωγή.

Przyſtęp dáię / czynię komu gdźie. Do aditum alicui ad. *Cicer.* Copiam mei facio. *Plini. iun.* Copiam efficio alicui ad aliquem. Facio alicui copiam conueniendi aliquem. Viam planam facio ad aliquid. *Plaut.* Viam munio ad aliquid: aditum munio. Munito viā aliquò. Facere ſui poteſtatem. *Cicer.* Do acceſſum. *Ouid.* τὴν πρόσοδον δίδωμί τινι: εὐπρόσοδός ἐστί τινι πρὸς ἐμέ: εὔοδον, πρόσιτον, πόριμον, εὔπορόν ἐστι μοι: προσπορεύεσθαί ἐστί τινι πρὸς ἐμέ.

Przyſtępny. ὁ, ἡ, εὔφοδος, εὐπρόσοδος, εὐπροσπέλαστος. Eſt ad illum aditus facilis: eſt in aliquem locum aditus

facilis:

πυλλύω : τὸ κάμινον μαραινόμενον ἐξάπτω. Succende marceſcentem focum vel flammam.

Przyświecam komu/ *tr.* v. **Podſzczam. Pochlebiam.**

Przyświetnieyſzy/ Subluſtris, *Gelli.* Subluſtria verba. *tr.* *ὁ ἡ ὑπολαμπής, ἐς.*

Przyſurowſzy/ Subcrudus. *Cato. Celſ.* *ὁ ἡ ἔνωμος. [ὕπωμος, Robert. Steph.*

Przyſycha co do czégo / *τῇ ξηρότητι προσκολληθέν. Siccitate adſtringente adhaſit.*

Przyſypuie czégo / *προχέω τὴν ψάμμον. Affundo arenam, grana frumenti, & arida ſimilia.*

Przyſzło / *&c.* v. **Przychodzę** / & **Ná mie koley.**

Przyſzły / Venturus dolor. *Ouidi.* Ventura hiems, *Virgi.* Veniens. *Cicer.* Non ſumus ſine timore venientis anni. In annum venientem curas extendere. *Virgil.* Futurus. *Cicer.* Futurum tempus: malum futurum. Appropinquante morte animi futura augurantur. *Idem.* *ὁ ἐρχόμενος, ὁ μέλλων ἐσόμενος.*

Przyſzpetnieyſzym / Subturpis: Subturpiculus. Turpicula res. *Cicer.* Turpiculus naſus. *Catull.* *ὁ ὑπαίσχρος.*

Przyſzwá v nogi / Tarſus, *Cælio Rhodig. Vrſin. è Græco. ὁ ταρσός, οῦ. Mons pedis, vel montis pedis pars anterior. Cælio Rhodig.*

Przyſzyty / *propriè.* v. **Przyſzywam** 1.

Przyſzyty / *tr.* v. **Przydátny** 1.

Przyſzywam / *propriè.* Aſſuo, *Horat.* aſſuitur pannus. *ἐπιῤῥάπτω, παραῤῥάπτω τὸ τινί.*

Przyſzywam / *tr.* **przykleiam** / **przylepiam** / *tr.* Affingo aliquid alicui. *Cicer.* Affictum procemium *apud eundem.* Agglutino procemium. Applicare ſe ad aliquem: ad amicitiam alicuius. *Cicer.* *προσπλάττω, προσάπτω, προσκολλάομαι.*

Przytaczam kámień / **kłodę** / **wóz** / *&c. Admoueo aliquid rotando. προσκυλίω τι.*

Przytaczam / *tr.* **powieść**/ **piſárzę** / *&c.* v. **Przywodzę** 5. **Wtrącam** 3.

Przytaczánie / v. **Przywodzenie.**

Przytechły / v. **Wámiárdły.**

Przytępiam / v. **Tępię** 1.

Przytępiony / v. **Tępy.**

Przytępſzym / Obtuſior acies ingenij, *tr. Cicer.* *ὁ ἀμβλύτερος : ὀλίγον ἀμβλὺς, ἐος.*

Przytłuſtſzym/ Subpinguis, *Celſ.* *ὁ ὑπόπαχυς : ὑπολίπαρος.*

Przytomnie. *παρῆν vel παρὼν ἦν vel ἦς. præſens aderam vel aderas. Nomen pro Aduerbio.* Præſtò adeſſe. *Terent.* *παρεῖναι.* v. **Obecnie.**

Przytomność / **Przytomny.** v. **Obecność** / **Obecny.** & **Bliſki** 2. & **Jeſtem przytomny.**

Przytráfia ſie / v. **Tráfia ſie** 1. **Zgodzi ſie.**

Przytrudnieyſzym / Subdifficilis. *Cicer.* *ὁ χαλεπώτερος.*

Przytulam co do ſiebie / Apprimo aliquid pectori, *Plinius.* *προσφίγγω, ἐμβάλλω, περιεμβάλλω τι. amplexu ſtringo.*

Przytulam ſie do czégo/ Applicare ſe ad arborem, *Cæſ.* Applico me ad aliquem, *Cicer. Terent.* Recepto me aliquò. *Terent.* Erit in tectum quò te receptes. *ἐμβάλλω, παρεμβάλλω ἐμαυτὸν εἴς τινα τόπον, ὡς εἰς ὑποδοχεῖον.*

Przytulenie / vide **Skłonienie** 1.

Przytulią ziele / **Zaprzątek** / **Konicza wyczká** / **Mleczne ziele.** *Galium, Vet. Lexic. Vrſin. τὸ γάλιον, Dioſcor. ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πυτίας. dictum ſic quòd in contrahendo lacte coaguli vicem impleat. Eandem herbam γαλάτιον & γαλλέριον à Dioſcorid. appellari docet Henric. Stephan. ſed nuſquam id reperire potui : Plin. cum Galiopſi confundit.*

Przytwárdſzym / Duriuſculus, *Plin. iun.* *ὁ ὑπόσκληρος. Moracillum Feſti, duriuſculum interpretatur Sipont.* Moracillæ nuces, *Carol. Stephan. duriuſculæ.*

Przytykam / *vt* **Przytykam pálec do świecé.** *Admoueo, applico digitum candelæ, vel ad candelam. προσκινέω τὴν τι. Adſero, Feſto eſt admoueo.*

Przytykam/*aliter.* **Przytknąć ſzpilkę co.** *Idem cum* **Przypinam.**

Przyuczam / **Zuczam.** Formo vitulos ad vſus agreſtes. Conſueſco iuuencos aratro. Perdomitos boues ad aratrum inſtituo. *Colu.* Condoceo, *Hirt.* Equo frenato vti condocuerat. Condocefacere animum, vt ea quæ bona maláue videantur poſſit contemnere. *Cic.* *ἐθίζω, συνεθίζω τινὰ τι vel τι ποιεῖν : συμπαιδεύω τινὰ τι : συμμανθάνω τι.* vide **Nákłádam kogo.**

Przyuczam ſie / **Przywykam czemu** Condiſco ferre aliquid, *Plin. iun.* Condidici facere aliquid, *Plautus.* *συνεθίζομαι τι.* Iam prorſus occalui. Conſuetudo diuturna callum obduxit ſtomacho. Diuturna cogitatio callum vetuſtatis animis obduxit. *Cicer.* *ἐγγυμνάσθαι τὸ φέρειν.*

Przywabiam / vide **Wabię.**

Przywáchrolić ſie / *Obrepere.* v. **Przybłąkáć.**

Przywalam kámień do kąd. Admolior rupem, *Curtius. Transſtulit Plaut. aliò.* Aduoluere totas vlmos focis. *Virgil.* Aduoluere aliquid ad ignem, *ex Plin.* *προσκυλίω λίθον τῇ θύρᾳ.*

Przywalam co / Obruo aliquid, *Cicer.* Adobruere arbores terra, *Colu.* Superobruere aliquem congeſtis armis, *Propert.* Ruinam ſuper aliquem impello, *Ammian.* *καταχωννύω, καταχώννυμι τινα τι: ἐπιπίπτειν τι τινι ποιεῖν: τὰ πτώματά τινι ἐπάγω.* Obtritus pondere terræ, *Lucret.*

Przywárá / *propriè.* Cruſta pultis quæ vt corium exuritur. *Varro.* *τὸ κατάκαυμα τῶν ἑψημάτων, ἡ σύγκαυσις ὄψου ἐκ τῆς ἑψήσεως ξηρᾶς.*

Przywárá / *tr.* vide **Wádá.**

Przywarzam / vide **Podwarzam.**

Przywárty/ *αἱ ἡμικλεῖς πύλαι. Semiclauſæ portæ, Ammian.*

Przywiánek / vide **Wypráwá** 4.

Przywieram drzwi/ *τὴν θύραν τοῖς σταθμοῖς ἐγγυτέρω προσκινῶ, προσβάλλω. Fores poſtibus propiùs admoueo, vel ſic claudo oſtium, vt aliquantùm pateat. Lunam dimidia, tertia parte patere facio. Liu. dicit:* Semiapertis portarum foribus in vrbem compulit. **Przywártemi** / **niedowártemi.**

Przywiera potréwá/ **Przywrzáłá.** Aduritur cibus, *Celſ.* Ne adurantur (*ea quæ coquuntur*) *κατακαίεται ἐν τῷ ἕψεσθαι τὸ ὄψον.* vide **Podwieram.**

Przywiezowánie / **Przywiązánie.** Alligatura vitium, *Colu.* Religatio vitium, *Cicer.* Alligatio, *Colu.* Annexus, *us. Tacit.* *ἡ ἐπίδεσις, ἀνάδεσις, εως, ἡ.*

Przywiezuiący / Alligator, *Colu. Subſtantiuum eſt quo nos vſitato caremus. nam* **przywiezácz** & **przywiężiciel** *dura ſunt.* [*ὁ προσδέτης, οῦ.*

Przywiezuię co abo kogo do czégo. Deligo aliquem apud menſam. *Plaut.* Deligo ad palum. Alligo, Producuntur & ad palum alligantur. Ad ſtatuam Siculi te Prætore alligabantur, *Cicer.* Adalligo aliquid brachio, *Plin.* Annecto ad, *Cicer.* Stomachus ad linguam annectitur. Deuincire aliquem ad taurum, *Plaut.* Deſtino aliquid loro ad anſulam, *Apul.* Arcæ catenis deſtinandæ firmiter. *Vitruu. Philand.* Religo aliquid vel aliquem ad currum : religo à puppi. *Cicer.* Stringam te ad carnarium, *Plaut* Præligo boum cornibus aliquid, *Liuius.* Reſtringo aliquem ad aliquid, *Plin. iun. Apul.* Adſtringo aliquid ad, *Cic.* Qui ad ſtatuam adſtrictus eſt. Adſtringere ſe ad certa verba. *Quintilian.* Adſtringi ad temperantiam, *Plin. iun.* Superilligo, *Plin.* Superalligo aliquid, *ſ. mihi, pedi, ventri. Idem.* Iniungo, *Colu.* Interdum pondus aliquod iniungitur, (*bobus arantibus*) vt maiore niſu laboris exploretur patientia. *Idem.* Bina flagella ſingulis brachijs vitis iniungere. Illigo, *Colu.* Iugo ramus illigatur. *ἀνάπτω, ἐνάπτω, ἐφάπτω, ἐξάπτω, προσείρω, ἐνδέω, προσδέω, καθάπτω, προσάπτω, ἀποδέω, συνδεσμέω τὸν.* Adiugo, *as*: palmites. *Colu.*

Przywiléiowány / vide **Uprzywiléiowány.**

Przywiléiowáć / **Przywiley dáć** / v. **Uprzywiléiowáć.**

Przywiley / dozwolenie / wyzwolenie z-czégo / łáſká iáká od páná dána / práwo prywatne. Priuilegium. *Priuilegia, inquit Gellius, ſunt iuſſa non generalia, neq; de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta, inde dicta quia veteres priua dixêre, quæ nos ſingula dicimus.* *Cicer.* Vetant leges ſacratæ, vetant XII tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari, id enim eſt priuilegium. (*Obſerua definitionem priuilegij.*) Lex priuatis hominibus irrogata. *Cicer. Paradoxo 4. in Clodium ſic habet.* Familiariſſimus tuus, (*i. M. Piſo. Conſ.*) de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. *Obſerua priuilegium eſſe vocem ambiguam ſeu mediam, nam hic pœnam irrogat ei de quo fertur. quo ſenſu vox Polonica non vſurpâtur. ἡ προνομία, τὸ προνόμιον: ἡ ἐκ τῶν νόμων ἐξουσία: ὁ νόμος ἰδιάζων, & ex Latina voce.* [*τὰ πριβιλέγια in Gloſſ. Baſilic.* Beneficium legis, *Cic.* Vnum excipit Pompeium, remittit hoc Rullo Pompeius; beneficio iſto legis & benignitate decemuirali nihil vtitur *&c.* nihil ſibi appetit præcipuè, nihil: vult ſe in cómmuni atque eodem quo cæteri iure verſari. **Niechcé tego przywiléiu záżywáć / poſpolitemu práwu chcé być podlégły** *ICtis*, priuata lex: Ius ſingulare: Beneficium Principis. Conſtitutio perſonalis; Indultum: Immunitas: Diſpenſatio. *In Cod. habetur*: Codicillos & ſcriptis & ſine ſcriptis fieri. *quod ſi ita eſt,* Codicilli *etiam hanc ſecundam ſignificationem habent, præter illam inſtrumenti, in quo ius ſeu priuilegium continetur.* Prærogatiua, *etiam pro* iure ſpecialiter indulto *ſumitur ab Vlpiano.* Rogatio *Feſto, idem quod priuilegium Ciceroni. Anton. Auguſtin.*

Przywiley / pápier / párgámin ná ktorym przywiley nápiſano. Codicilli, *Sueton.* Suppoſitos aut immutatos datorum officiorum codicillos, *ſ. à Claudio varijs datos.* Codicillarem poteſtatem *Magiſtratum Lamprid. vocat.* qui per codicillos Principis datur. *Diploma principale. Reſcriptum IC. Sed hæc communia ſunt nomina multis. τὸ δίπλωμα: δίπλωμα ἐσφραγισμένον, Plutarch. i. diploma obſignatum. ἡ προνομία γεγραμμένη. Priuilegium ſcriptum. ὁ χάρτης τὴν προνομίαν συνέχων. Charta priuilegium continens.*

Przywitáć kogo / **Przywitáć ſie z-kiem** / v. **Witam 1.**

Przywitáć kogo czym / (*in malam partem*) *etiam Latini ſimiliter loquuntur.* Duos gladio ita excepit, vt ante ipſum exanimes procumberent. *Curt.* Accipere aliquem cruciatu, dictis quibus meret. *Plaut.* Accipere aliquem peſſimè, verbis, malè, vehementer, verberibus. *Cicer.* Sic veteratorem illum, vetulum lupum Annibalem acceptum, *Lucil.* *ὑποδέχομαί τινα ἐπιπλήττων, τύπτων &c. ἀσπάζομαί τινα λόγοις πικροῖς: χράομαί τινι προσηνέως ἀπανθρώπως, ὑβριστικῶς.*

Przywitánie / vide **Witánie** / & **Zoſtáie ná przywitánie.**

Przywłaſczam co ſobie / ábo komu. Vendico mihi aliquid; vendico mihi aliquid iure meo. *Cicer.* Arrogare ſibi aliquid, *Cicer. Horat. Quintilianus. pro comparo.* Acquiro, *Phocas de Virgilio in Catalectis Scaligeri.* Aliquid pro ſuo vendicare, *Quintilian.* Vſurpo mihi aliquid ex alterius bonis. Adſciſco, adſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ. Iure meo mihi aliquid ſumo. Attribuo. Quod nomen cum illo commune erat ſibi ſoli attribuit. *Cicer.* Vſu fecit ſuum, *Senec.* *ἰδιόομαι, ἐμαυτῷ τ. ἰδιοποιέομαι, προσποιοῦμαι, περιποιέω, περιποιοῦμαί τι τινι: σφετερίζομαι: τ. οἰκειόω, & οἰκειόομαι ἐμαυτῷ τὸ: ἀντιποιοῦμαι τοῦ: ἴδιον ἐμαυτοῦ ποιῶ.* Facere aliquid ſui beneficij: *eſt efficere vt aliquid beneficij loco à ſe petatur vel detur alijs. Sueton. de Claudio:* Commeatus à Senatu peti ſolitos, beneficij ſui fecit. Proprium aliquid alicui trado. Tria prædia Capitoni propria traduntur. Addico aliquid alicui. *Cicer.* *προσκληρόω, προσκυρόω, προσνέμω τί τινι:* Velut proprium mihi vel alicui aſſero aliquid, *Quintilian.* Propriaſſit *i. proprium fecerit. Feſt. vt amaſſo, amauero apud eundem. à proprio, as.*

Przywłaſczam kogo zá syná / v. **Przyſpóſabiam 1.**

Przywłaſczánie czégo / *ὁ ἰδιασμὸς, ἡ ἰδίωσις, οἰκείωσις, ὁ ἐξιδιασμὸς, οῦ. Vendicatio qua nobis quid vendicamus. Alciat. ἡ περιποίησις.*

Przywłáſczyciel cudzego / *ὁ σφετεριστής.* [*Interuerſor, Lexic. Vet.* Vendicator, *Tacit.* Famæ nec incurioſus nec vendicator. *ὁ προσποιητὴς, προσποιητικός. Robertus Conſtantinus.*

Przywłócze co / *Attraho aliquid altera eius parte arrepta, altera terram verrente, ſeu per terram ſequente.* (*nam ſimplex attraho eſt* **przyciągam**) *Attrahimus hoc pacto ea quibus ferendis pares non ſumus. ſic Attraho hominem pedibus, crinibus, equum aut agnum cauda. lege ſequentia. ἀνασπαράζω, σύρω τινὰ ἕλκων ſimpliciter, & σύρω τ.* Retraho, *Cicer.* Ita mœſtus redijt, vt retractus non reuerſus videretur.

Przywodze kogo / bydle. Adduco aliquem: equum: canem. *de ijs dicitur quæ ambulant. nam quæ non habent pedes vel ijs non vtuntur, vt ebrius &c. attrahimus per terram.* Adducere aliquem ad iudicium: Adducere pueros ex Gallia. *Cic.* Obduco exercitum ad oppidum, *Plautus.* Obducto, *Plaut.* Non patiar meas in ædes ſcorta obductarier. **przywodźić / ábo nawodźić.** *προσάγω, προσβιβάζω τ. Vicin.* **Przyprowadzam.**

Przywodze co / Allego cauſam aliquam cur factum non ſit, *Vlpian.* Allegantque ſuos vtroque à ſanguine diuos *Stati.* Arceſſo, duco aliquid à capite. Rem eò deduxi. Deduco cauſam ad iudicium. *Cicer.* Deduco rem in controuerſiam, *Caſ.* Rem ad manus reuocare. *Cicer.* *μετέρχομαι, παρέρχομαι, προσάγω τόν.*

Przywodze co do końcá / do ſkutku / do gniewu / do ſkody kogo. vide **Dokonywam 1. Gniewam. Skutek / Nábawiam kogo.**

Przywodze kogo do czégo (*tr. variè*) Perduco aliquem in diſcrimen: ad furorem, mortem, mendacium, ad certam pecuniæ ſummam. *Cicer.* Perduco aliquid ad effectum, *Pompon.* Impello aliquem ad aliquid, Deduco aliquem in fraudem, in ius: Induco aliquem ad parricidium: vt mentiatur: in peccatum. Illicere coniugem in ſtuprum. Neque eò deducam aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conſeratis. *Cicer. Lacio. Lucret. Lacere in fraudem poſſint.* Adigo aliquem ad ſuſpendium

ſpendium. Perdo capitis aliquem. *Plaut.* Compello aliquem ad laqueum, *Plin.* Conficies filio aliquid mali. Redigo aliquem ad inopiam. Eò redigis me, vt, *Terentius.* Redigo aliquem ad interitum, *Lucretius.* *προάγω τινὰ κινδυνεύειν: ἐπάγω τινὰ εἰς κίνδυνον, ἐπὶ κίνδυνον; εἰς ἐσχάτην πενίαν τινὰ καθίστημι, περιΐστημι: εἰς στενὸν τινὰ συνελαύνω: ἐπάγω τινὶ δουλείαν, κίνδυνον.* Produco, *Cicer.* Producti ſumus vt loqueremur, *i. adducti, impulſi, Turneb. προήχθην.*

Przywodzę / przytaczam piſarze: cytuię autory. Cito auctores, *Liu.* Cito Senatum Philoſophorum. Citetur Salamis teſtis. Recito alicuius teſtimonium, *Cicer.* Profero legem, *Cicer. Buda.* Laudo aliquem auctorem certiſſimum, religioſiſſimum. *Cicer. Varr. Gell.* Laudo teſtem Iouem, *Plaut. Lambin.* Allego, *Plin. iun.* Tam multa allegauit, quæ ad rem propoſitam minimè pertinere videbantur. Allegabant libellum Domitiano datum. *Idem.* Recitare auctorum nomina. Allegare ſua iura, *Buda. ex Quintilian.* Profero auctores, teſtem, exempla, legatos. Affero rationem, *&c.* Produco auctores, teſtes. *Cicer.* *ἐπάγομαι, παρακαλοῦμαί τινα εἰς μαρτυρίαν, παρέχομαι, προτείνομαι, προβάλλομαι, καθέλκομαι, προφέρομαι, παρέχομαι τ: προφέρω νόμον: ὡς καθ᾽ Ὅμηρον εἰπεῖν: τὸ τοῦ Ὁμήρου μαρτυρίας ἀξιόπιστον ἐμαυτοῦ δείκνυμι δόξαν: παρατίθημι. Formula eius rei eſt: ὥς φησι Πλάτων. vt Plato dixit.*

Przywodzenie / Prolatio exemplorum, *Cicer.* Allegatio. *Firmic. & in C. ἡ παραγωγή.*

Przywoływam kogo / vide **Przyzywam.**

Przywożę co / koniem / wozem / nawą. Aduehо aliquid ex India, *Plin.* Aduexerat ſecum militem. *Liu.* Aduehо aliquid per mare, *Plaut.* Aduehо aliquid naue. *Plin.* Aduehо equo: naui aduectus eſt. *Cicer.* Aduehо aliquem ad oras, *&c. Virg.* Aduecto copiam rei frumentariæ, *Tacit.* Supporto frumentum alicui. *Caſ.* Supporto aliquid nauibus, *Cicer.* Subueho commeatum, *Liu. paſſiuo vſus eſt:* Commeatus ſubuehebatur. Subuecto virgas rure, *Plaut.* Perueho, *Plin.* Ad nos inde peruehitur. *ἐπεισάγω τ. προσκομίζω, παρακομίζω, παραπέμπω, ἐποχέω τι.* Importo longè pedamenta, fructus. *Varro.*

Przywożenie / Aduectio, *Plin.* Aduectus, *m. Tacitus.* Subuectio, *Caſ.* Subuectus, *m. Tacit.* Inuectus, *m. Plin.* Inuectio rerum & exportatio, *Cicero. ἡ προσκομιδή, εἰσκομιδή.*

Przywośićiel / Aduector, *Apulei. de equo. ὁ προσκομιστής.*

Przywoźny / Inuectus, *Liu.* Inuectum ſal. Accerſitus ab exteris nationibus, ex vltimis terris. *Cicero.* Inuectitius. Peregrinus: peregrinæ aues, arbores. *Plinius.* Sclatarius, *Iuuen.* Sclataria purpura, *i. ſlatis aduecta. Sipont. & Rob. Steph. quia Feſtus ſlatam vocat nauem latam.* Vectibilis materia inſulæ, *Senec.* *ἐπεισαγώγιμος, ἐπείσακτος, περίακτος.* Conuectitia humus, *Colu.* Peraticum bdellium, *Plin. aduectum ipſe explicat. videtur ductum à πέραν vel περᾶν.* Importatum æs, *Caſar.*

Przywracam co było vſtáło. Inſtauro ludos, *Liu.* Inſtauro reliquias belli. Cauete ne noua & multò crudelior proſcriptio per vos inſtaurata eſſe videatur. *Cicer.* Reuocare exoleta, *Sueton.* Reuoco morem, *Cic.* Reuoco priſtinam libertatem, *Tacitus.* Reduco morem. Reducere & reuocare libertatem, *Plin. iun.* Remittere iuſtitium, *Liu. i. iuriſdictionem intermiſſam reuocare, Budæus.* **Práwo záwieſzone otworzyć. záwieſzenie odwołáć.** *ἐπανάγω, ἀνακαλέω, ἀποκαθίστημι, ἀνακαινόω τι.*

Przywracam co komu / Reſtituo Pop. Rom. imperium, *Plini.* Reſtituo alicui filiam, *Terent.* Reſtituo viſum alicui, *Plini.* Reduco ad ſalutem aliquem medicinâ, *Cicer.* Reconciliare filium domum *Plaut. i. reducere, reſtituere. Lambin. εἰς τὸ ἀρχαῖον ἄγειν τινά: καθίστημι τὸν: ἀποκαθίστημι εἰς τόπον τινά.*

Przywracam kogo do oyczyzny / do czći / do godnośći. Reſtituo aliquem eiectum in priſtinum ſtatum, dignitatem, in gratiam, in poſſeſſionem: damnatum in integrum: in locum vnde quis decidit: reſtituo aliquem Reip. *Cicer.* Repono aliquem in gradum, *IC. Aliter,* Reponere in gradum teſtem (*vacillantem*) *Quintilian.* **Przywróćić k-ſobie / nawieść na drogę / tr.** Reſtituo aliquem in locum antiquum gratiæ & honoris: in honorem Tribunitium. *Caſar. ἀποσώζω τινά. Saluum reſtituo aliquem.* Reuoco aliquem ab exilio, *Plin.* Reuocare publicè aliquem, *Quintil.* Facio aliquem reducem in patriam, *Terent.* Reconcilio in libertatem aliquem, *Plaut.* Repræſento libertatem, *Cicer. Vlpian.* Reduco aliquem in gratiam, *Terent.* Reduco aliquem in gratiam cum aliquo. Reduco exules. Nomen alicuius de tabulis (*proſcriptorum*) eximere. *Cicer.* Eximo aliquem infamiæ, *Tacit.* Reddere vel reſtituere natalibus, *Plin. iun. Bud. Leuin.* **do ſzláchectwá przywróćić.** *κατάγω τοὺς φυγάδας: ἀποκαθίστημι τοὺς φεύγοντας τὴν ἐξουσίαν αἰτίαν ἔχοντας πρὸς τὴν πατρίδα ἀνακαλεῖν: εἰς διαλλαγὰς χωρεῖν: διαλλαγὰς ποιοῦμαι. καταλλάττομαί σοι & πρός σε.* Ius in præteritum dare, *Plini. Budæ. i. in integrum reſtituere, ſic vt facta infecta ſint.*

Przywrócenie do łáſki / Reditus gratiæ, reditus in gratiam cum aliquo. *Cicer. ἡ διαλλαγή, διάλλαξις.*

Przywrócenie do oyczyzny / &c. Reſtitutio exulum, reſtitutio damnatorum. *Cicero.* Venia exilij, *Tacitus. ἡ τῶν φυγάδων κάθοδος. τὸ ἀνάκλημα, ἡ ἀνάκλησις, καταγωγή: ἀποκατάστασις εἰς τὸν.*

Przywróćićiel / Vindex libertatis. Reſtitutor ſalutis meæ *Cic.* Reductor literarum ſeneſcentium. *Plin. iun.* Reſtitutrix omnium quæ acceperat. *Apul. de terra.* **Przywróćićielká /** *ὁ καταστάτης, υ. ἐπανορθωτὴς οῦ. ἀνασωστὴς, ἀνασώζων, οντος. ὁ ἀνακαταστάτης.*

Przywrót ziele / gwiazdky. *Stellaria, Siren. Vrſinus. Pes leonis* [*Alchimilla herba veteribus Græcis & Latinis ignota.*

Przywrótny / Reſtitutorius, *Vlpian. ὁ ἀποκαταστατικός.* v. **Odwrótny** 1.

Przywykam czemu / v. **Przyuczam ſię / Nakłádam ſię.**

Przywykły / Suetus alicui rei, *Cicer. Lucan.* Aſſuetus natatu: victu vili. *Ammian. ὁ, ἡ ἐθάς, άδος. ἐθήμων, ονος. ὁ ἔθιμος.*

Przywyż / podwyż / przywyżſzem. Altius tollere ſe à terra, *Cicer. ὑψηλότερον.* Altiuſculè, *Apulei.*

Przywyżſzy / Altiuſculus calceus, *Sueton.* Altiuſcula calceamenta. *Ammian. ὁ ὑψηλότερος, ὑψίτερος, ἀνώτερος.*

Przywźięćie na vrząd / v. **Przyięćie** 2.

Przywźięty do drugich / przyobrány. Cooptatus à Collegio, *Cicer.* Allectus. *Feſto. Vlpian.* Adſcriptitius. *Cic.* Adſcriptiuus, *Plaut. tr. à militia. nam adſcriptiui milites ſunt inermes ſucceſſuri armatis, vbi quis eorum deperiſſet, ait Varro.* Adſcriptus, *Feſto.* Extraneus. *Ad Heren.* Extraneum cognomen, *aliunde ſumptum. ὁ ἐπίκλητος, ἐγκριθεὶς εἰς τὸν.* *Vicinum* **Przydatny** 1.

Przyymácz do domu / Receptor, *Plaut.* Suſceptor. Receptator. *Vlpian.* Receptrix furtorum. *Cicer ὁ δέκτωρ, ἀνάδοχος, ἀναδοχεὺς, ὑποδοχεὺς, έως. ὑποδέξιος.*

Przyymowánie / v. Przyjęcie 1.

Przyymuię kogo do domu / do láſki/ w opiekę/ do miáſta / mieſzczáninem czynię / &c. Recipio aliquem tectis, in familiaritatem, in domum, in gratiam, in fidem. Recipio hoſpitem in domum: aliquem ciuitate, in ciuitatem. *Cicer.* πολιτογραφέω. Recipio aliquem in tutelam. *Plini. iun.* Recipio in cuſtodiam, *Plaut.* Recepto aliquem *Terent.* Meum receptas ad te filiū. Excipio aliquem in fuga: mea domus me excepit. *Cic.* Excipio aliquem hoſpitio. *Plini.* ξενίζω, ξενόω τὸ, ξενοδοχέω, ξενοδοχῶ: ξενίας χάριν τινὰ ὑποδέχομαι: ὑποδέχομαί τινα οἴκαδε vel δόμον εἴσω: δέχομαί τινα τῇ οἰκίᾳ: πανδοκεύω, *Omnes excipio hoſpitio.* Accipio aliquem in amicitiam. *Cicer.* Accipio in numerum: in ſocietatem regni. *Liui.* Accipio in ciuitatem: accipio hoſpitio. Do alicui ciuitatem. *Cicer.* Compotem facio aliquem vrbis. *Idem.* Adſciſco in ciuitatem. *Liui.* Aggrego in numerum noſtrum aliquem. Amicitiæ fores aperire. Adſcribo aliquem ad amicitiam: adſcribo aliquem ciuitati, in ciuitate, in ciuitatem. *Cicer.* Suſcipio in ciuitatem. *Cicer. paſsiue vſus eſt.* Suſcipio in amicitiam aliquem. *Liui.* ἀναλαμβάνω τὸ, δέχομαι, ἀναδέχομαι, παραδέχομαι, προσδέχομαί τινα: εἰσοικίζω τινὰ εἰς τὸ, vel τῷ. Ciuitate donant verbum aliquod Grammatici, *tr. Senec.*

Przyymuię co / Accipio excuſationem, cauſam, legem, ſatisfactionem. Accipio quod datur: id ita accipio, vt mihi factum putem. *Cicer.* Accipio conditionem *Caſ. Liui.* Suſcipio cauſam, obiurgationem, profectionē. *Cicer.* Suſcipio conſulatum. *Plini. iuni.* Suſcipio imperium. *Ouid.* Recipio cauſam, officium, onus. Ratum habeo: Quod retuleris id ratum habeo. *Cicer.* κύριον ἔχω. Adſciſco aliquam conſuetudinem, *Cicer.* κυρόω, ἐπικυρόω, προσκυρόω τινὶ τὸ: προσίεμαι, δέχομαι, ἀποδέχομαι τὴν ἀπολογίαν. Acceptum facio votum. *Catul.* Acceptum facio emptori vel venditori. *Iulian. Turneb.* Accepto iugum. *Silius.* Accepto reliquationem rationum. *Paul. IC.*

Przyymuię do cechu / do rády / &c. Allego, *is.* (*adlego, aliqui ſcribunt*) in decurias. *Sueton.* Allego inter Prætorios. *Plini. iuni.* Allego in ordinem. *Vlpian.* Cooptare Senatorem, in Collegium, in ordinem. *Cicer.* Cooptare ſibi collegam. *Sueton.* Cooptare in locum alterius, *Liui.* Adſcribo aliquem ad numerum, in numerum. *Cicer.* Adſciſco, *Spartian.* Optimum quemq; de Senatu in contubernium Imperatoriæ maieſtatis adſciuit. συγκαταψηφίζω τινὰ μετὰ τῶν: προσκαταλέγω, ἐφαιρέομαι, προσαιρέομαί τινα. ἐγκρίνω τινὰ εἰς τούς.

Przyymuię do herbu kogo / Aſſumo aliquem in nomen. *Plin. iun.* Adoptare aliquem in familiam. *Sicut adoptare in diuitias apud Plaut.* Parentela ſua dignum putauit. *Iul. Capitolin.* εἰσάγω τινὰ εἰς τοὺς φράτερας: ἐγγράφω, ἀπογράφω τινὰ εἰς τοὺς δημότας: ἀναλαμβάνω τινὰ εἰς τὸ γένος: τοῦ συμβόλου τῆς συγγενείας μετέχειν ποιῶ, δέχομαι, παραδέχομαί τινα εἰς τὴν φυλὴν, πάτραν: ὁμόφυλον vel σύσκηνόν μοι ποιῶ.

Przyymuię kupno wrócone / Redhibeo, *Plaut.* Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt? &c. *Sequitur,* dixit ſe redhibere ſi non placet, *i. venditor dixit ſe recepturum ſi &c. Hotoman.* τὸ πώλημα ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω.

Przyymuię mieyſkie / v. Mieyſkie przyymuię.

Przyymuię ſługę / συνοικοδομέω, συνοικίζω μοι τὸν ὑπηρέτην. *Concilio mihi aliquem famulum.* γράφω τινὰ θεράποντά μοι. *Refero aliquem inter famulos.* ‖ προσγράφω τινὰ τοῖς οἰκέταις. *Adſcribo numero famulorum.*

Przyymuię ſłużbę v kogo/ v. Przyſtáię do Páná/ Rzodzę ſię.

Przyymuię żołnierzá / *Idem eſt,* Popiſuię żołnierzá.

Przyymuię ſię ſzczep/ naśienie/ ziárno/ &c. Concipit radices arbor. *Vlpian.* Coaleſcit ficus oliuæ. *Colu. i. inſerta in oliuam.* Arbor tranſlata in agrum cum terra coaleſcit, *Vlpian.* ‖ *Pro* coalere, *apud Plini. lib. 14. c. 2. legit Gelen. Colere, ideò omitto.* συμφύομαι & συμφύω *neutrum.* Mittit radicem ſemen, planta, &c. *Colu.* ῥιζοβολέω, ῥίζας βάλλω, ἐμβιοῦται. ‖ ἡ ἐμβίωσις. przyjęćie ſię płonki / &c. Comprehendit ſtirps in valido ſolo celeriùs, *Columell.* Comprehendit in rubrica difficiliùs, *Pallad.* Tenera planta meliùs cōprehendit. *Idem.*

Przyymuię zá dobre / v. Zá dobre mam / Zá złe mam.

Przyzimnieyſzym / ὑποψύχρως. Subfrigide, *Gell. tranſtulit dicens: Minutè & ſubfrigide* λέξεις μικρά, *i. conſectari verba.*

Przyzimnieyſzy / ὁ ὑπόψυχρος. *Subfrigidus.* Frigidulus. *Catull.* Frigidiuſculus, *Gelli.*

Przyznánie lat/ Ætatis venia. *Eſt priuilegium quod datur à Principe Minori, vt pro Maiore habeatur, vel vt curatoribus depulſis res ſuas adminiſtret, IC. ex C.* ἡ τῆς ἡλικίας συγγνώμη.

Przyznawam co komu / Do, tribuo aliquid alicui. *vt* literas, ſermonis leporem, ingenij acumen, dicendi copiam. Concedo alicui aliquam artem. *Cicer.* ὁμολογέω σοι τὸ: συγχωρέω, ἀνατίθημί τί τινι: ἀποδίδωμι, ἀπονέμω ἑκάστῳ τὸ δίκαιον. v. Przyczytam.

Przyznawam komu látá / Do veniam ætatis, *ICti.* ἐπιτρέπει ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀφήλιξι τὰ ἴδια διοικεῖν. *Concedit Rex Minoribus ſua adminiſtrare.* συγχωρέω, δίδωμι τῷ ἀφήλικι συγγνώμην τῆς ἡλικίας: συγχωρέω τινὶ τὴν διοίκησιν αὐτεξούσιον.

Przyznano mu látá / τῆς συγγνώμης vel τὴν συγγνώμην ἡλικίας ἔτυχεν. *Veniam ætatis obtinuit, vel* παρῃτήσατο *impetrauit, à* παραιτέομαι. ‖ αὐτονόμως vel αὐτόνομος ζῆν ἱκανὸς ἐκρίθη. *Suo iure viuere poſſe iudicatus vel iuſſus eſt. Maturus ſuæ rei agendæ à Principe iudicatus eſt.* ‖ *Edicti de annis gratia illi facta eſt.* αὐτεξούσιος ἐγένετο: ἐδόθη αὐτῷ ἑαυτοῦ εἶναι. v. Látá práwne má / & Człowiekiem czynię.

Przyznawam ſię do czego / Cognoſcere ſignum & manum ſuam. *Cicer. Bud.* Confiteri de maleficio, *Cicer.* ὁμολογέω ἁμαρτίαν μου, vel ἡμαρτηκέναι, vel ἡμαρτηκώς: ἀναγινώσκω, ἐπιγινώσκω, γνωρίζω, οὐκ ἀναίνομαί τι *non nego.* Et cum fateri furia iuſſerit verum, prodente clamet conſcientia, ſcripſi. *Martial.* Przyzna ſię ſumnieniem przyćiśniony.

Przyzwalacz / Aſſenſor. *Cicer.* ὁ συγκαταθέτης, v.

Przyzwalam ná co / Zezwalam / przypadam. Aſſentior alicui aliquid, de aliqua re. *Cicero.* Aſſentio, *eſt rarius, apud Plautum, Ciceronem.* Annuo, *Virgilius.* Annuit his Iuno. Sum alicui aſſenſor. Concedo: conceſſit Senatus petitioni meæ. Aſſenſione aliquid comprobo. Aſſenſionem animi ad aliquid adiungo. *Cicer.* ἀποδέχομαί σου τὴν βουλὴν, & ἐκ τῆς σπουδῆς, ὁμολογέω σοι τὸ, συνεπινεύω: σύμφημι: συγκατανεύω, παραδέχομαι τῇ ψυχῇ τὰς αἰσχρὰς ἡδονάς. *Aſſentior obſcœnis voluptatibus.* Concipere intra ſe tacitum ſcelus, *Iuuenal.* Aſſentor, *aris. Plaut. Amphitru.* Aſſentaris huic, *interprete Taubmano, & Fr. Iunio. pro aſſentiris: Lambin. legit Aſſentiris. Tertullian. contra Marcionem*

illud ad Romanos 12. τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. reddit: humilibus adſentantes. *vulgata lectio,* Humilibus conſentientes. vide **Przyſtáie ná co.**

Przyzwoićić / Competenter conſulere patri & filiæ, *Vlpian.* Competentiſſimè videor vſus Platone. *Apuleius.* Congruenter, conuenienter naturæ viuere. *Cicer.* ἀκολούθως, ἁρμοζόντως.

Przyzwoitość / Congruentia, *Sueton.* Conuenientia, *Cicero.* ἡ ἀκολουθία.

Przyzwoity / Conſentaneus: Naturæ aliquid conſentaneum: Lex conſentanea: literarum genus his temporibus conſentaneum: conſentaneum tempori, perſonæ aliquid. Accommodatum aliquid naturæ: ad naturam. *Cicer.* Iuſta ætas, *Vlpian.* Legitima ætas legibus præſcripta: *vt ad nuptias 14 annorum maribus, 12 feminis: ad rem familiarem adminiſtrandam 25. ICti.* Legitima ætas ad petendum conſulatum. *Liu.* Dies legitimus comitijs habendis. *Cic.* ὁ νόμιμος, νομικὸς, ἔνθεσμος. Competens iudex, forum, tribunal. *Vlpianus. ad quod cauſæ præſentis iudicium pertinet.* **Przynáleżyty** / porządny / włáſny ſiedźia / *&c.* πρόσφοροι ἁρμόττοντες: ἁρμόδιος ἀναστής. Compar funus morti, *Liu.* Proprium eſt epiſtolæ, oratoris, artis, animantium. Varietas eſt propria fortunæ, *Cicer.* Congruus, *Claudian.*

Przyzwolenie / Aſſenſus. aſſenſio. *Cicer.* Conſenſus ad conſtituenda ſponſalia ſufficit nudus. *Vlpian.* Aſſertio, *Cicer.* Turpe eſt cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemque præcurrere. ἡ ὁμολογία, συναίνεσις, συγκατάθεσις, συγχώρησις, συνθήκη. Aſſentatio, *Plaut. Bacchidibus. Douza. Taubman.* Tacentibus nobis & ad neutram partem aſſentationem flectentibus. *Petron.* Vt aſſentatione ſua quibus vellet Tribunatus conciliaret. *Patercul.*

Przyzwyczáiam kogo / przyzwyczáiam śię / v. **Nákłádam kogo** / *&c.* **Przyuczam.**

Przyzywácz / Accerſitor, *Apul.* v. **Záproſzonych przyzywácz**

Przyzywam kogo / wołam do śiebie. Aduoco mihi aliquem, *Cicer.* Amicos aduocabo ad hanc rem qui adſient. *Terent.* Aduoco aliquem ad obſignandum. *Cic.* Voco, *Plau.* Voca illum verbis meis. Arceſſo aliquem ab aratro: ad ſocietatem. *Cicer. Deducit Priſcian. hoc verbum ab arcio priſco, pro adcio, nam r pro* d *olim ſapè vſurpatum ait idem, nunc accio, inquit dicimus.* Accire aliquem in regnum. Pugiles ex Hetruria acciti. *Liuius.* Ego pueros acciuero, *Cicer.* Accito, *as. apud Lucret. i. allicio, inuito.* Accieo, *Diomed. & apud Plaut.* Ego illum acciebo, *legit Acidal. alij accibo legunt.* Accerſo *verbum Lambin. negat eſſe Latinum, & pro eo vbiq;* arceſſo *legit apud Cicer. Horat. &c. Lauinus vtrumq; ait ſe legiſſe in vetuſtiſſimis exemplaribus, & accerſo & arceſſo eadem ſignificatione, i. voco. licet arceſſo etiam aliam habeat.* v. **Pozywam kogo o co.** *Reperitur eadem vox apud Cariſiũ, & Diomedem, & Agrætius ait:* Accerſit qui euocat, arceſſit qui accuſat. *Sed hoc poſterius falſum eſt. Apud Agrætium verò etiam eſt* accerſire *ab* accerſiendo. *Manut. ad epiſt. 23. hæc duo verba examinans hæret, & tandem vtrumq; probat, vt & Budæus. Theodorus etiam Marcil. meliùs legi dicit in Horat. lib. 1. epiſt. 5.* accerſe, *quàm* arceſſe. *& ſimiliter legit Turneb. Aliam item verbi Arceſſo ſignificationem* vide **Káżę przynieść.** Ciere aliquem, *Virgil. Valer. Argon.* Accerſi cupio, *Plaut.* Simulat ſe à matre accerſi. *Terent.* Ciere nomina ſingulorum, *Tacit.* Nomen alicuius ciere, *Ouid.* Cito mancipia per nomina. *Colu.* Citare ſenatum, *Liu.* *Inclamo, Feſtus.* Inclamo aliquem, *Quintilian.* Inclamo alicui. Inclamo nomine aliquem. *Liu.* Clamore flagito, poſco aliquem. Inclamito aliquem. *Plaut.* Clamo aliquem, *Martial.* βοάω τινά. Iubilo, *Varr.* Quis me iubilat? vicinus tuus antiquus. *Scalig. ruſticanum eſſe verbum ait. Nam* iubilare *inquit Feſtus eſt* ruſtica voce inclamare, *vt noſtri dicunt.* **Kto mie báka** / **Zabákay go.** Prouoco, *Plaut.* Herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas, *Idem,* Prouocatur pædagogus, *i. accerſitur.* καλέω, κατακαλέω, μετακαλέω, παρακαλέω, προσκαλέω, εἰσκαλέω τ. κικλήσκω P. μεταπέμπω, & μεταπέμπομαι, μεταστέλλομαι, μετέρχομαί τινα. Deuoco de prouincia ad triũphum. *Cicer.* Aduocito, *Feſt. ſæpe aduoco.*

Przyzywánie / Accerſitus, *us. Cicer.* Accitus, *us. Virgil.* Reuocatio alicuius ad aliquid. *Cicer. opponitur auocationi.* **wracánie wołániem.** Introuocatus (*quarta*) alicuius ad iudicium, *Ammian.* ἡ μετάπεμψις, μετάκλησις, πρόσκλησις, μεταπομπή. Aduocatio, *Cicer. de æde Caſtoris.* Quò ſæpenumerò Senatus conuocatur, quò frequentiſſimè aduocationes fiunt.

Przyzywániu ſłużący. Vocatiuus caſus, *apud Grammaticos. Priſcian. Donat.* ὁ κλητικὸς, *vel* ἡ πτῶσις κλητική.

Psálmy Dawidowe / οἱ ψαλμοὶ τ. Δαυίδ. *Pſalmi Dauidis. Et* ἡ ψαλμῳδία. *Pſalmorum decantatio.*

Psálterz / vide **Zołtarz.**

Psi / (*adiectiuum*) Caninus, *Quintilian. Caninum eſt parentes non agnoſcere. & quem ille vereatur qui parentum nomen dedidiſcit? S. Auguſt.* Canarius, *Plin. Feſtus.* ὁ κυνικὸς, κύνειος, κυνεῖος. ὁ, ἡ κυνώδης, ους. Catularius. Catularia porta, *Feſt. vt apud nos:* **Psia vlica** / *in oppidis.* Catulinus, Catulina caro. *Plaut. Feſt.*

Psi iezyk / śiele. Cynogloſſus, *ſſi. f. Plin.* τὸ κυνόγλωσσον.

Psi len / pleſznik / błáchtowá wierſzá. Pſyllium, Cryſtallium, Sicelion, Cynoides, Cynomyia. *Plin. Ruellius.* τὸ ψύλλιον. *Pulicaris herba, Iunio. Vrſin. Ruelli.*

Psi rumien / Cynanthemis, *Iunio.* ἡ κυνάνθεμις, κυνοβοτάνη. *Iunio. Cotula fætida, Iuni. Matthiol. Vrſin. Camomilla fætida, Siren. Vrſin. Parthenion ſeu virgineam eandem putat eſſe Vrſin. Sed refellit id Matthiol.*

Psia cébulá / Szpilanká / Podéyrzon żołty. Bulbus vomitorius, *Matthiol. Vrſin. Siren.* ὁ βολβὸς ἐμετικός. *Dioſcorid.* ὁ κρομμυοσίνδαλος, *Pauſania. Iunio. Hyacinthus comatus, Vrſin. Bulbum vomitorium ex genere Narciſſi eſſe ait Siren. ideoq; Iunius cum Narciſſo confundit.*

Psia gwiazdá mnieyſzá y wietſza / v. **Gwiazdá psia.**

Psia muchá / Cynips, *phis.* (*maſcul. imitatione Græcorũ*) *minuta muſca, ſed aculeata. Iſidor. & Auguſtin. Perer. ad Exod. ait Cyniphes ſeu ſciniphes Ægypti fuiſſe animalia noua tunc producta nobis ignota, exigua, & culicibus ſimilia.* οἱ σκνῖπες, κνῖπες, & κνίφες *Aëtio.* ἡ κυνόμυια. Cynomyia, & Muſca canina, *Iſidor. Cælius. Rhod. In Pſalmo 77 vulgata editio habet:* cœnomyiam, κοινόμυιαν. *i. communem muſcam, Græci libri habent* κυνόμυιαν, *vel* κυνόμυιαν *potiùs. i. caninam muſcam. Hieron. vtrumq; legit. aliqui* πάμμυιαν *legunt. meliùs cynomyiam legi Perer. cenſet: parùm referre vtrum legas ait Bellarmin. At ricinus Varronis, Plinij, aliud eſt.* v. **Kleſzcz** 2.

Psia paſzá / śiele. [ἡ κυνάγρωστις, ιος. *Gramen caninum. Canaria, Siren.*

Psia róża / vide **Róża pſczelna.**

Psia ſkórá / ἡ κυνέη, κυνῆ. Canina, *abſol. Scaliger.*

Psia rzeżuchá / v. **Pieprzycá** 2.

Psiarnia / τὸ κλείσιον τῶν κυνῶν, *vel* τὸ κυνώνιον. Canile, *Taubman. ex Analogia ouilis, bubilis.*

Pśiarz co pſy opátruie / ὁ κυνοτρόφος. *Canum curator.* A cura catellæ, *Laminus. ex Inſcript. Vet. ſeruarum libertarum.*

Pśiarz co pſy biie / ὁ κυνοκτόνος. ὁ, ἡ κυνοσφαγής, ἐος. *Cælio Rhod.* Cynophontes *dici poteſt: apud Cæl. Rhod. Cynophontis feſtum, quo canes victimæ cædebantur. Canarium ſacrificium id Feſt. vocat.*

Pśica / *Canis femina catuliens.* ἡ κύων τοῦ κυνός.

Pśie / *vide* **Pśiętá** / vide **Szczenie.**

Pśie mleko / **ʒiele** / vide **Wilczy mlecz.**

Pśie wiśnie / vide **Miechunki.** (zlośl.

Pśi kuſ / **Pśikuſ** / v. **Sztuka** 5. & **Wyrządzam komu**

Pśinki / Solanum, Cucubalum, Strumum. *Plin.* Strychnos, *Celſ. Plin. Ruell.* Vua lupina, *Cælio Aurel. Iunio. Variæ ſolani ſpecies: Hortenſe, & agreſte, item maius, minus, Ruell. Vrſin. Siren. Plures ſpecies* v. **Miechunki. Szaley** 3. **Strzáły iad** / **Maticá.** ὁ στρύχνος, τὸ στρύχνον κηπαῖον. *Solanum hortenſe.*

Pśio głowy / Caniceps, *Plin.* ὁ κυνοκέφαλος. Cynocephali, *Plin. & Gell. homines caninis capitibus in India. monſtra potiùs vel bruta.*

Pśiſko / vide **Wilczyſko.**

Pſotá / **ćielesność ſproſna iedney perſony z ſobą. Pomázánie ćiáłá dobrowolne naśieniem przyrodzonym.** ὁ μιασμὸς τοῦ σώματος τῷ σπερματισμῷ. *Contaminatio corporis ſeminis emiſsione vel effuſione.* ἡ μαλακία. *Mollicies, apud SS. ſcriptores. Peccatum letale, admodùm graue, vt pote contra naturam. Mirum eſt ac terribile quod de eodem peccato apud Cornel. à Lapide in Geneſ. tradit Ioannes Benedict. ex Conrado Clingio. ſiue reuelatione ſpeciali ſiue experientia obſeruatum, quòd ij qui 33. annis quos Chriſtus viuendo exegit, in peccato hoc continuando perſeuerauerint, ſint incorrigibiles ac deſperatæ ſalutis. niſi rara ac extraordinaria Dei gratia ſe ſe interponat. penes authores ſit fides. caueāt tamen adoleſcentes ne conſuetudine peccandi contracta dubiam ſalutem ſuam reddant. Actus huius peccati, vulgò: Pollutio voluntaria proprij corporis, ſ. effuſione ſeminis, & abſol.* pollutio, *apud Theolog. appellatur.* ὁ σπερματισμός. *Maſturbatio, Cæl. Rhodig. Henric. Stephan.* ὁ ἀναφλασμός. *Generalia ſunt illa & communia multis.* Illicita Venus, *Stati.* Nequitia, *i.* libidinoſa inertia, *Donat.* Flagitium, *Cicer.* Laſciuia, *Ouid. & apud Eccleſiaſticos: Peccatum contra naturam. Immunditia, &c. apud Græcos:* ἡ ἀκαθαρσία, μιαρία, ἀσέλγεια, ἡ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φθορά. *Polonica etiam vox,* **Pſotá** / *latiùs patet, & omnem nefandam libidinem ſonat.*

Pſotę pełnię z ſámem ſobą τῷ σπερματισμῷ ἐκμιαίνεσθαι. *Seminis effuſione ſe contaminare.* σπερμοβαλεῖν, ἀποσπερματίζειν ἀνόμως: ἢ σπέρμα ἀθέσμως ἐκβάλλειν. *Semen illicitè vel nefando modo emittere.* εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνειν. *In proprium corpus peccare.* τὴν σάρκα ἑαυτοῦ μιαίνειν. *Carnem propriam maculare, polluere.* ἀτιμάζεσθαι τὸ σῶμα ἑαυτοῦ. *Contumelia afficere, dehoneſtare corpus proprium.* σπερματίζειν, ἀσελγαίνειν, λαγνεύειν. ἢ χειρουργεῖν, δερμύλλειν, δέφεσθαι, ἀποτυλοῦσθαι, *in eadem ſignificatione apud Græcos, ſi addideris,* τῆς ἡδονῆς ἢ ἀφροδίτης ἕνεκα. *Libidinari ſecum, ex Sueton. Membra propria rumpere libidine, ex Propert. Maſturbari, Martial. Cæl. Rhod.* ἀναφλᾶν, *i.* τὸ μαλάσσειν τὸ αἰδοῖον. *Suid. Cui reſpondere videtur illud Mart. indicere Thalaſsionē manibus libidinoſis. &, mandare manibus gaudia fœda.* Χειροτονεῖν τὸ αἰδοῖον. *Suid. vulgò, Pollutionem procurare. pro, Corpus propriū vltrò per nefas flagitioſa libidine violare, corrumpere, fœdare. Multa ſunt talia in SS. libris.*

Pſotliwie / ἀσελγέως, ἀσελγῶς. Flagitioſè, libidinoſè. *Cicero.*

Pſotliwy / Flagitioſus, *Cicer. 2. Fin.* Satiſne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? an eſt aliquid per ſeipſum flagitioſum, etiamſi nulla comitetur infamia? Libidinoſus, impurus, intemperans. Perflagitioſus, Animus libidini deditus. *Cicer. Maſturbator, Henric. Stephan. Martial.* ὁ, ἡ ἀσελγής, ἐος. ἀκρατής, ἀφροδισιάζων, οντος. ὁ μαλακίας, *κ. 1. Corinth. 6.* μαλακός, *Latinus interpres vertit,* mollis, *ſenſu arctiori, quàm apud Cicer. & Plaut. Lin. Polonus interpres* **Pſotliwy.** *Henric. Stephan.* κίναιδον *cinædum reddit.* Cyllo, *onis. Cicer.* Mœchocinædus, *Lucil.* Spatalocinædus, *Petron. Cenetes, hi. Tertullian.* Trimalcio, *Petron.* τρὶς μαλακός *i. ter mollis. vt Triparcus, Triſmegiſtus.* Malchio, *Martial. i. mollis, Gloſſ.* Officioſus, *pro obſcæno, impudico, Senec.*

Pſowánie / **káʒenie.** Deprauatio, *Cicer.* Hæc non interpretatio ſed deprauatio verbi eſt. ἡ διαφθορά. *Vicin.* **Skáʒá.**

Pſtrąg / Tructa *ſeu* trutta. *Iſidor. Ambroſ. Iunio. Robert. Conſtant.* ὁ τρώκτης, *κ. Iunio.* Varius, *Iſidor. Iunio. Robert. Conſtant. Sario vel Fario Auſonij Geſner. Rob. Conſtant. Salar Auſonij piſcis eſt cognatus Salmoni. Rondelet.* Salmo fluuiatilis, *Plin. Robert. Conſtantin.*

Pſtrocinà / Macula, *Virgil.* Macula verſicolor. Oculi macularum in candido. *Plin. de pantheris.* ἡ διχροία, πολύχροια, τὸ ποίκιλμα.

Pſtry / Maculis bos inſignis. Albis maculis bicolor equus. Capreoli ſparſis pellibus albo. Equus maculis & albo inſignis. *Poët. Virg. pro albis maculis inſignis.* Verſicolor pluma, *Cicer. Propert.* Diſcolor, *Apule.* Diſcolora licia. *Cerda.* Interalbicans, *Plin.* Diſcolorius, *Petron.* Amictus diſcoloria veſte, *quali inquit Pithœus vtebantur publici miniſtri.* Diſcolora veſtis, *Martian. Capella. Columel.* Omnicolor, *Lucil. Noni.* Maculoſa lynx, *Virgil.* Maculoſa cutis, *Plin.* Bicolor myrtus: bacca. *Ouid.* Varia loris latera. *Plaut.* Pantherina menſa, *Plin.* (*ratione coloris ſimilis*) Varius, Variæ lynces, *Virgilius.* Varia pica, *Petron.* Maculis internigrantibus albæ, *Stati.* Leucoſtictos, *i. albis punctis diſtinctus. Plini. de marmore.* ὁ λευκόστικτος. Varietate macularum conſpicua menſa, *Senec.* Apiatus, *apud Plini.* Menſa apiata, criſpa, denſa grani congerie. *ſ. inſtar apum ſtercoris.* Variegatus, *Apulei. à* variego, *as. Beroald.* ὁ δίχροος, πολύχροος, δίχρους, ἑτερόχροος, ἑτερόχρους, ἑτερόχρωμος, στικτός, ἐρυθρόστικτος *rubris maculis notatus,* αἰόλος, ποικίλος, ποικιλόγραμμος: διαποίκιλος, κατάστικτος. ὁ, ἡ ἀστερωπής, ἐος. ὁ πολυχρώματος. Multicolor, *Plini.* Interſtinctus ſtellantibus oculis. *Martian. Capella. i. variegatus, diſtinctus. Buda.* **vpſtrzony.**

Pſtrzę co / Varietate aliquid diſtinguo, *Cicer.* Varium aliquid facio, *Plaut.* Latera veſtra loris faciam, vt valide varia ſient. Vario, *as. Ouid.* Variant cælum ſidera. Variare & diſtinguere orationem. *Cicer.* Variego *ſuprà, Cornario. Apulei.* Diſtinguo vario colore, *Ouid.* Diſtinguo albis maculis rutilum colorem, *Plin.* At Interalbico, *Plini.* **pſtrzę śię biało.** καταστίζω, διαστίζω, αἰόλλω, αἰόλλω, αἰολίζω τι, ποικίλλω, καταποικίλλω τι. ἡ ποίκιλσις. *Variatio.* Pingere roſarum floribus viam, *Lucret.* Flore ſolum vario depingit ver, *Virg.* Anni tempora pingunt. Conſpergunt viridantes floribus herbas *Lucret.* Infuſco pullis maculis vellera, *Virgil.* Intertexta pluribus notis veſtis. *Quintil. ab intertexo.*

Inoculo, *Apulei.* Bull'is aureis te multis velut ſtellis ſidereis relucentem inoculabo. **Vpſtrze ćie / Ozdobię.**

Pſtrze tr. v. **Zdobie 1.**

Pſu oczy przedał / v. **Niewſtydliwy.**

Pſuiacy co / Tabidus, *Ouid.* Tabida vetuſtas. Tabida peſtis. *Martial.* Tabificus, *Plini.* *ὁ φθαρτικὸς, φθοροποιὸς, φθόριος.*

Pſuie co/ pſuié ſie co. Corrumpo oculos, *Plaut.* Aqua concluſa facilè corrumpitur. Corruptelà deprauari, *Cicer.* Corrumpi vitio, *Lucret.* Prandium corrumpitur, *Terent.* Conficit & conſumit omnia vetuſtas. Conficit me ſolicitudo. *Cicer.* Conſumit ferrum vetuſtas. Conteritur ferrum, vita. *Ouid.* Conteritur ſupellex, *Quintilian.* Deſtruo aliquid, *Lucret.* Corpus tenuiſſima de cauſa ſæpè conficitur. Conficere ſe. Infringere ſpem. *Cicer.* Infringere conatus, animos. *Cæſ.* Infringere ius, *Tacit.* Infectum reddere aliquid, *Plaut. Horat.* Deprauare naturam, *Cicer.* Narrando aliquid deprauarier, *Terent.* Vitio, *as:* corpus, faciem. *Ouidi.* Vitiatur oleum, *Plini.* Capit vitium aliquid, *Colu.* Concipit vitium. Faciunt ædes vitium. *Cicer.* Facit vitium pauimentis ventus, *Vitruu.* Manus afferre ſuo beneficio, *Senec. i. perdit.* Diſtingo aliquid, *Horat.* Neque diſtinget infectumque reddet, quod fugiens ſemel hora vexit. *i. deſtruet Lambin. (aliter Lauin.* vide **Odmieniam**) Confringo conſilia, iura. Abutor viribus corporis. *Cicer.* Infringere primum excurſum, & vim militum. *Cæſ.* **Kaźić raz.** Infringere impetum, *Cicer.* Impetum mollire, *Liui.* *ἀπόλλυμι, φθείρω, διαφθείρω, φθίω, ἀνασκευάζω, σμύχω, λυμαίνω & λυμαίνομαι, ἀπολυμαίνομαι, διαφθείρομαι: φθίω. Homer. κακοεργέω τ. ἢ κακουργέω λέγον, φθινύθω, ἀποκακίζω. malus fio.* Rumpo, *apud IC. ſonat corrumpo. Vlpian. hinc apud Feſtum pro inepto verbo Rupitias,* Rupſit, *(i. ruperit) legit Scalig. & Gotfred. interpretatur Feſt.* damnum dederit, Abijt peſſum rete, *Plaut.* Illudo, *Tacit.* Tanquam in ſumma abundantia pecuniæ illudere. *Virgil.* Capreæ illudunt frondi teneræ, *i. per ludum & laſciuiam abſumunt.* Infeſto, *Plini.* Arborem muſco infeſtari, *i. vitiari, Buda.* v. **Obalam.**

Pſuie kogo / tr. Perdo aliquem, *Terent.* Cur perdis nobis adoleſcentem? *κακῶς τρέφω ἢ καθίστημί τινα. Malè educo & inſtituo aliquem.* Perdere aliquem amando, *Horat.* Corrumpere animum & mores alicuius. Deprauo. Nimia rerum omnium copia deprauat aliquem: Domeſtici deprauant. *Cicer.* Præcorrumpere donis aliquem, *Ouid.* Imbuo aliquem vitijs, *Quintiliā.* Stultum adoleſcentem nobilitas flagitijs. Multa mala illum tua docet facilitas. Iuſta iniuſta prorſus omnia omninò obſequor, miſſa facio: effundite, emite, facite quod vobis lubet. Quòd te facilem & feſtiuum putat, id non fit ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono, ſed ex aſſentando, indulgendo, largiendo. *Terent.* Tua facilitas illius corrumpit animum. Inconciliaſti eum, qui mandatus eſt tibi. *Plaut.* *κακῶς φρονεῖν τινα συνεθίζω.* Transfundo in aliquem vitium, *Cicer.* *κακοήθη, κακότροπον ποιῶ: τὴν κακοτροπίαν, κακίαν τινὶ ἐμποιῶ: διαλωβῶμαι πονηρίαις κακιῶ τινά: φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Menander apud S. Paulum.* Corrumpunt mores rectos conſortia praua. Deſtruo aliquem. *Plini.*

Pſuie komu ſérce / v. **Sérce komu pſowáć.**

Pſuie kogo v kogo/ i. niekáſke iednam. v. **Bidze kogo.**

Pſuie ſie potráwą złą/ ábo zbytniem iedzeniem/ *&c.* Concipere morbum ex cibo, crudum eſſe ex multo *aut* malo cibo: cruditate labo- re vitio cibi. *κακῶς ἔχω διὰ τὸ τρώξασθαί με πολὺ ἢ κακὸν ἐδέσμα.*

Pſuie ſie / tr. Deficio à virtute: deflecto à recto: deflecto à virtute patris. Vitia concipiunt principes. *Cicer.* *φθείρομαι, κακιοῦμαι: κακότροπος γίνομαι: ἐκπίπτω τῆς ἀρετῆς: διαφθείρομαι ἀπὸ τῆς τρυφῆς.* v **Pſuie kogo.**

Pſuie ſie człowiek/ wzgledem óbyczáiow/ cnoty. *φθείρεται.* Corrumpitur, *Terent.* Tu illum corrumpi ſinis, *Plaut.* Eccum herilem filium video corruptum ex adoleſcente optimo. *Cicer.* Adoleſcens corruptus & perditus. Perire amore indigno. *Virgil.* Deſidioſè agere ætatem luſtriſque perire, *Lucret.* *προΐεμαι τὸ καλόν.* Proijcio honeſtatem, *Sic Cæſ.* Proijcere virtutem, patriam. Perdere virtutem. *Cicer.* *ἐξίστημι τῆς ἀρετῆς, vel τῶν τρόπων δοκίμων: κακοήθης, vel κακότροπος γίνομαι: ἀπὸ τοῦ βελτίστου βίου ἐπὶ κάκιστον παρατρέπω, ἐκτρέπω.* v. **Pſuie kogo.**

Pſczelnik/ mieſce gdzie vle ſtoią/ vlownicá: á gdzie ſie pſczoły páſą / Páśieká. Apiarium, locus in quo ſiti ſunt aluei apum. *Gelli. Colu. lib. 9. c. 5.* Mellificus ſaltus, *Colu.* Mellifica loca, *Pallad.* Paſtiones & pabulationes apum, *Columella docet conſerere herbis, & floribus, ac arboribus apibus gratis ſuprà c. 4.* Melitton, *onis. m. Varr.* *ὁ μελιττών, μελισσών, ῶνος.* Melittotrophium, *Varr.* *τὸ μελιττοτροφεῖον.* Aluearium, *idem Varro vocat lib. 3. R. R. c. 16. dicens:* Circum totam villam aluearium feciſſe, & thymo, cytiſo, apiaſtro conſeuiſſe *&c.* Mellarium, *Varr. ibid.* Cubilia apum, *Colu. l. 8. c. 1.* Statio apum, caſtra apum. *Pallad.* *τὸ μελιττουργεῖον.*

Pſczelnik/ kśiegá o pſczołach. Apiarium & Bugonia, *Plaut. apud Varronem.* Tam tibi ſatisfaciam, quàm qui Bugoniam ſcripſit, *i. Apiarium aut de apibus, Turneb.* *τὰ μελισσουργικά: ἡ βουγονία.*

Pſczelnik ziele / roiownik. *Siren.* **Miáteczník** / *Vrſin.* Meliphyllum, *Virgil. Plin. Varr. quaſi mellis folium.* *τὸ μελίφυλλον, ἡ μελιττῖς.* Meliſſophyllum, *τὸ μελισσόφυλλον, i. apum folium. Dioſcor.* Melinum, *μέλινον. Varr.* Melittis, *idis. f. Plin. Cerda. Siren.* *ἡ μελίταινα, μελίτινα.* Citrago, *Iun. Cerda. Siren.* Citreago, *Pallad.* Meliſſa, *Ruel. Eandem cum Meliphyllo herbam eſſe Apiaſtrum ſeu Melitanam putat Higinus. Varro. Sed hoc reijcit Cerda in 4. Georgic. & ex Dioſcor. Ruell. Dalecamp. diuerſas docet. licet vtraque apibus grata ſit. [Citronella idem Siren. Item* Cerintha, *æ. Virgilij, &* Cerinthe, *es. Plinij.* *τὸ κήρινθον. Theophraſt. & Ariſtot.* *ὁ κήρινθος.* *eſt herba apibus gratiſſima, & vt Plin. vocat,* apum cibus. *eandem appellat* Erithacen, Cerinthum, & Sandaracham. *l. 11. c. 7. vtilis eſt & conſtruendis fauis & paſcendis apibus, nam mellis ſucco ſcatet. Cerda ex Remberto, qui eandem eſſe* Leucographida *Plinij aſſerit.* *λευκογραφίς, ίδος. Polonica vox* **Pſczelnik** *eidem ſeruit.*

Pſczelnik/ *aliter.* v. **Bártnik 1.**

Pſczelny / Apianus, vitis apiana. *apud Plini. ab apibus quibus gratiſſima eſt.* *ὃς ἡ μελιττώδης, εος.*

Pſczół mátká / Rex apum, *Virgil. Colum.* Ductor, *Virgil.* Rector apum, *Colu.* Regulus, *Varr. plures aliquando naſcuntur. Varr. Virg. caret aculeo. Colum.* *ὁ βασιλεὺς, έως. ἡγεμὼν, όνος.*

Pſczołá / Apis, *f. huius apis in ſingulari. apud Colu. (Apum & apium in plur. ſæpius eſt apud Colu.) dictæ apes quòd ſine pedibus naſcantur. Virgil. Ouid. Iſidor.* Apes, Bugones, *appellat Varro.* *Βουγόνες ſed Scalig.* *Βουγενεῖς legit. i. bouis ſoboles, quòd ex bobus mortuis naſcantur.* Mater mellis, *Varr.* *βοὸς φθιμένης πεπνυμένα τέκνα. Varr. ex Poëta.*

Bouis corrupti volans ſoboles. *al.* πλανώμενα, *errans. & epithetοn apu apud Heſych.* βουγενὴς, ἐος. *i. è boue genita.* ἡ μέλισσα, μέλιττα. Meliſſa, *Rhodig. Apud antiquos Gothos apu ſymbolum erat Regis, quo ſignificabant à moderatore populorum, iuſtitiæ aculeum clementia melle temperandum eſſe. Olaus lib. 1. de gentib. Septemtrion. cap. vltim.*

Pßczółká / Apicula, *Plaut. Pallad.* Pullus apum, apum pullities. *Colu.* ὁ νεοσσὸς τῶν μελιττῶν. Nympha, *Plini. vermis in fauis apum formam apis ſumens.* νύμφη.

Słodzenie / ἡ γλύκανσις, μέλιξις. *actio qua dulce quid redditur.* [*Dulcoratio non eſt Latinum.*

Słodziny (*propriè*) od piwá. οἱ λοβοὶ σίτου ἐξεφθέντες. *Siliquæ frugum excoctarum.* [*Maltum, Tucholien. barbarè.*

Słodziny (*latè*) młóto / łupiny lédáiákie / ktore świniom rzucáią. Siliquæ, *Virgil. 1. Georgic. Plin. lib. 18. cap. 12. Horat. Perſi. Iuuen. ſunt vaginæ, folliculi, & opercula leguminum, interprete Lauino. Caſaubon. Britannic. Cerda.* τὰ [illegible], *leguminum opercula, quæ* τὰ κεράτια *ab incuruatione dicuntur, Caſaubon. De his ſiliquis intelligunt locutum S. Lucam in parabola prodigi. Henric. Stephan. Caſaubon. Vuiecus noſter, qui reddit* Słodziny / *deniq; Boſquerus, qui fusè hanc ſententiam confirmat, & addit, nomine ſiliquarum hoc loco accipienda quæuis viliſsima purgamenta leguminum, cortices, putamina, paleas, furfures, & huiuſmodi quiſquilias.* Intrita, *a. poteſt hic vſurpari.* vide Miękiny.

Słodziuchny / *vulgò Latinè redditur:* Dulciculus. *voce Cicer. & Plauti. ſed vox hæc cùm ſit diminuens, ſonat ſubdulcem, vel aliquantùm dulcem,* (ſłodkáwy przyſłodſzem) *quare & ab interpretibus illa vox Græca* ὁ ὑπόγλυκυς, *vel* γλυκάζων *ponitur: non autem* γλυκύτατος, *i. dulciſſimus. vel* πάνυ γλυκύς, *admodùm dulcis, quod vox Polonica* ſłodziuchny *vel* ſłodziuczki *ſonat. Et talia ſunt alia multa diminutiua Polonica. vt* biéluchny *vel* biéluczki: czerniuczki / wyſoczki / daléczko / preciuczko / miękuchno *&c. quæ ſignificationem cum quadam ſuauitate intendunt, non minuunt. vt iſta,* przymiękſzem / przyſłodſzem / *&c.*

Słodzoná / ślédzioná. Lien, *m. Plaut. Cato.* Lienis, *in Recto apud Celſ. ſæpè.* Splen, *m. Plin. Perſi.* ὁ σπλήν, ηνός. *Nigri & fæculenti ſanguinis ſpongioſum receptaculum, quo & nutritur. reliquum in latus ſiniſtrum, vel in ſedem per hæmorrhoidas, vel in renes excernit. Gorræ.* τὸ σπλήνιον. *Riſus organum dicitur à Viatic. iuxta illos vulgatos verſiculos. Cor ſapit, & pulmo loquitur, fel continet iras, ſplen ridere facit, cogit amare iecur. Plato verò lienis hunc agnouit vſum vt hepar ſpeculi modo nitens atq; perſpicuum ad imagines exprimendas redderet. quo munere ſi fruſtretur lien, ſpiritibus tenebræ offunduntur, & liuet palletq; vniuerſum corpus. Vnde Stratonicus Citharœdus in Caria dicebat ambulare mortuos, i. pallidos, quia lienoſi erant omnes. Fiſcum quoq; Traianus Imperator lienem dixit, quia ſicut areſcente liene reliquum extabeſcit corpus; ita diteſcente fiſco populus inopiam patitur. Lienis à craſſo & fæculento ſanguine concreto ſymptoma, exercitatione corporea diſpelli tradit Galen. lib. 5. de ſanit. tuenda. Et Orchomenium Lacedæmonium lienoſum curſu repetito liberũ à morbo euaſiſſe tradit Plutarchus.*

Słodzony chorobá / οἱ σπλῆνες. *Lienis dolor.*

Słodzony chorobę ćierpiący / Lienoſus, *Plautus. Plinius.* Lienicus: Spleneticus. *Plin.* Splenicus, *Firmic.* ὁ σπληνώδης. ὁ, ἡ σπληνώδης, εος. & σπληνιάω, *dolore ſplenis laboro.*

Słoiek / ſłoyſzek. Pyxis, *idis. f. propriè è buxo, quòd Græcè ὁ πύξος eſt, ſed per abuſionem vt docet Quintil. de omni materia dicitur: vnde* pyxis ferrea, *apud Plin.* Pyxis veneni, *Cicer.* ἡ πυξίς, ίδος. ἡ [illegible]. Pyxidula *vel* pyxidicula, *Celſ.* τὸ πυξίδιον. *At* τὸ γλωσσοκομεῖον *theca tibiarum ligulis ſeruandis, propriè. ſed transfertur ad alia.*

Słoiek na oléyki ábo wonne rzeczy / iáko aptekárzów / cyrulików. Myrothecium, *Cicer.* τὸ μυροθήκιον. Narthecium, *Cicer. Martial.* τὸ ναρθήκιον, *quia olim ex Narthece, i. ex ferula fiebat. Rader.* Alabaſter, *Cicer. Plini.* Alabaſtrum, *Martial.* τὸ ἀλάβαστρον, ὁ ἀλάβαστρος, ἀλάβαστος. ‡ τὸ ἀλαβάστριον, κυλίχνιον, *diminutiuum.* ſłoyſzek. ἡ κυλίχνη. ἡ κύλιχνος, ν. ἡ κυλικίς, κυλιχνίς, κυλικνίς. ἡ λήκυθος, ἡ μυρίς, ίδος.

Słoiek málárſki / Lecythus, *Cicer. & Plin. iun. licet allegoricè vſurpent, ſed tralatio à pictoribus ſumpta eſt, quorum hoc vaſculum, Cornar.* ἡ λήκυθος, ν.

Słoiowátość w-drzéwie iáko w-ſośnie / modrzéwie / ábo ſłóy. Pecten arborum. Pectines in quibuſdam arboribus criſpi, rotundi, in fago tranſuerſi. *Plin.* ἡ κτηδών, όνος: ἡ κτίων, ωνος. Venæ arborum, *Plin.* Venæ, pulpæ fiſſilibus inſunt. Quadrifluuium arborum. *Vitru.* i. quadripartitus venarum curſus, *vt loquitur. Plini. qui* fluuiatam abietem, *pro* quadripartita *ponit. Philander.* Venarum rigor in arboribus. *Vitruu.* Venarum curſus, *Plin.* ἡ φλέψ, βός.

Słoiowáte drzéwo / Arbor pectines *vel* venas habens. *Plin.* τὸ δένδρον κτενῶδες. Fibratus, *Plin.* Fibratæ cepæ.

Słoiowáte ſpoienie iáko w-rurach wodnych / w-puzanách / dudách. Pyxidatæ commiſſuræ, *Vitruu. Plinius.* ὁ, ἡ πυξιδωτός.

Słomá / Stramen, *n. Virg. Ouid.* Stramentum, *Plaut. Varr. Liu.* Culmus, *Virgil.* Romuleo horrebat regia culmo, *id eſt, tecta erat. pro culmis multis, vel ſtramine ex Serui.* ἡ καλάμη, *de vero culmo, qui* ſłomká *vel* źdźbło ſłomy *potiùs dicitur: de pluribus verò, quod potiùs ſonat* ſłomá / *&* ſtramen. ἡ τῶν καλαμῶν συλλογή.

Słomiány *proprie,* Stramentitius, *Varro.* Stramineus, *Propert. Ouid.* [ὁ κάρφινος. At ſtramentarius ad ſtramen pertinens. Słomny. *Cato.* Stramentariæ falces.

Słomiány / *tr.* vide Słaby.

Słomiánká / ſłomiána kadź ábo koſz / *propriè.* *Qualus ſtramineus. Apud Catonem:* Amphora ſpartea. Cumera, *æ. Horat. lib. 1. ep. 7.* repſerat in cumeram. *interprete Acrone, & Feſto. qui ait eſſe* vas ſparteum, *vel* palmeum, *addit Lauin. & Lambin. aut* vimineum *vel* fictile pauperum granarium capiens ſex medimnos. Cumerũ *neutro gener. Varroni. Feſto. vas nuptiale præcedenti ſimile, in quo vtenſilia ſponſæ puer qui Camillus dicebatur geſtabat, Lauin. Scalig.* Camillum, *idem vas Feſto Sipontin.* ἡ κυψέλη, τὸ ἀγγεῖον σιτηρὸν πλεκτ. *Vas frumentarium textum.* Ero, *eronis. vel* hero, *heronis, (vnde facilè error irrepſit, vt* bero *quidam vitioſè ſcripſerint, quod tamen ex Vet. Cod. Vitruuij tuetur Ioan Baptiſta Pius.) Vas vimineum, cophino ſimile, Turneb. Dalecamp. idem quod Cumera, Robert. Conſtantin. Paulus IC.* Heronibus aut alia in cupa cluſum frumentum. *Donat. in Phormione, habet eandem vocem aliter.* vide Rogozá. *Apud Plinium & Vitruu. Turnebus & Dalecamp. cenſent eandem vocem* heronibus *legendam, pro* peronibus, *i. ſaccis ex vimine, vlua &c.* v. Wór.

Słoń / Elephas: Elephantus. *m. Cicer. Plin. Curt.* Elephantus grauida, *apud Plautum. Elephantus non elephas vſurpandum cenſet Cariſ. & cum eo Rader. in explanatione Curtij.* Barrus, *Horat. Acron. Lambin.* ‡ *Barrire eſt elephanto-*

elephantorũ, Feſt. Bos luca, Plin. Var Naui. Plaut. Bos Luca turrito corpore. Lucr. & Plin. Turres armatorum vocat elephantes, armatos viros in tergo geſtantes. ὁ ἐλέφας. Barritus, dicitur vox elephanti, Feſt. Iuni. τρίζειν, Barrire. Induſtria huius animalis mira: quæ verba humana apprehendere videtur, & ad nutum imperiumq́; moderatoris ſui actutum flectitur. immò vim quandam loquendi à natura accepiſſe feruntur. vnde ſi in cœnum lapſus fuerit elephas, è quo propria aut vnius alterius ope conſurgere non poſſit, ſuũ lapſum videnti indicat, is monitus alijs caſum nuntiat, atq́; ita re apprehenſa plures elephanti lapſo opem laturi accurrunt, teſte Clement. Alexandr. apud Goropium Becan. Hermath. lib. 1. Plura vide apud Euſebium Nieremberg. noſtræ Societatis in hiſtoria.. Dentes illi iuxta Ariſtot. tantùm octo, quatuor superni, quatuor inferni, quibus cibum ita conficit, atq́; molit, vt veluti craſſior farina quam κρίμνον vocant, euadat. Magnitudo eius enormis, quam ex deſcriptione elephanti octennis à Gorop. Antuerpiæ viſi colligere facilè eſt, corporis illi longitudo à ſincipite ad caudæ exortum procedendo octo pedum fuerat, altitudo longitudini par. Dimidiũ menſuræ huius ab imo ventre ad ſummum dorſi, corporis diametros continebat, reliquum cruribus & pedibus cedebat: frons quadrata ab oculo ad ſummum ſui duos pedes habebat: ab oculis item ad extremum promuſcidis quatuor pedes numerabantur, (quæ nummos in terram proiectos tollebat, & ſeſſori ſuo porrigebat, ſcutellam quoq́; vino plenam ita ab humo eleuabat, vt citra effuſionem ab inſidente reciperetur euacuanda. pomis oblectabatur, & quatuor modios illorum vna vice abſumebat) ab ore ad oculum ſpatium pedis vnius patebat. Coxæ ad mediam vſq́; flexionem genuum ad duos pedes tenebant, à genu ad imam flexionem pes ferè vnus cum triente. Calcis ſiue plantæ imæ diametros pedis vnius & duorum paulò plùs minùs digitorum erat. Cauda valdè glabra porcinæ ſimilis pendebat, ſub qua pellis inter crura tam laxa iacebat, vt ſubligaculis nauticis ſimillima prorſùs eſſet. Dentium exertorum longitudo pedum duorum & dimidiati. Horum omnium duplò maiora in adulto elephanto obſeruantur, ita vt ſit boue noſtrate maior quadruplò iuxta Ariſtotel. De annis vitæ eius non conſtat ſatis. Philoſtrat. elephantum vnum ex ijs qui cum Poro in acie verſati ſunt trecentos quinquaginta & ampliùs annos vixiſſe ſcribit à pugna cum Alexandro habita. quot autem fuerit annos natus quando pugnæ interfuit, non liquet. Dicta ſufficiant recreandi curioſi lectoris cauſa.

Słońce/ Sol, Cicer. Plin. ‖ Iubar, Apule. prono in meridiem iubare, P. Iubar aureus, maſc. Cornel. Seuer. ὁ φάνης, ητος. Orpheo. Phanes, etis. Macrob. quòd lucidus & conſpicuus ſit, Phaethon, ontis. Virg. à φάος, lux. & αἴθω, vro. Serui. φαέθων, οντος. Heſiod. Fons largifluus caloris ac luminis, Lucret. Periphraſis. Macrob. Solem dictũ ait, quòd ſolus inter aſtra talis appareat, luminis maieſtate cuncta præcedens. Eundem Cor cœli à Phyſicis dictum idem aſſerit, Item fontem ignis ætherei. Phœbus Poëticũ. ὁ ἥλιος, ὁ φοῖβος, P. Mundi oculus, Ouid.

Słońce/ aliter. i. ſłoneczne promienie/ ábo miéſce ſłonecznym promieniem obiete. Sol, Cic. Proferre aliquid in ſolem. Solibus expoſitus locus, Plin. Soles nocent capiti, Tibul. ἡ ἡλιοφάνεια. Apricatio, Colum. Ad apricationem egredientes columbas, recipiat cauea ornithoni adiuncta. Ná ſłońce z gołębińcá wychodzące.

Słońce podwóyne / potróyne. ὁ παρήλιος. Sol geminatus, Gazæ. Bini, terni ſoles, Senec. τὰ παρήλια. Parelia, n. plurale, Senec. quia in propinquo fere à ſole viſuntur, vel quia accedunt ad ſimilitudinem ſolis. Nubes rotunda & ſplendida ſoli ſimilis, cæterùm nihil habens ardoris, nam eſt tantùm imago ſolis in nube ſpiſſa vicina in modum ſpeculi. Solent & bina fieri parelia (præter verum ſolem) cum tot nubes ſunt aptæ ad exhibendam effigiem ſolis, vt & plura ſpecula implentur ab vna imagine, & vna imago vera eſt, cæteræ imaginum effigies ſunt. & altera nubes ſolis imaginem reddit, altera imaginis: hi autem ſoles pluuiarum indicia ſunt, hæc Seneca. ‖ οἱ ἀνθήλιοι. Gemini ſoles, Bud.

Słońce máiacy / vide Náſłoneczny.

Słonecznicá / chorobá ſkapia. [ἡ ἡλιοβολία, ὁ ἡλιοβολισμὸς τῶν κτηνῶν. Sideratio iumentorum à ſole. ἡ σκοτοδινία, vel ὁ ἴλιγγος τῶν κτηνῶν. Vertigo capitis & oculorum in iumentis, vt de hominibus habes infrà in Zámierzch 2. [τὸ σελινιακὸν πάθος. Apioſa affectio, qua correptum iumentum micat auriculis, viſu caligat, & gyrat in circulum tanquam ad molas, Iuni.

Słonecznice cierpiacy / Apioſus: apioſum iumentum. Iuni. ex Vegetio. fortè ab apio, cuius aliquæ ſpecies, oculorum & capitis morbis medentur, vt ſcribit Dioſcorid. Plin. Siren. [ὁ σελινιακὸς vox noua, ἀπὸ τοῦ σελίνου quod apium ſonat. ‖ Ad vocem Polonicam aptè dicetur. ἡλιόβολος vel ἡλιόβλητος, à ſole tactus, percuſſus, affectus. Item σκοτοδινῶν, ἰλιγγιάων, σκοτωματικός. Vertiginoſus, vertigine laborans.

Słonecznik / zegar ná ſłońcu vczyniony / godzinnik ná murze. Horologium ſciothericum, al. ſciathericum. Horologium ſolarium, Plin. τὸ ὡρολόγιον σκιοθηρικόν. Solarium, Gelli. ‖ Cicer. de Natura. Solarium deſcriptũ quo horæ declarantur. Sunt etiam horologia quæ ad lunam & ſtellas poſita horas indicant. Horologium abſolutè, pro ſolari horologio. Iſidor. τὸ σκιόθηρον, ὁ σκιοθήρας, α. i. vmbrarum venator aut indagator. Index horarum ſciothericus. ὁ πόλος. Athenæ. Polluci. τὸ ἡλιοτρόπιον. in quo vmbra cum ſole circũacta horas indicat. Pharetra, Vitruu. lib. 9. cap. 9. Pelecinus vel Pelecinon ibidem, à forma ſecuris. vide Kompás.

Słonecznik kámień / Heliotropium gemma, Plin. Iſidor. τὸ ἡλιοτρόπιον. quaſi ſolem vertens, commutans. Gemma viridis eſt iaſpidi ſimilis, ſanguineis venis diſtincta. ἡλιοτρόπιον dicitur, quia ſoli oppoſita inſtar ſpeculi defectus eius monſtrat, ſubeuntem lunam exhibens. eadem in aquam coniecta ſolis fulgorem in ſanguineum colorem mutat, teſte Plinio. Cum ſole circumagi lapidem hunc aliqui aſſerunt. quod ſi ita eſſet, inſignem nobis præberet vſum: nam leui ligno impoſitus aquæ vel oleo innatare poſſet, atq́; intra vnius exiguæ ſcutellæ, cuius limbo horæ inſcriptæ eſſent, capacitatem, totum nobis ſolis curſum quouis momento indicare. Gorop. qui id aſſerentibus fidem negat.

Słonecznik śiele / v. Brodáwnik.

Słonecznik mleczyſty / v. Bożia bródká.

Słonecznik groniſty / v. Kleſzczowiná.

Słonecznik ſtrączyſty / Lupinus, m. Plin. Ouid. Lupillus, Plau. Lupinum n. Cato. Colu. ὁ θέρμος, τὸ λουπινάριον. Cum ſole quotidie circumagitur. & horas etiam nubilo cælo indicat, Plin. Eſt ſatiuus, eſt item ſylueſtris, luteus, & purpureus, qui etiam ſegetum lupinus vocatur. Vrſinus. Hinc Lupinarium, adiect. Cato. Labrum lupinarium. Apud Lamprid. Collegium lupinariorum. ſed Caſaubon. ſcribit popinariorum rectiùs.

Słonecznik Peruwáńſki / Chryſanthemum Peruanum: Helenium Indicum. Sol Indicus. Flos ſolis. Corona ſolis. Helianthemum Peruuianum. Planta eſt maxima 20 pedum, Siren. τὸ χρυσάνθεμον Ἰνδικόν.

Słóneczny / Solaris annus, *Macrob.* Lumen ſolare, *Ouid.* Solſtitialis herba, *Plaut.* Solſtitialis circulus, *Plin.* Solſtitialis orbis, *Cicer. Liu.* Rabidique Leonis ſolſtitiale caput, *Lucan. vocat, eò quòd ſole ingrediente Leonem in Iunio ſit feruentiſsimus æſtus.* Phœbeus, *Poët.* ὁ ἡλιακός. *At* ὁ, ἡ ἡλιώδης, εος. ἡλιοειδής, έος. ὁ ἡλιόμορφος. *Soli ſimilis.* Słóńczyſty. *At* Solifer *Senec. P.* ὁ ἡλιοφόρος. Słóńconośny. *Soligena, Valer. Argonaut. P.* Słóńcorodny. ἡλιογενής.

Słónieie / ταριχεύομαι, ἁλμεύομαι: ἐν ἅλμῃ διατηροῦμαι. *In muriá ſeruor, maceror.*

Słónina / Lardum, *Plini. Martial. Horat. quòd in laribus reponatur conſeruandum, Iſidor. quaſi laris edulium, aut latè aridum. Iunio. Largè aridum, Grapald. Macrobi.* Laridum, *Plaut. Macrob.* Bubalinum laridum, *apud Vopiſcum. Idem ferè eſt* Połeć / *niſi quòd formam quandam ſonat, vt* półpołćiá. *Et* połćiem leżeć / położyć / przeż połeć / po połćiu. *tr. i. in longum, quod* słónina *non habet. deinde* połeć *& de recenti carne dicitur.* słónina *de inueterata & ſalſa. adde illas locutiones,* groch z-słóniná / *etiamſi paruum fruſtum addatur, non verò* z-połćiem / *etiamſi totum tergus concidatur in magnam ollam.* τὸ τάριχος χοίρειον: τὰ ταριχηρὰ ὕεια. *Suilla ſalſamenta. vel Carnes ſuillæ inueteratæ, ſalitæ, vel ſiccæ.* τὸ ὕειον λίπος. *Taxea, æ. i. lardum, Afranius apud Iſidorum.*

Słóniowa trąbá / Proboſcis, *f. Plini.* Manus elephanti, *Cicer. Plini.* ἡ προβοσκίς, ίδος. προνομαία, προβοσκίς: ὁ μυκτὴρ, ἡ χεὶρ ἐλέφαντος. Promuſcis, *Plinij vet. M. S. Dalecamp.* Naſuta manus, *Caſsiodor.*

Słóniowa kość / ząb. Ebur, *n.* eboris. *Cicer. Plini. quaſi è barro, Serui. Elephantus Poëticè, tropo totius pro parte, apud Virgil. 3. & 6. Æneid. ſecto elephanto, i. ebore.* ὁ ἐλέφας. *Quæreſt ſitne dens elephanti, an cornu, an os, vt Poloni vocant? Affert Cerda multos auctores diuerſum ſentientes.* Cornu *probat eſſe Oppianus, & Pauſan. affirmat idem Varro. lege Rhodiginum l. 13. c. 18.* Dentem *veriùs, Ariſtotel. Philoſtrat. Plini. probant eſſe.* dentem *etiam vocant, Arnob. Iuuen. Claudian. Petroni. At Martial.* & dentem & cornu. Oſſis *nomine nullus appellat. Nam ſolus dens Elephantis ebur vocatur, Plin. ait. Foſsile ebur album & nigrum inuenitur, Plini. l. 36. c. 18. & Theophraſt.*

Słóniowy / do słóniá należący. Elephantinus, *Celſ.* Emplaſtrum elephantinum, *i. candidum inſtar eboris, non ex ebore.* Elephantina pellis, *Plini. Elephantinos libros apud Vopiſc. intelligit Iſidor. & Ioſ. Scalig. ex omento, ſeu inteſtinis elephanti, non vt Cælius Rhodigin. qui ad magnitudinem reſpexit.* ὁ ἐλεφάντειος. v. Księgi wielkie / *& ibidem quantitatem vocis* Elephantinus.

Słóniowy / z kości słóniowey. Eburneus, *Cicer.* Eburneum lignum. Eburnea ſella. *Liui.* Eburnus gradus, *Lucan.* Eburnum ſceptrum, *Ouid.* Eburnum pectrum, *Tibul. Poëticè.* Eburatus lectus, *Plaut.* Eboreus codex, *Vlpian.* Eboreum oppidum, *Quintil.* Elephantinus dens, *Plini.* Eburneolus, *Cicer.* Eburnos libros, *Ioſ. Scalig. tectos ebore, non verò tabellis eburnis conſtantes intelligit.* Eborata ſella, *Lamprid.* Eborati lecti, *Varro.* ὁ ἐλεφάντινος.

Słóniowy ieźdźiec / rządcá. ὁ ἐλεφαντάρχης, ου. *Plutarch.* ὁ ἐλεφαντιστής, οῦ. *Ariſtot. Elephantiſtes, æ. m. rector elephanti. Cælio Rhodig.*

Słóno / i. słone rzecz / potráwá Salſum, *Teren.* Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parùm. *Sic reddes alia ſimilia.* Gorzko / kwáśno / pikrno. τὸ ἁλμυρῶδες.

Słóno vczynić / *idem* Przeſalam 2.

Słónosć / Salſitudo aquæ, *Vitruu. l. 1. c. 4.* Salſugo aquæ marinæ, *Idem.* Salſilago *vel* ſalſugo in ſalinis, *Plini. Salſedo, Robert. Stephan. Sipontin.* ἡ ἁλυκότης.

Słóny / ὁ ἅλινος. ὁ, ἡ ἁλικώδης, ὁ ἁλυκός, ἁλμυρός. Salſus, *Plaut. Lucret.* Salſior, *Solin.* Cum ſalſiores eſcas edit grauida, vnguiculis caret partus. ὁ, ἡ καθαλμυρής, έος. Præſalſus, *Colu.* (*Aliud eſt* Rozſołowy) Salmacidus: Salmacida aqua. *Plini. Empiricus. apud Turnebum.* Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine. *Ennius apud Cicer. 1. Offic. vt legit Lambin. & Scaliger. qui interpretatur incruenta. & Turneb. ſpolia de molli viro ſine ſudore parta per Ironiam, nam Salmacis eſt mollis. quare alij legunt:* Salmaci da ſpolia. *Feſtus. Verrius. Salmacidus,* ἁλμυρὸς, *Scalig. ex Gloſſ. &* Salmacia aqua. ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Słóny ieſtem / ἁλμυρίζω. *Salis ſaporem refero.*

Słóſarz / Clauſtrarius artifex, *Lamprid.* ὁ κλειδῶν τεχνουργός. [ὁ κλειδουργός.

Słów końcowe odmiany v Grámmátykow w-káżdem ięzyku. αἱ πτώσεις. Caſus, ſunt gradus declinationis. *ſeu* Variatio vltimæ ſyllabæ in declinatione. *Diomed.* Vocabulorũ formæ quæ in aliam & aliam cadunt effigiem, *Feſto. Terminationis in declinando mutatio in aliã. Verepæ. & alij. Intellige de Nomine, Pronomine, Participio. nam in Verbo hæ mutationes terminationum, Perſonæ vocantur. Sunt autem ſex caſus.* 1. Nominatiuus, *qui Cariſio indice caſus propriè non eſt, ſed Poſitio & recta declinationis regula.* ἡ ὀρθὴ, εὐθεῖα. Nominandi caſus, *Varroni.* Mianowániu służący kształt słów. Poſitio, *Quintilian.* Rectus caſus, *Varro. Nigid. Gelli. Priſcian. Obliquos vocant reliquos quinq́.* 2. Genitiuus. Patrius caſus, *Varroni.* Paternus *ſeu* genus indicans. *Item* Poſſeſſiuus caſus & generalis deriuationum, *Priſciano. Caſus gignendi, Interrogandi, Gelli. Caſus ſecundus Recentioribus. Polonicè redde vt lubet.* Pytániu / rodowi służący. 3. Datiuus caſus. Commendatiuus, *Priſcia. Dandi caſus, Varro. Tertius caſus Recentioribus.* Dawániu służący. 4. Accuſatiuus caſus. Cauſatiuus. *Priſci.* Incuſatiuus, *Diomed. Accuſandi caſus. Quartus caſus. Recent.* Obwiniániu / oſkarżániu służący. 5. Vocatiuus. Salutatorius. *Priſcian. Vocandi caſus. Quintus caſus Recent.* Wzywániu służący. 6 Ablatiuus. Auferendi caſus. Sextus caſus. Latinus caſus. *Varr. Diomed.* Comparatiuus, *Priſcian.* Odbierániu służący. *Græcis* ἡ πτῶσις, *caſus.* ὀνομαστικὴ, *Nomin.* γενικὴ, *Genit.* δοτικὴ, *Datiu.* αἰτιατικὴ, *Accuſ.* κλητικὴ, *Vocat. Carent Græci Ablatiuo. Addunt aliqui ſeptimum caſum, & vocant ſic eum Ablatiuum qui caret Præpoſitione. vt eſt Ablatiuus inſtrumenti, cauſæ, modi. Item Octauum vocant Datiuum, motum ad locum ſignificantem. Sed hæc additio ſuperflua eſt, quia non terminationis eſt varietas, ſed vſus, qui latiſſimè patet.*

Słów nárzekánie / v. Nárzekánie.

Słów własność / początek. v. Wykład 2.

Słowá częśc wymowna / Syllaba, *Cicer. Martial.* ἡ συλλαβή. *quaſi comprehenſio, ſ. literarum aliquot. hinc* ὁ μονοσύλλαβος, δισύλλαβος, τρισύλλαβος, *&c. conſtans vna ſyllaba, duabus, tribus, &c.* Zbieranká / *Vrſin. dura vox. Hinc* Syllabatim, *Cicer.* po ſylábie / abo po częśći słów / ábo wyraźnie.

Słowak / Sławak. Sclauus, Sclauinus, Slauus. *Cromer. qui probat Sclauos non eſſe Illyrios, neq́; Dalmatas, neq́; Vandalos, vt quidam ſenſerunt, ſed Sarmatas, qui Venedis*

Dalmatis, & Illyrijs pulſis. ſedes ipſorum occupârunt, Vendas vel Vindas olim dictos Venedis cognatos. ὁ Σκλάβων, ονος. *apud Malaxum. & in Gloſſ. Græco-barb.* ὁ σκλάβος, *eſt* δοῦλος. *fortè vt apud Terent. Syrus, Geta, &c.*

Słowá łágodne / ıédwabne ſłówká. Verba ſpecioſa, *Patercul.* Vocabula ſpecioſa, *Horat.* Specioſa dictu, *Liui.* Honeſta oratio, *Cicer.* Phalerata dicta, *Teren.* Oratio ad gratiam & lenocinium elaborata, *Creſſol. quam Diogen.* μελιτοῦτταν ἀγχόνην. *tr. i. melleum laqueũ eſſe dixit.* Libidinoſa eloquentia, *Quintilian. tr.* Tinnula Rhetorum verba, *S. Hieron.* Oratio papauere ac ſeſamo ſparſa, & ex mellitis verborum contexta globulis. *Maret.* Oratio vinula, *vel* vinnula: oratio venuſtula. *Plaut.* In melle ſunt ſitæ linguæ veſtræ atque orationes, lacteque: corda felle & aceto ſita. *Plaut. de meretricibus.* Bullatæ nugæ. *Perſi.* Canoræ nugæ, *Horat.* Simulata verba, *Virgil.* Verba iſtæc ſunt, *Terent.* Verba ſunt atque ineptiæ, *Cicer.* Verba byſſina, *Robert. Stephan. ex Cœlio Rhodig. qui paulò aliter vſurpat.*

Słowem. *vt,* powiedz ſłowem. v. **Krotko mowiąc.**

Słowem / *aliter.* v. **W-ſłowie.**

Słowieńſka ziemiá. *Sclauonia, Slauonia, Cromero. olim dicebatur Illyricum & Dalmatia, antequam à Sclauis occupata fuiſſet, teſte Cromero.* Illyris, *Iunio.* ἡ ἰλλυρὶς, ίδος. [ἡ Σκλαβονία. *At* ἡ σκλαβία *ſeruitus. &* σκλαβόνειν, σκλαβοῦν, *in ſeruitutem redigere. Gloſſ. Græco-barb.*

Słowieńſki / *Sclauonicus, Slauonicus, Cromer. Illyricus alijs.* σκλαβηνὸς, σκλαβηνός. *apud Etymolog. enſis Slauicus.* Dalmaticus, *Sueton.*

Słowik / Philomela, *Virgil.* ἡ φιλομήλα, *à quibuſdam redditur hirundo, quod* Φιλομήλα *verſa dicatur in hirundinem, à Pauſania, Scholiaſt. Ariſtophan. Ariſtotel. ſed ſentio cum Ouidio, Martial. qui in luſciniam verſam aiunt, id quod confirmat Cerda ex Virgil. Apulei. & alijs multis. Cæterùm vox Philomela videretur cuipiam ducta ab amore cantus, quòd* τὸ μέλος φιλεῖ. *nec obſtaret breuis e quam Poetæ ſequente liquida ſæpè producunt, ſed huius etymi nemo meminit. Eſt adiectiuum* φιλόμηλος, *quod ſonat amantem pomorum, quod huc trahi poſſet quidem, ſed non hinc dicta eſt luſcinia philomela, ſed à fabuloſa illa metamorphoſi femina ſic dicta.* Luſcinia, *Varr.* Aëdon, *onis. f. Virgil. Senec. Octau. Nemeſian.* ἡ ἀηδὼν, όνος. *vel* ἡ ἀηδὼν, όος. *quaſi ἀεὶ ᾄδων. perpetuò canens.* Acredula, *Ciceronis, Iſidori, Aldrouand. Prima ſyllaba anceps. Ouid. eam corripuit. Arato eſt* ὁ ὀλολυγών. *Cicero vertit acredulam, non vlulam. vt Turneb. ex Feſto Auieno. & alij vertunt. Rutirulat acredula, Auth. Philomel. And. Schott.* Attis, *idis. f. vel atthis, idis. Martial. l. 1. epigr. 54. interprete Radero, Aldrouando. etſi Auctor Philomelæ diuerſam eam faciat.* ἡ ἀτθὶς *vel* ἀτθὶς, ίδος. *Plini. l. 10. c. 42. ait Luſcinias & ſturnos Græco & Latino ſermone dociles & meditantes in diem, & aſſiduè noua loquentes longiore etiam contextu. Idem luſcinias ſcribit tantùm 15 dies canere aſſiduò, & in certamine mori: cum Symphonia humana alternare, doceri teneras à maioribus, &c. pretium earum maius pretio ſeruorum & armigerorum. emptam vnã albam ſex ſeſtertiũm. i. 150. coronatis, ait Geſner. qui mira refert de colloquio luſciniarum inter ſe.* ἡ ἀηδονὶς, ίδος. *diminut.* Luſciniola, *Plaut.* ſłowiczek. ὁ ἀηδονιδεύς. Luſcinias *apud Horat. initium hexametri verſus, ci longo, vt ſit moloſſus contracto, i & a in vnam ſyllabam.* Luſci nias, *vel* Luſcin ias. *per ſynæreſin Lambin. ſcribit.*

Słowik / *aliter.* v. **Piſzczałká wodna.**

Słowko / Vocula, *Cicer.* Maleuolorum voculæ. τὸ ῥημάτιον, ῥηματίσκιον, λογίδιον, λογάριον, τὸ λεξείδιον, & λεξίδιον. *Verbulum, Hieron. Vetus Lexic.*

Słowne wyrozumienie / v. **Wyrozumienie literálne.**

Słownie / *Ambigua vox eſt, vel* nie prawdziwie. *vide* **W-ſłowie** / *vel* **Nie omylnie** v. **Prawdziwie.**

Słownie / *item.* v. **Vſtnie.**

Słownik / **Wokabularz** τὸ ὀνομαστικὸν, λεξικόν. [*Dictionarium vox recentiorum parùm Latina, & altera minùs, aut minimè Latina, Vocabularium. dices potiùs:* Lexicon, onomaſticum, *Græca voce.* Nomenclator, *m. à multis eruditis vſurpatur, ab homine ad librum vox translata, vt aliorum librorum inſcriptiones apud Græcos & Latinos.*

Słowny co mowi á nie vczyni. Verboſus, *Cicer.* Verboſa ſimulatio. ὁ, ἡ πολυφραδὴς, έος. Oratione beneficus (*periphraſis*) *Plaut.* ὁ ἄπορος ἐν λόγοις. Verbo-tenus loquens, promittens. *vt Cicer. loquitur.* ἄχρι λόγου, *vel* μέχρι τοῦ λέγειν φίλος· λόγῳ οὐκ ἔργῳ δεικνύς.

Słowny / co ſłowá dotrzyma. v. **Pewny** / **Wierny** / **Trzyma komu ſłowo.**

Słowny / z-ſłów złożony / ſłowny pozew / teſtament / dekret. Verbalis, *Cariſius & Diomed. habent ſenſu Grammatico. Apud IC. noſtrates, Citatio verbalis, &c.* ὁ λεκτικὸς, ὁ ῥηματικός. *Nominalis gentilitas, apud Varr. vicino ſenſu. ſ. eiuſdem nominis.* tegoż ſłowá / ábo ráczey imienia / názwiſká powinowáctwo. *At Nominalis caſus apud Diomed. qui eſt Nominis partis.* Loquelaris particula, *Feſto, Probo, Iſidoro, quæ ſola non vſurpatur. ſed cum alijs dictionibus compoſita, vt Præpoſitiones Inſeparabiles Di, Dis, Co, & Am.* **Słów przydátki** / **Słowne przydátki ſłowom ſłużące**

Słowo / Verbum, *Cicer. Terent.* Dictum, *Cicer.* Nullum meum minimum dictum. Caſtigare dictis aliquẽ, *Virgil.* Dictio, *Quintilian.* Vox, *Cicer.* Hæc vox voluptatis. Vocabulum. *Cicer.* Vocabula nobis incognita. Vulgaria & fortè occurrentia vocabula, *Quintil.* τὸ ῥῆμα, τὸ ἔπος: ἡ λέξις, ὁ λόγος: ἡ φῆμις, τὸ ἔργον. *pro opere Apocalypſ. 2.* ὁ τηρῶν τὰ ἔργα μου. *i. qui cuſtodit opera mea, i. verba, præcepta. Contra opus pro verbo. vide* **Vczynek.** Lexis, *eos. Cic.* ἡ λέξις, εως. Nomen, *Quintilian.* Fingendis nominibus Græci feliciores. *Idem.* Abuti aliquo nomine. Et Neutrale nomen. *Sinarum verba ſingulis conſtant ſyllabis, & monoſyllaba omnia, & idem eſt apud eos, verbum, ſyllaba, & elementum, ſed hieroglyphicum. Trigautius. Verbis curari poſſe vulnera letalia etiam Barthelom. Sanctobarolitan. in Chirurgicis commentar. docet. ſed hæc quia magiam prohibitam olent, homini Chriſtiano cauenda, nec legenda.*

Słowo Łácińſkie złe / ábo zepſowáne / ábo z-cudzoziemſkiego vczynione vięćiem / przydátkiem / odmiáno. Barbariſmus, *Cariſi. Diomedi. Priſcian. Iſidoro. Vitium in vna dictione Latina ſiue ſcribendo ſiue pronuntiando commiſſum additione, detractione, commutatione, & alijs modis quos enumerant Grammatici. & hoc vitium in ſoluta oratione barbariſmus vocatur, in ligata autem ſeu Poëtica* Metaplaſmus *quaſi transformatio, & non iam vitium, quin ornamentum aliquando exiſtimatur.* ὁ βαρβαρισμός. *Barbara dictio ſeu verbum, qualia plurima in Latinitate vulgari Polonorum (paucos excipio) maximè IC. Cœnobitarum, Concionatorum, Hiſtoricorum, Scholarcharum, ac Pædagogorum triuialium, & huiuſmodi paſſim proborum inſtar vſurpantur. Sæpiùs his notam* b *appinximus, vide Præfationem huius libri.*

Słowo Łácińſkie ábo Polſkie nic nie znáczące pewnego

ábo

abo z-áfektu iákiego naglé wymowione / ábo trudne do właſnego wykładu. Effutitium verbum, *Varroni. quod nihil ſignificat, ſed effutitum naturaliter eſt. vt Euax, babe. eheu, &c. ex quibus exemplis conſtat Varronem de interiectionibus loqui. alij latiùs effutitia extendunt ad voces alias, vt Feſt. titinillitium nullius eſſe ſignificationis ait, velut apud Græcos, βλίτυρι, σκινδαψός. Ioſ. Scaliger* Effutilia *Latinè. & Græcè* ἀποφθεγματικά *(i. adſimantia) appellat.* Effutilia *etiam Taubman. ſcribit. Talia apud Polonos ſunt:* **Rum / puk / pláſk / bá / tereſere / ſidłu widłu / fáráſamſa / krzetu wetu / bziu / ſiu / ſtoiárzyć.** *& quamplurima alia, etiam hic aliquoties cum aliquo conatu interpretandi inſerta. vt* **Mátułká / Kélom polélom / máterklaſy / onáczyć / przywochrolić /** *&c.*

Słowo / ábo ſłowá trudne / wſpániáłe. v. **Mowá trudna / Mowá wſpániáła.**

Słowo / abo ſłowá niédomawiáne / zdiáklíwe. Verba tertiata, *Apulei. i. imperfecta & lapſantia, Beroald.* Tertiatò & quartatò verba dicere. *Seruius ex Catone apud Colui. in Apuleium.* Singultantia verba, *Stati.*

Słowo nie właſne / zámienione. Tranſlatum verbum, *Cicer. Quintilian.* ἡ τροπικὴ λέξις, τετροπωμένη λέξις, *Hermogen. à* τρέπομαι.

Słóy / v: Słoiek.

Słóy w-drzewie / v. Słoiowátość.

Słózem vderzić / zerznąć / *&c.* Obliquo ictu, *Horat.* vel Inflexo ictu ferire, *Plini.* Tractim tangere, *Plaut. i. longo tractu, Noni. ſcio aliter ab aliquibus explicari.* σύρδην. Obliquè præradere vitem, *Cato.* λίγδην ἐπιξαίνειν. *Strictim attingere aliquem librum, Cicer. eſto tranſtulerit, volens dicere modicè, ſed hinc tranſtulit. Sic* ſtringere, *apud Virgil. & Ouid. ſæpè vſurpatur, pro* attingere vel radere prætereundo.

Słózy na ſpuſtnych iázach / ná rzekách. *Ora ſeu foramina in ſeptis fluminum, nauium tranſmittendarum cauſa.* τὸ ſτόμα, τρ. Septa apertilia, *Senec.* τὸ διάφραγμα ποταμοῦ ἀνοιχθέν.

Slub / obiétnicá Bogu vczyniona. Votum, *Cato, Cicer. infrà.* Sponſio, *Cicer.* Sponſio voti quâ Deo obligamur. ἡ εὐχή, ἐπευχή.

Slub człowieku / ślubowánie. v. **Obiétnicá** 1. *nam licet dicamus,* **ślubuię** *(homini) i.* **obiécuię /** *non tamen dicimus,* **czynię ślub.**

Slub małżeńſki / vt Bráli ślub / ślubiny. Fides, *Ouid. ſæpè.* Fides ſacrata coniugij, *Senec. Agamemn.* Fœdus coniugiale: Iura coniugialia: Connubialia iura. *Tædæ pacta, Ouidi.* Fœdera thori, *Lucan.* ¶ *Apud Chriſtianos dicitur,* Benedictio nuptiarum, ἡ εὐλογία τοῦ γάμου: ἡ σύζευξις τῶν γαμουμένων. Coniunctio, copulatio nouorum coniugum. *Et in Euchologio,* τὸ στεφάνωμα. *Seruorum commutatio.* **Oddawánie małżonków nowych.** *At ὁ μυστικὸς γάμος Harmenopul. Clandeſtinæ nuptiæ. & μυστικῶς στεφανοῦσθαι clam nuptias contrahere.* Coëmptio, *apud Romanos ethnicos, ritus matrimonij contrahendi quo vir feminam interrogabat, an ſibi mater-familias eſſe vellet. & femina virum, an ſibi pater-familias eſſe vellet? & vtroq; reſpondente ſe velle, mulier non tantùm in matrimonium (vt in confarreatione, & vſu) ſed etiam in manum mancipiumq; viri veniebat, & erat ei loco filiæ ac bonorum heres, maritus verò non erat in manu & mancipio vxoris. ei tamen in bonis ſuccedebat. Cicer. Boët. Vlpian. Budæ. & hoc erat,* conuenire in manum, *vt Cicer. loquitur, in manu mancipioq; mariti eſſe, & non tantùm vxorem ſed ipſam matrem-familias effici. Hinc* Facere coëmptionem, *apud Cicer. eſt nubere per coëmptionem, ad quod alludit Virgil. 1. Georg. meminit & Varro trium aſſium, quos femina in coëmptione afferebat.* Confarreatio, *apud eoſdem erat ritus nuptialis, quo vir & femina inibant matrimonium in ſolenni ſacrificio, prælato farreo libo, vel pane, (aut ſartagine vt Dalecamp. ex Polluce ſentit) & adhibitis decem teſtibus. Vlpian. Boët. Plini. Tacit. hanc ſolis Pontificibus vſitatam fuiſſe ſentiunt aliqui, ſed rectè Tiraquellus probat ex Tacito, alijs quoq; fuiſſe communem, ſed tandem etiam intermiſſam. Apud eundem Tacitum leges verbum* Confarreare, confarreandi. Farreatio, *etiam apud Boët. eſt* Confarreationis vinculum. *Plini.* Confarratio, *al.* Vſu *deniq;* fieri *dicebatur* matrimonium, *cùm tutoribus auctoribus mulier alicui conſueſcebat, & ceu cum marito iuſto habitabat, ſic vt ſi ille vſus ante annum non interrumperetur, quod fieri licebat, pro vſu capta haberetur, & matrona vocaretur. hæc nec ſui iuris, nec in mancipio mariti erat, ſed in tutorum poteſtate. ex Cicer. Boët. Gellio.*

Slub bráć / ślub biorą ći á ći. εὐλογοῦνται οἱ νέοι σύζυγοι ὑπὸ τοῦ ἱερέως. *Benedicuntur noui coniuges à ſacerdote.* Συνάπτονται ἀλλήλοις νόμῳ τοῦ γάμου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *vel* ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας. *Nubunt coniuges ſibi legitimè in Eccleſia. Et more Græcarum Eccleſiarum* στεφανοῦνται, *i. ſerto coronantur à ſacerdote noui coniuges.* **Zenić śię** *vicinum eſt, ſed latiùs patet, & actionem magis quàm ritum ſonat.*

Slub dawáć / v. **Oddáić ſtadło.**

Slub Bogu obiécány wypełnić / Votum ſoluere, *Virg. Liui.* Votum diſſoluere, reddere, *Cicer.* Votum perſoluere, *Propert.* τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν, ἀποδιδόναι.

Slubiący / ślubnik. ὁ εὐχέτης, *v. qui votum facit.*

Slubię co Bogu / ślub czynię Bogu. Voueo, *Cicer.* Sue amiſſa vouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet vnam ſe Deo daturum. Vouerunt ſe Dianæ vitulum immolaturos. Herculi vouit decumam. Vota facere Deo: vota de reditu: votum facere contra aliquem. Vota ſuſcipere, vota nuncupare. Sponſio voti qua Deo obligamur, *Cicer.* Suſcipere Deo vota pro aliquo, *Plini. iun. Sueton.* Precabantur vt damnarentur votorum, quæ pro ipſis ſuſcepiſſent. Voueo votum, *Liui.* Concipere vota, *Ouidi.* Obſtringo me religione voti. Deuoueo aliquid. *Cicer.* Agamemnon cùm deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. καθυποσχοῦμαι τῷ Θεῷ τι: εὔχομαι τῷ Θεῷ ἐπί τινι πράγματι: τὰς εὐχὰς ποιοῦμαι.

Slubię co komu / ábo ślubuię. v. **Obiécuię dobrem ſłowem.**

Slubne záwieśzenie / ślubny podárek. Donum, *Virgil. 12.* Seruati ex vndis ibi figere dona ſolebant. Votiua tabula, *apud Horat. i. ex voto in templo Neptuni ſuſpenſa de pariete, ſeu periculum in tabula depictum. Lauin. Tibul.* Tabella picta templis. *Et Iuuenal.* Picta ſe tempeſtate tuetur. ¶ *Idem Perſ. & Horat. ad Piſones.* Votum, *vulgò vocatur, & ferè ſic Virgil. Equum ligneum, quem ſimulachrum, effigiem & donum Mineruæ appellauit, etiam* Votum pro reditu relictum *vocat.* τὸ ἀνάθημα. v. **Záwieśzenie** 2.

Slubny / v. Poślubiony.

Slubny / *aliter.* **Slubna żoná.** ὁ νόμιμος. Legitimus, *vt* vxor legitima. *Martial.*

Slubu winien / Damnatus voti, *Liui.* Damnata voti ciuitas: Reſpub. *Siſen.* Damnatus voto. Eius deuotionis me eſſe conuictum lætor. *Cicer.* Voti reus, *Virgili.* Debitor voti, *Martial.* Damnabis tu quoque votis. *Virgil. i. obnoxios reddes ad ſoluenda tibi vota optatis impetratis Seruius, Erythræ.* ¶ *Legit verò Cerda votis & voti, vt Liui.* Damnarentur votorum. Voto ac promiſſo tenetur. Debet votum. *Cicer.* ὁ ἔνοχος τῆς εὐχῆς. Eius voti condemnatus immolauit hoſtiam, *Titinn.* Conuoti, *iiſdem votis obligati. Feſt.*

Słuch ſmyſł / ſłyßenie. Auditus: ſenſus auditus: ſenſus audiendi hebes, *Cicer.* ἡ ἀκοή.

Słuch (*actio*) **ſłuchanie.** Auditio. *Cicer.* Homines fabularum auditione ducuntur. *Idem.* Auditio & cogitatio. Auſcultatus, *m. Apulei.* ἡ ἀκρόασις, ἀκοή. Acroaſis, *f. Varr. i. auditio.*

Słuch (to co ſłyßemy) Auditus, *m. Cicer.* Nihil præter auditum habeo. *i. præter famam, rumorem.* ἡ ἀκοὴ, τὸ ἄκουσμα. *Idem* **Wieść.** ἡ πύστις, εως. πύσις, εως. Auditiuncula de aliquo, *Gelli.* τὸ ἀκουσμάτιον.

Słuch puſzczam / v. **Rozgłaßam.**

Słuchacz / Auditor, auſcultator. *Cicer.* ὁ ἀκουστής, οῦ. ἐπακουστὴς ἐπήκοος.

Słuchacze / Auditorium, *Plini. iun.* Adhibito ingenti auditorio librum recitauit, *& Quintilian.* Acroaſis, *Cicer. 15. Attic. 19.* Literæ ita ſcriptæ, vt eas in acroaſi legere audeam. *i. multis audientibus, Petr. Victori. In concione, Corrad.* Auriculæ, *Lucret.* Humanum genus eſt auidum nimis auricularum, *i. auditorum. Lambin.* Concionarius populus: Concio. *Cicer.* Clamor concionis: influere in aures concionis: ſubmouere concionem. *Idem.* ἡ ἀκρόασις, οἱ ἀκροαταί. Auditores, *Cicer.*

Słuchaiący rad / Auritus populus. *Plaut.* ὁ ἀκουστικός, ὁ, ἡ εὐήκοος & φιλήκοος. *amans audire, qui libens audit, Budæ.*

Słuchálnia / ſalá / mieſce do ſłuchánia. Auditorium plenum, *Quintilian.* ἡ ἀκρόασις, τὸ ἀκροατήριον.

Słuchálny / do ſłuchánia należący. Auditorius, *Quintilian.* ὁ ἀκροαματικός, ἀκροατικός, ἀκουστικός.

Słucham czego / kogo (*longiorem actionem & voluntariam ſignificat.* **Słyßę** / *breuem, naturalem, contingentem, & contra voluntatem.*) Attendo: attendo diligenter: benè: magnopere: attendo dicentem: attendo quid dicat quis. Audio verba alicuius. Attentè bonaque cum venia mea verba audiatis. *Cicer.* Attendo alicui. *Plin. iun.* Nam cui magis (*dij*) quàm Cæſari attendant? Attendo animum ad aliquid. Aures do, adhibeo alicui, Auribus accipio mandata. Accipe nunc aliud eius facinus nobile. *Cicer.* Accipe nunc Danaum inſidias, *Virgil.* Hoc etiam accipe quod dico, *Lucil.* Admoueo aurem, *Terent.* Excipio quæ alij loquuntur, *Plaut.* Excipio verba alicuius, *Cicer.* Excipio mandata, voces. *Tacit.* Præbeo aurem alicui, *Plini. iun.* Operor auditioni, *Plini.* Immitto in aures, *Plaut.* Ne immittas in aures tuas. Operam do auſcultando. Operam do ſermoni alicuius. Do aurium operam. Purgatis auribus operam do alicui. Legere ſermonem alicuius. Si opera eſt auribus, dicam. *i. ſi audire vacat. Plaut.* Vacare ſermoni alicuius, *Curt.* προσέχω τινί, λαμβάνω τὸν λόγον, κλύω τοῦ, ἀκούω τινὸς λέγοντος ἡδέως: ἀκούω τι ἔκ τινος, ἤκουσα τοῦτό τινος: ἀκούω τινὸς περὶ τοῦ: ἀκροάομαί τι, & τινὸς, vel τινὸς λέγοντος. Auditaui, *i. ſæpè audiui. Feſt.*

Słucham bárzo pilno / rad. Deuorare dicta alicuius, *Plaut. Nimium libenter edi ſermones tuos. Iſtic mihi cibus eſt quod fabulare.* Deuorare orationem, verbum aliquod. *Cicer.* Pronis auribus aliquid percipere, *Tacit.* Pendere ab ore alicuius narrantis, *Ouidi.* Arrigere aures, *Terent.* Erigere aures: attentè, attentiſſimè audire: attentiſſimis animis audire. Præbeo me attentum auditorem: Attendo aliquem ſtudioſè. Patent aures eius querelis omnium. Æquiſſimis auribus meis vtitur aliquis. *Cicer.* παρέχω ἐμαυτὸν ἴσον, ἀμφοτέροις ἀκροατήν: ἡδέως, ἐντόνως ἀκούω τινὸς λέγοντος: ἐν τοῖς ὠσί σου ἄκουε. *i. auribus tuis audi. Ezechiel. 40.* Attendere animum dictis, *Lucil.* Adhibere animum dictis, *Lucret.* Bibere ſuſpenſis auribus, *Propert.* *tr. i. attentis, ſed cum quadam animi fluctuatione. Paſſerat. Eadem tralatione vtitur Ouid. Horat. Cicer. ad Attic. Fac venias ad ſitientes aures. & Bion in Epitaph. Adonid.* ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα. *& Virgil. longumque bibebat amorem.*

Słucham kogo w-czym / v. **Poſłußny ieſtem / & Vſłucháć.**

Słucham lekcyiey iakiey / miſtrzá. Attendo iuri, *Sueton.* Inter liberales diſciplinas attendit & iuri. Audio Polemonem aſſiduè. *Cicer.* ἀκουστής, ἀκροατής εἰμι τοῦ: φοιτάω εἰς τὸ διδασκαλεῖόν τινος, vel φοιτάω τινί.

Słuchać poſłów w-rádzie / Dare Senatum legatis, *Cic. Liui.* Dare copiam Senatus, *Tacit.* Dare curiam legatis, *Budæ. etiam reddunt aliqui.* **Dáć audyencyą w-Senacie.** δέχεσθαι τοὺς πρέσβεις: δίδωμί τισι πάντων εἰπεῖν, καὶ ἀκροᾶσθαι ἐπεξελθεῖν.

Słucháć Mßey / v. **Mßey ſłucháć.**

Słucháć ſpowiedzi / v. **Spowiedzi ſłucháć.**

Słucháć miło czego / Influit aliquid in aures, *Cicer.* Facilè influunt in aures varij canendi ſoni. Permulcet aures ſonus. *Idem,* ἥδιστος τοῦ ἀκούειν: τῆς ἀκοῆς ἄξιος: ἡδύνειν τὰ ὦτα, vel τὴν ἀκοήν. Voluptatem auribus aucupatum in theatro concurriſtis. *Varr.* Perpurgatis auribus operam damus tibi. *Plaut.*

Słucham ſpraw / Cognoſco cauſas, *Cicer.* Cognitionibus continuis operam dare, *Iul. Capitolin.* διαγινώσκω δίκας τοῖς πολίταις: διαγνώσεις ποιοῦμαι τῶν δικῶν: ἀκούω τῶν διαδικαζομένων: διαδικάζω τινί.

Słuchánie / v. **Słuch 2. Audyencyá / Vſłuchánie.**

Słuchánie komu z iednáć / v. **Audyencyá.**

Słuchowy / ὁ ἀκουστικὸς, *i. ad ſenſum audiendi pertinens, ſignificat vox Græca & auditu pollentem.*

Słuchu dobrego / ὁ, ἡ εὐήκοος, ὀξυήκοος. *bono, acuto auditu.* ἀκουστικὸς *ſuprà.*

Słudzy / v. **Pacholſtwo / Chałáſtrá.**

Sługá / ſłużebnik / pachołek. Famulus, Pediſequus, Stator. Miniſter: miniſtrator. Adminiſter victus quotidiani puer. Adminiſtrator. Deductores ac ſtipatores. *Cicer.* *Famul, priſcum Noni. ex Ennio.* Præminiſter, *Macrob.* ὁ δοῦλος, ὑπηρέτης, ὁ λάτρις, ιος. οἰκέτης ου. ὁ, ἡ ἀμφίπολος: ὁ θεράπων, οντος. θεραπευτής, οῦ. θεραπευτὴρ, ῆρος. ἔγκονος, διάκονος, ὁ ἀτμήν, ἀτμένος. ὁ δμωὸς & δμωός P. ὁ μάνης, ου. ¶ *Anclator, Gloſſar. Scalig.* Pedes pro famulis. v. **Pachole.** *Seruus aliud eſt.* v. **Niewolnik.** *nam pro Famulo recentiorum eſt.*

Sługá mieyſki / poſeł vrzędowy / ſługá vrzędowy. Miniſter publicus, *Cicer.* Actor publicus, *Tacit. Plin. iun.* Accenſi magiſtratuum *apud Romanos, miniſtri ab illis lecti ex libertis: honeſtiores lictoribus. Varr. Liui.* Officialis, *Apulei. pro miniſtro magiſtratuum. Sipont. Beroald.* Stator, *Cicer.* ὁ παραστάτης, ου. ὁ κλητὴρ, ῆρος. ὁ τοξότης, λειτουργὸς, vel λειτουργὸς δημοσιακός: δημόσιος *abſolutè.* ὁ ἐμβιβαστὴς οῦ. Viator, *Cicer. Petron. Columell. qui ad magiſtratum aliquem accerſit, à via dictus quia inquit Feſt.*

Romani olim ruſticabantur, & ſic ſæpè ex agris euocabantur ad magiſtratum. ὁ κλήτωρ, ορος. Calator, *Feſt. à καλῶ, vocare.* Seruus publicus, *Cicer.* δοῦλος δημόσιος. *Gloſſ. quaſi καλήτωρ. Scaliger.* Ex cohorte Prætoris, *Cicer.* v. **Céklarz**.

Sług i podły / poſługacz podły. Mediaſtinus, *Colu. Noni. ex Catone, & Lucil. Eandem vocem aliqui legunt in Catilinaria 2. Sic dictus, quòd in medio ſtet, vt omnibus miniſtret, non ſolùm in balneis, ſed & in ædibus aliis. Quare mediaſtimus, vt ſoliſtimus ſcribit Sipont.* Sentinator, *Paulin. in naui viliſsimus, Ioſ. Scalig.* Meſonauta, *Budæ. Hermol. qui in media naui ſtat, omnibus miniſtrans, vt mediaſtinus in aulis. aliter alij.* Mæſon, onis. *Feſt. Scalig. apud Comicos perſona vilis, vt coci, nautæ &c. Meſon vitioſum eſt. Scalig.* μαίσων. v. **Kotman / Powoźnik.**

Słup w-ſpieráiący budowánie. Tibicen, *m. Iuuenal. Feſt.* Columnæ, ligneæ trabes, *apud Vitruu. Philand.* Antæ *ſunt columnæ in fronte vel in angulis ædificium fulcientes. Vitruu. Hermolao interprete.* ὁ κίων, ονος. οἱ ὀρθοστάται. *Vitruu.* Antæ *Feſto, latera oſtiorum. Nonio, quadratæ columnæ.* Anges *Nonio, quadraturæ.* Antes *Nonij explicat Sipont. lapides vel columnas vltimas quibus fabrica ſuſtinetur, quòd ante ſtent. Iſidor. & Turneb. quòd ante poſtes ſtent.* Pila, *Plini. Feſto Apuleio. Vltimas columnas ædiſ. ij intelligit Seruius.*

Słup wkopany w ziemię dla przeſek płotu. Palus in ſepibus, per quem longurij traijciuntur. *Varr.* ὁ σκόλοψ, οπος. ὁ σταυρὸς, ὁ χαρακοπήξ, ῆγος. *palus depactus.* Stipes fiſſilis compluribus locis per latus efforatur, & defixus erigitur, per cuius tranſuerſa laterum caua tranſmittuntur ramices. *Colu.*

Słup kámienny w budowániu / filar całkowity. Columna, *Vitruu. columnam interpretatur Budæ. ex lapide perpetuo vno.* ὁ κίων, ονος. Monolithos, *vel* monolitha columna. *Laber.* μονόλιθος.

Słup kámienny czworográniſto pochodźiſty ku górze / Pyramis, *idis f. Cicer. Martial.* ἡ πυραμίς, ίδος. *Pyramidem dictam vult Stephan. in vrbium deſcriptione, quòd Ægypti Rex omne frumentum in pyramides congerens, frumenti inopiam induxerit; ita vt Pyramis πυρῶν ἀμη diceretur, quaſi falx meſſoria, omne tollens frumentum. Sed quid annonæ inopia commune habeat cum Pyramidibus? non video. niſi fortè intelligat, illas Regum crudelium granaria fuiſſe, in quæ non alia ratione frumenta inferrentur, quam vt monopolio premerent annonam, vt conijcit Gorop. Becan. Sed neq; hoc ſubſiſtere poteſt; cùm minori ſumptu horrea extrui potuiſſent ad frumenta conſeruanda, commodiora pyramidibus, in quibus nihil prorſus loci reperitur, quod aſſeruandæ tritici copiæ ſatis eſſe queat, immò ne aditus quidem in plurimis ad meditullium detur. Vnica Pyramis Memphitica exſtitit, quæ ad antrum in medio ſui cauum homines admiſit, latum ad quatuor paſſus, longum ad ſex teſte Bellon. in eoq; grandem arcam fuiſſe è Baſalte exciſam, longam ad pedes 12. latam ad 6. cum altitudine vlnæ vnius, in qua alicuius Regis corpus conditum fuiſſe puto. Quis enim tantum ingentem molem granarij vices obijſſe exiſtimaret? nec mediocris frumenti copiæ capacem, vtpote in qua gradus decem ſupra ducentos iuxta Aquileienſis Patriarchæ ſupputationem, quorum ſingulis tribuit ſpithamas tres cum dimedia vnius, latitudini verò octingentos, & decem dodrantes. Meritò igitur Gorop. inſanire cenſet exiſtimantes tantarum impenſarum machinas tritico aut cuiuſuis alterius generis grano ſeruijſſe.* Obeliſcus, *Plini. Pyramide minor eſt.* ὁ ὀβελίσκος, *quaſi paruum veru. Parua differentia inter hæc, niſi quòd Obeliſcus acutiùs aſcendat, & vno duntaxat lapide conſtet. vnde & Obeliſcum Ammian. aſperrimum lapidem eſſe dicit in figuram metæ cuiuſdam excelſæ, ſenſim ad proceritatem conformatæ, & gracilioris, ita vt radium imitetur conſurgentem, quam etiam figuram ignis retinet, à quo Pyramides dictæ.*

Słup nagrobkowy / ábo ná pámiątkę czego wyſtáwiony. Stela, *Plini. Stelæ ſunt columnæ ſtantes in monumentis, Philand.* ἡ στήλη. Mauſoleum, *Mart. Plin.* τὸ μαυσώλειον, *Strabo.* τὸ ἐπίσημα. *Mæſileum Frontini, ſepulchrum interpretatur Turneb. ſeu mauſoleum. quin mauſoleum, non mæſileum ſcribendum cenſet.*

Słup ábo ſłupiec rzézany z-kámienia / z-drzéwá / iáko w-ołtarzách / &c. Scapus columnæ, *Vitruu. l. 3. c. 2. Corpus columnæ cui capitulum incumbit, Budæ.* τὸ σῶμα τοῦ κίονος, ὁ καυλὸς κίονος. *vt Exod. 25.* καυλὸς τῆς λυχνίας, *i. ſtylus, aut ſcapus candelabri. & in Vet. Lexic.* ἑπτάκαυλος λυχνία, *i. candelabrum ſeptem ſcaporum, aut haſtilium. nam & apud Columell. haſtilia in vineis dicuntur, quibus perticæ alligantur. Sicut autem ſcapum Latini à plantis aliò tranſtulerunt, ſic καυλὸν ab iiſdem Græci.* σκάπος *apud Heſychium eſt ramus.* v. **Báłwan 1.**

Słup ábo pal przed domem dla odwrotu wozów. Diathyrum, *Vitruu. Philander.* τὰ διάθυρα *ſunt repagula, quibus equi & currus arcentur à veſtibulis, Philand. Hotom.* Prothyra, *orum. Vitruuio eadem quæ διάθυρα, ſed Græcis aliud.* vide **Przedśionek.**

Słup publiczny / gdźie záwieſzáią co do wiadomośći wſzyſtkich. ὁ στῦλος πανδήμιος, *vel* ἐν τῷ δημοσίῳ. *Columna in publico.* ἡ στήλη. *Cippus infamis, in quo nomen alicuius inſcribebatur infamiæ cauſa, vt Romæ fit in Paſquino. Hinc* στηλιτεύω, στήλην ποιῶ, τῇ στήλῃ ἐγγράφω τινά: καταστηλιτεύω, στηλοκοπέω, στηλογραφέω τινά. *Nomen alicuius infamiæ cauſa columnæ inſcribo. Et* ἡ στηλογραφία. *Inſcriptio in cippum infamem, vel infamis, vel infamiæ cauſa. Apud nos* **Obelżyć / czći odſądźić /** *reddi poteſt. nam cipporum vſus non eſt.* vide **Paſzkwil.**

Słupiec w-wiązániu / co od wierzchu krokwy do płatew ábo do bálk ſrzodkiem idźie / i bunty trzyma. Arrectaria, *orum. Vitruu. interprete Bernardino Baldo.* οἱ ὀρθοστάται, *arrectaria tigna. Hâc Græca voce etiam vtitur Vitruuius,* Orthoſtatas *appellans maſcul.* Columna, *Vitruu. Philand. Iunio.* ὁ μοναχός. *Bernardin. Bald. ex Epigram. Palladæ. Orthoſtatæ innituntur vel tranſtris tecti, vel trabi tranſuerſim tranſtris incumbenti, aliquando & capreoli cantherios fulcientes orthoſtatis innituntur, ſed & ipſi orthoſtatæ in imo capreolis firmantur.*

Słupiec v lichtarzá wielkiego iákie w kośćiele wiſzą ná wiele świec. ὁ καυλός. Haſtile, *Exod. 25.*

Słupiec wſchodu kreconego / vide **Wſchodu kreconego.**

Słupiec záwiáſowy / vide **Záwiáſowy.**

Słupik / Columella, *Cicer.* ἡ στηλίσκος. τὸ στηλίδιον, ὁ στυλίσκος, κιονίσκος, τὸ κιόνιον. Stela, *Plin. lib. 18. cap. 10.*

Słupnik / ná ſłupie mieſzkáiący. ὁ στυλίτης. Stylites, *æ. m. qualis fuit Simeon ſenior apud Nicephorum, & Gregorium Turonen. Simeon iunior apud Euagrium Damaſcenum. & alius apud Sophronium. & Daniel Stylites apud Nicephorum. Metaphraſt. Lipomanum.*

Słuſz / ſłuſzá / ſłuſzność / ſłuſzna rzecz. Æquum eſt, æquum poſtulas. *Cicer.* Non æquum dicis: non æquum poſtulas. Æquum bonum dicis, *Terent.* Æquum bonum tutatus eſt, *Cicer.* Æquum & bonum, *Terent.* Præter æquum & bonum. Æquitas cauſæ, *Cicer.* *Æquitas de*

cæli regio mihi ſalubris eſt. Huius loci, regionis aura mihi ſanet. Salubrem vel aduerſam valetudini hanc regionem, plagam, habitationem ſentio. Hoc cælum ſalubre mihi vel ſecus experior. ἡ χώρα αὕτη πρόσφορός μοί ἐστι πρὸς ὑγίειαν: ταύτῃ χώρᾳ ὑγιεινῇ χρῶμαι: ἐν τούτῳ τόπῳ ὑγιαίνω, ὑγιής εἰμι, ὑγιεινῶς ἔχω. ἀπὸ τοῦ ἀέρος τούτου εὐκρασίας ἀπολαύω, εὖ ἔχω. *Virgilius* Oleas ferre auras, *ait. i. pati cælum ſeu aërem loci in quo plantatæ ſunt.* Contrariũ: **Nié ſłuży mi powiétrze.** ἀπὸ τῆς δυσκρασίας κακῶς πάσχω vel διατίθεμαι: ἡ χώρα αὕτη δυσάερος, νοσώδης, vel νοσοποιός ἐστι. ἐνθάδε νοσερῶς ἔχω. **Choro śie tu mam.** *Hæc cæli regio valetudini meæ aduerſa, noxia eſt. Cic. dicit:* Iam vix corpore ſuſtineo grauitatem huius cæli. Non corporis ſed loci morbus eſt. *Senec.* Nónne vides etiam cæli nouitate & aquarum tentari, procul à patria quicunque domoq; adueniunt. *Lucret.*

Służe/ *aliter.* **ſłuży pieſek/ vmie ſłużyć/ pleſác.** Stat bipes catellus, *Plin. de vrſis ait:* Ingrediuntur bipedes. ὅπως ἵστησι ἢ βαδίζει.

Służebnicá / Famula, ancilla, miniſtra, pediſequa. *Cic. Sandaligerulæ, flabellifera, veſtiſpicæ, ciſtellatrices, Plaut. ab officijs, Lambin.* ἡ ὑπηρέτις, ἡ ἐπέτις ιδος. ἡ θεράπαινα, θεραπαινίς, ἴδος. θεράπνη, τὸ θεραπαινίδιον, τὸ θεραπνίδιον. Ancillula, *Terent.* ἡ ἐγχονὶς, ἀγχονὶς ἴδος. ἡ λάτρις, ιος. σηκὶς, ἴδος. σηκύλη, ἅβρα & ἄβρα, θῆττα, θῆσσα, ἡ δούλη. Quaſillariæ, *Petroni. quæ quaſillos aut calathos lanæ & penſis aptos geſtant. Paſſerat.* Codicarias, *feminas in familia viliſſimas intelligit Palmer. Gotfred. qui etiam quaſillarias ſcribunt.* Codicariæ, *à codice vel caudice, in quo ſedent penſa trahentes.* **Przodká.**

Służebniczé / (*Aduerbium* **)** Famularè timens, *Stati. Famulanter petere, pro ſuppliciter. Accius apud Nonium,* ὑπηρετικῶς, διακονικῶς. *more famulorum.*

Służebniczy / ſłużebnikowi należący. Famularis veſtis, *Cicer. Ouid.* Famularia iura. Ancillaris. *Cicer.* Ancillare artificium. ὁ, ἡ δουλοπρεπής, ἐος. ὁ ὑπηρετικός, διακονικός, ὑπηρετητικός.

Służebny żołnierz / lud / vide **Żołnierz pieniężny.**

Słychány / (*oppoſitum* **Niéſłychány)** ὁ ἐπάκουστος ἀκουστός. *Sub auditum cadens.* Familiaris auribus meis vox, *Petron.*

Trawienie pokármu/ Digeſtio cibi, *Cicer.* Digeſtio potius quam declamatio. *Celſ.* Siue concoctio illa ſit, ſiue tantùm digeſtio. *Rectè admonuit Lal. Biſciola Diuerſam eſſe Digeſtionem à Concoctione. Nam Concoctio eſt conuerſio cibi in ſanguinem, antecedens digeſtionem. Digeſtio verò eſt diſtributio concocti & confecti cibi, vel alimenti in omnes corporis partes vi caloris naturalis, quod Galenus etiam docuit, ſed malè à quibuſdam intellectus. Polonicè dicerem:* **Rozchodzenie pośiłku pokármowego po ćiele wſzyſtkiem.** Peplis, *Gelli.* ἡ πέψις, εως. Coctio, *Plin.* ἡ κατεργασία, πέπανσις, ὁ πεπασμός.

Trawienie czegokolwiek innego. Conſumptio, *Ad Heren.* ἡ ἀνάλωσις. *vide* **ſtrawienie/** *licet voces Polonicæ multùm differant, vt ſæpe monui in ſimilibus.*

Trawny/ trawiſty. Graminoſus ager, *Columella.* ὁ, ἡ εὔχορτος. σύγχορτος.

Trawny/ *vel potiùs* **trawiány/ z-trawy.** Gramineus ceſpes, *Ouid.* Graminea haſta, *Cicer.* Graminea corona, *Gelli.* ὁ ἀγρώστινος. *Robert. Steph.*

Trawny/ trawą śię páſący/ páſiewny. Paſcualis ouis, *Feſto. à paſcuis, quæ paßim paſcitur. & Paſſalis ouis, gallina. Feſto, Scalig. Douza F. ab eodem paßim.* **Bokoß nie kármna co śię po podwórzu żywi ſédáczem.** Paſcalis, *apud Caton. & Lucilium, pro paſcualis. Feſt.* Herbilis anſer, *qui eſt herba paſtus gracilior quàm frumento paſtus, Feſto.* Herbaticus: herbatica animalia *vocat Vopiſcus ceruos, apros, oues, feras, damas, ſtruthiones &c.* ὁ νομαῖος, ὁ νομάς, άδος. νομαδικὸς, νομάδειος, νομαδίτης, ἀγελαῖος, εἰκαῖος. τὸ ζῶον ποηφάγον, βοτόν: ὁ χλωροφαγῶ, ἡ χλωροφαγία. *viridi gramine paſcor.* χλωρίζω, *idem.* χορτάζω, *gramine paſco.* Chortinus. *Plin.* Oleum chortinum, *al.* agroſtiſtinum, *id eſt ex gramine, ſcilicet manna. Dalecampius.* ὁ ἀγρώστινος, [χόρτινος.

Trćia/ *propr.* **trćiniſko.** Arundinetum, *Cato. Vlpianus.* Calametum, *Colum.* Cannetum, *Palladius.* τὸ δονακεῖον, τὰ καλαμώδη, ὁ καλαμών, ῶνος.

Trćia/ *tranſlatè.* Seges ſtimulorum, *Plautus.* Seges ferrea telorum, *Virgilius.* Clypeata ſeges virûm,

Ouid. & apud alios Poëtas. ὁ καλαμὸν ἀοιγύτων. *Cedrenus translatè.*

Trćiná cudzoziemſka i naſzá / chwaſt i chróſt i drzewko i drzéwo. Arundo. Calamus, *Plin.* Canna, *Colu. Pallad. Arundo eſt frutex lignoſus in aquoſis plerunq́, ſed & in ſiccis creſcens, ex quo pertica ad varios vſus, & pali fulciendis vitibus alibi fiunt. apud Indos eſt arbor varijs vſibus apta.* Harundo, *ſcribit Agrætius, Victor. Dalecamp.* ὁ κάλαμος. *Calami vocem Plinius cum arundine & canna confundit, nam ſæpè arundinem, & ramos arundinis calamum vocat, & donacem quem alij cannam, ipſe calamum quoq́ appellat. Latiùs tamen patet vox calami, nam præter arundinem, alijs etiam fruticibus tribuitur vt infrà patebit.* Canna *eſt* Degener arundo, *&* Aquatilis ſylua. *Colu.* ἡ κάννα, ἡ φιλίε, ίδ͡Ο. ἠλακάτη. *Canna maior eſt calamo, minor arundine & ſemper ferè ſponte ſua proueniens, Sipontinus. Seritur canna vt & arundo vitibus fulciendis, apud Catonem, Colu. Tegetes etiam ex canna fiebant apud Columel. duo eius genera apud Pallad. craßior & tenuior.* δόναξ *Græcorum, eſt canna Gaza, & Carolo Steph.* Donax, & Calamus Cyprius, & Arundo vernacula, *eadem Carolo Steph.* ὁ κάλαμος Κύπριος. *Dioſcor. Fruticoſißima eſt canna ſeu donax, & caulis eius crebriùs geniculatus, folia alternis articulis emittit, in verticè paniculam culcitis aptam gerit. Carol. Steph.* ὁ κάλαμος βομβυκίας. *Bombycinus calamus, Theophraſt. dicitur arundo quæ comis panicularum abundat, Carol. Steph. Arundinum ſeu calamorum genera apud Plinium 29. horum aliquot præcipua hic pono.* 1. Syringias, *æ. m. Plin. calamus totus concauus & fiſtuloſus, fiſtulis aptus.* ὁ συριγγίας, ȣ. *Fiſtularis calamus, Iunio.* 2. Tibialis. Auleticus calamus, *continuo foramine peruius tibijs vtilis. Plin.* ὁ αὐλητικός. 3. Sagittarius calamus, *longißimis internodijs. Plin. toto internodio concretus, ſagittis aptus. Iuni.* ὁ ναστὸς κάλαμος. *Dioſcor. Naſtos vel naſtus, Dalecamp.* 4. Elegia, (*al. epigeia, Dalecamp. ex Theophraſt.* ἐπίγειος.) *ſeu* Obliqua arundo, *per terram fruticis inſtar ſparſa, grata pecudibus dum tenera eſt. Plinius.* 5. Characias, *æ. m. Plin. arundo craßior & firmior, in ripis lacuum creſcens, ſepibus ſtruendis apta.* Phragmites, *æ. m. eadem Plin.* ὁ φραγμίτης χαρακίας. *Vallaris, Iunio. Carol. Steph.* 6. Plocia *vel potiùs* Plocias, *al.* Plocimos, *Plin. tenuior Phragmite.* ὁ πλόκιμος, *Nexilis.* πλοκίας, ȣ. *vel ex mente Plinij* πλωτὸς, *i. fluitans. Fluta, Carol. Steph.* 7. Spado, Bombycias. *calamus nulla aut modica lanugine ſeu coma paniculæ, Plin.* ὁ εὐνουχίας, *&* βομβυκίας κάλαμος. *Theophr. qui bõbum tantùm edit, tibijs ineptus. Dalecamp.* 8. Aucupatorius calamus, *&* Zeugites, *æ. m. Plin. corrigit Dalecamp. & Zeugiten ait calamum craſſum, longum, ad coniungenda paria ſeu coniugia tibiarum, hinc* ζευγίτης, *quaſi* ζυγίος *iugalis, vt apud Apulei. nuptiales tibiæ dicuntur Zygiæ. Zeugitem calamum apud Theophraſt. armamentarium calamum Gaza, & Aucupatoriam arundinem interpretatur. armamentariam arundinem reddit Carolus Stephan. vel quòd ex ea inquit, pedamenta vinearum fierent, vel inſtrumenta ad incluſos cantus, quod poſteriùs etiam ſcribit Dalecamp. & licenter armamenti vocem pro inſtrumento acceptam à Plinio aſſerit.* 9. Arundo Indica *arboris inſtar, Plin. haſtilia ex ea fiunt, & haſta ferro addito, ſunt craſſæ tres cubitos & ampliùs, altæ paſſus 30. humi ſerpunt paſſus 50. ſingula internodia præbent nauiculam trium hominum capacem, Carol. Steph. ex Strabone, Soliпо, Plinio. Item* Arundo Indica *&* Syra, *cuius medulla ſaccarum. Plin.* ὁ σακχαρίτης. 10. Donax, *de quo in Canna dictum. Deniq́* Calamus Gnidius & Aſiaticus *chartis vtilis, Plin.* Scriptorius *calamus, Iunio. Omitto Piſcatorium calamum, & Aromaticum, & quem Carol. Steph. arundinibus addit, Calamum papyri fruticis, cuius vſus chartis inuentis exoleuit, baculi ex eo iam fiunt. Calamis aliqui addunt Lotum & Filicem, quia ex illis fiſtulæ etiam fiunt. De arundine Chinenſi lege Trigautium.* Cartilago arundinis, *Plin. eſt illa minùs dura materia & poroſa in geniculo, Iunius.*

Trćiná wonna / vide **Ráyſka trawá.**

Trćinká / ὁ καλαμίσκος, *arundo parua.*

Trćinká w-cewce dla obrácánia / ὁ κανονίσκος. κάλαμος μίτων. *Calamus circa quem textores fila inuoluunt : calamus panorum. Item Calamus vel culmus quo in os impoſito extrahimus ſpiritu liquorem ex aliquo vaſe, al. Siphon.*

Trćiniány / zé trćiny. Arundineus canalis, *Virgil.* Canneus, *Colum.* Canneæ tegetes. Cannicius. *Pallad.* Canniciæ cameræ, cannis tectæ. poſzyćié trćiniáne. *de agreſtibus ædificijs loquitur.* ὁ καλαμώδης, καλάμινος. ὁ, ἡ καλαμώδης, ες. δονακώδης, ες. ὁ φίλινος.

Trćiniſty / trćiny pełny. Arundinoſus, *Catull.* Arundinoſa Cnidos. Arundifer. *Ouid.* ὁ δονακόεις, ὁ. δονακοτρόφος.

Trćiniſko / vide *Suprà.* **Trćia** 1.

Trćiniáſty / trćinie podobny. Arundinaceus, *Plin.* Frumento folium arundinaceum. ὁ, ἡ καλαμοειδὴς, έος.

Trćinne pierzyſko / vide **Pierzyſko.**

Trćinny / *Cannenſis populus à cãnis dictus.* v. **Wróbl trćinny.**

Trćionká / trćialká. Calamus, *Plin.* Potum calamus auenæ trahit. Siphonem & diabetem (*maſcul.*) *vocat Colum. inſtrumentum quo humor vel liquor ſurſum trahitur.* ὁ διαβήτης, ȣ. ὁ σίφων.

Tre co / vide **Pocieram.**

Tre co drobno / v. **Scieram w-proch.**

Tre / *aliter.* vide **Tre ſie.**

Tre drwá / piłuie. Serro ramos, *Silius.* Serra præcido, *Colum.* Deſeco ſerra arborem, *Idem.* Serra medios diſſecuit, *Sueton.* πρίω, πρίζω τὸν. Reciproco ſerram per lignum, *ex Tertull. qui per lineam reciproco, habet.*

Tre co / *aliter.* Terit lapis lapidem, *Plaut.* Tero metam rota, *Ouid.* Calcem calce tero, *Virgil.* Detero calces alicuius, *Plaut.* Vrit me calceus, *Horat.* trzé mię trzéwik. ἀποτρίβει με, τρίβει, τείρω, τρύω, τρύομαι, τρύχω, τρυχόω τὸν. Subigo galliam, *Macrob. i. tero, Turneb.*

Trebácz / Tubicen, *Senec. Veget.* Æneator, *Sueton.* Buccinator, *Cæſar.* Cornicen, *Iuuen. Veget.* Liticen, *qui lituo canit, Enni. Noni.* Cornuarius, *Feſt.* Flator, *Idem. i. rudis tibicen. Meurſ.* Claſſicines, *Varr. i. claßici vel claßicarij, cornu ad comitia claſſes conuocantes.* σαλπιςαὶ, *Turneb. Gotfred. Gloſſar.* ὁ σαλπιγκτὴς, σαλπικτὴς, σημαντὴς, σημάντωρ, ορος. βυκανιςὴς, βυκανιςῆς, ȣ̃. Incentor tubárum, *Ammian. ab incino.*

Tredowáćiećie / ná trąd chorowáć. ἐλεφαντιάω, ῶ. *elephantiæ laboro.*

Tredowáty / Elephantiacus, elephanticus. *Firmic.* ὁ ἐλεφαντιακὸς, ȣ̃. vide **Trąd** 2.

Tredownik ziele / *Scrofularia, Matthiol. Siren. Millemorbia, barb. Siren. Vrſin. Duplex eſt, mas & femina.*

Tréſnié / Lepidè, lepidulè. *Plaut.* χαριέντως.

Tréſnuie / Iocoſa in aliquem dicta iacio, *Liuius.* χαριεντίζω, vide **Zártuie.**

Tréſny / tráſny. Perlepidus : lepidus. *Plaut.* ὁ χαρίεις, εντος. ὁ εὐτράπελος, ςωμύλος. ὁ, ἡ αἱμύλος. *Vicinum,* **Vćieſzny / Zártowny.**

Tréſunek / tráf / tróſunek. Fortuna, *Cicer.* Eſſe infelicem

fortunæ eſt. Habere aliquid caſu & fortuna. ἡ τύχη. Caſus. Virtute non caſu geſtum aliquid. *Cicer.* Fors, *Terent.* Quod cecidit forte, id arte corrigas. Fors, eſt caſus temporalis; fortuna, Dea. *Nonius.* Quo captus modo, fortunáne an forte? *Acci.* Temeritas & caſus, non ratio & conſilium valet in quibuſdam Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. *Cicer.* Sors, *Cicer.* Telum quod ſors afferebat arripuit. quod ſors obtulerit: forte obtigit aliquid. Accidentia, æ. *Plin.* Accidentiam naturæ mirari. *ἡ αὐτοματία, ταὐτόματον, συγκυρία, συγκύρημα, συντυχία, σύμπτωξις: τὸ κύρημα, κῦρμα, ἐπίτευγμα. fortuitus euentus. τὸ λάχος, quod forte obtigit.* Alea, *Cicer.* Non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtijs deligendis?

Trefunkiem / Fortè: fortè fortuna. *Cicer. Terent.* Fortuitò, *Cicer.* Fortuitu, *Cicer. Cæſar.* Sæpè fortè temerè eueniunt, quæ non audeas optare. *Terent.* Temeritate omnia regi opinabantur quidam Philoſophi, *apud Cicer.* Non temerè nec fortuitò creati ſumus, *Cic.* *κατὰ συμβεβηκός, ἐκ παρατυχόντος, κατὰ συγκυρίαν: εἰκῆ, τυχηρῶς, ἀπὸ τύχης, ἀπὸ ταὐτομάτου, αὐτομάτως: παρατυχὸν, τύχῃ, τυχὸν, θείᾳ δέ τινι τύχῃ παραγίνεται: ὑπό τινος δαιμονίου τύχης ἐπιτυχεῖν: ἀπὸ τύχης κατὰ τὸ διὰ τύχην.* Per accidens, *Firmic.* **Przypadkiem.**

Trefunkiem doſtać czego / Sortiri caſu amicum: ſortiri mortalem animam. *Horat.* Sortiri vitæ ſpatium breue, *Ouid.* *λαγχάνω: λαγχάνω κλήρῳ: λαγχάνω τοῦ vel τόν.*

Trefunkowy / z-trefunku przypadły. Fortuitus concurſus, *Cicer.* Fortuitus euentus, *Plin.* Fortuita mors, *Tacit.* *In Fortuitus, I producit Horat. corripit Iuuenal. quicquid dicat Donza qui longam ſemper vult eſſe. Communis eſt Seruio, Lamin. ὁ τυχαῖος, τυχηρός, τυχὼν, ὄντος. αὐτόματος. ὁ, ἡ προστυχής, έος. παρατυχὼν, ἐπιτυχὼν, ὄντος. Saluſt.* Vti quiſque obuius fuit. **Ktory ſie nawinął / ábo / Jako ſie kto nawinął.**

Trepká / trepki. Calones, *Feſt. Iuni.* Sculponeæ, *Cato, Plaut. interprete Henrico Steph. & Turnebo. à ſculpendo.* Calopodium, *Sipontin. Iuni. τὸ καλοπόδιον.* Solea lignea, *Iunio. qui citat Ciceronem. ſed aliter Cicero.* vide **Pięto 1.** Baxeas Philoſophorum crepidas, *Turneb. & Iuni. interpretantur.* v. **Muły.** *αἱ κρουβύλαι, τὰ κρούπαλα, τὰ κρουπέζια, τὰ κρούπεζα.*

Treść miodu / patoká. Acœton mel, *Plin. i. ſine retrimento ſedimentoq́. Hermol. Galen. Acetum legit Turneb. ἄκοιτον, & ſuſpicatur legendum Atticum.*

Treść winá / Protropum vinum, *Colum. Plin.* Muſtum ſponte ex vino defluens, *Plin.* Lixiuum muſtum, *Colum.* *ὁ πρότροπος οἶνος.* Flos veteris vini, *Plaut.* Flos Bacchi, *Lucret.* Flos Poëtarũ. Flos Liberi. *Plaut. τὸ ἄνθος.* Flos ætatis, *Lucret. Terent.* Flos ſalis, *Cato. ἄνθος ἁλός. Dioſcorid.*

Treść / tr. inſzych rzeczy. Medulla litium, *Quintil.* Medulla ſuadæ, *Cicer.* Flos Italiæ, Græciæ, nobilitatis: flos & robur ciuium. *Cicer.* Adeps frumenti, *Pſal. 147. i. flos: optimum frumentum. τὸ ἄνθος, ſec. tr.* Flos nardi, *Lucret.* Flos cœnæ, *Gelli.*

Treſkce kogo / vide **Fráſuie / Trapie.**

Treſktánie / vide **Fráſunek / Trapienie.**

Tret / Triuium, *Cicer.* Paruum forum, *Cal. Rhod.* Statio *videtur vocari apud Plin. iun. cùm dicit:* Tempus in ſtationibus audiendis fabulis conterunt. *interpretatur Britannic. quemuis locum publicum ad ſtandum aptum, in quo frequenter ſtatur.* Compitum, *etiam Cicer. Perſ. Horat, eodem modo vſurpari poteſt.* Circulus, *Cic.* Si quemcunque patrem-familias arripuiſſetis ex aliquo circulo. *ἡ τρίοδος, ἡ σύνοδος.*

Tretowy / z-tretu / co ſie ná trećie báwi / podły. Circulatorius, *Quintilian.* Circulatoria iactatio, eloquentia. *ὁ ἀγυρτικός.* Cyclicus ſcriptor, *Horat. ὁ κυκλικός, qui in foro, circulis, & compitis ſua recitabat. Lamin.* Compitalis, *Sueton.* Compitalitius, *Gelli.*

Tretér / vide **Dćiećzká 2.**

Trochá / máłość iedney iákiey rzeczy. *ἡ μικρότης, σμικρότης, ητος.* Exiguitas pellis, *Cæſar.* Exiguitas lactis, *Varr.* Exiguitas cibi, *Colum.* Exiguitas copiarum, *Cicer.* Paruulum ligni, *Plini. maior.* Paruulum refert, *Plini. iun.* Paululum agelli, *Plaut.* Hoc paululum manè exaraui, *Cicer.* Pauxillum: perpauxillum cibi: pauxillo cõtentus. *Plaut.* Paucula loquitor. *Terent.* Perpauca mutare. Perpauculi paſſus. *Cicer.* Aliquãtum nummorum: aliquantulum æris. *Cicer.* Aliquantillum cibi, *Plaut.* Modicum, *Subſtant. Horat.* contentus modico. Paruum, *Subſtant.* viuitur paruo benè, *Idem.* **Łácno ſie ná máłé przeſtáie.** Mica, *Catull.* non eſt in toto corpore mica ſalis. Guttula argenti, conſilij. *Plaut.* Perpuſillum rogare, *Idem. vbi iocus eſt ex ambiguo, ſed & huius ſignificatis capax. τὸ ὀλίγον, ὀλίγον ἐστὶν, μικρὸν ἐστὶν, ἔστιν: ἐπὶ μικρόν, ἐλάχιστόν τι.* Modicum vinum, *non nocet. Adiect. eſt.* Modico vini contentus, *Subſtant.* Modicùm vini habeo, *Aduerbium.*

Trochá / máłość liczby wzgledem wielu rzeczy. Paucitas amicorum: Infrequentia Senatus. *Cicer. ἡ ὀλιγότης, ητος.* Pauxillulum nummorum, *Terent.*

Troche / keo (*Aduerbium*) wzgledem wielkośći. Paulò ampliùs. Paulò plùs. Paululum reſpirare. Perpaulùm declinare. Perpaululùm loci. Exiguè tribuo aliquid. Paulùm immutatus, *Cicer.* Parùm malæ rei. Nimiò minùs, multò parùm. *Plaut.* Parùm, perparùm, pauxillùm, *& alia ſuprà (in* **Trochá 1.** *) poſita cùm Aduerbialiter vſurpantur, huc pertinent. Sic Græca ὀλίγον, μικρὸν, &c.* Modicè extantia ab humo ædificia, *Plini. μικρῶς.* Perhilum vacillant, *Lucret. i. paulùm vel perpaulùm, Lambin.* Parùm mihi apud te eſſe fidem, *Terent.* Parùm in illis habuerit fiduciam, *Senec.*

Troche (wzgledem czáſu) krótko / nie długo. Parùm diu viuere, parumper conticere: paulùm abeſſe. *Cicer.* Parumper operire, *Terent.* Paulùm ſedere, *Quintilia.* Paululum operiri aliquem, *Terent.* Pauliſper commorari, ſtare. *Cicer.* Pauliſper mane, *Terent.* Paulò antè: paulò pòſt: paulò ampliùs. *Cicer.* Aliquantiſper hinc concede, *Plaut.* Aliquandiu. Ariſtum aliquandiu audiuit. Puſillum laxamenti. *Cicer.* Exiguo pòſt. Exiguum dormire. *Plini.* Breui, *Gelli.* Non breui antiquior. Tantiſper de re aliqua cogitare. Perpuſillùm rogare. *Cicer. quamuis iocus ſenſum non ſolùm temporis ſed & magnitudinis habet. ὀλίγον χρόνον, δι' ὀλίγου, ὀλίγον, βραχὺ, ἐπὶ χρόνον, μίνυνθα.*

Troche / *aliter.* nie bárzo: *oppoſitum* bárzo. Aliquantùm es timida, *Plaut.* Aliquantulùm deflectere. Paulùm differunt inter ſe. *Cicer.* Modicùm id curo, *Plautus.* Modicè vtile: modicè me id tangit. Perpaulùm declinare. Leuiter ſaucius: leuiter eminet: leuiter inflexum. *Cicer.* Leuiſſimè læſus, *Plin. iun.* Perleuiter commotus, *Cicer.* Permodicè findito, *Colum.* *ὀλιγόστοι parua numero, parcè. ὀλίγως.*

Troche po tym / Paulò pòſt, *Cicer. ὀλίγῳ ὕστερον.*

Troche przed tym / Paulò antè, *Cicer. ὀλίγῳ πρότερον vel ὀλίγον πρότερον, ſ. χρόνον.* Pluſculùm antè, *Colu.*

Trociczká / ábo od trocin wegla lipowego / ábo z-Greckiego/ ὁ τροχίσκος. Trochiſcus, *i. orbiculus. vel rotula etiam : ὁ κυκλίσκος, Græcè dicitur. varij vſus eſt apud Medicos & vnguentarios, vt Celſ. ſcribit. inter hos ſunt, paſtilli odorati ex genere diapaſmatum, vt Plin. vocat, maſſa odorata in orbiculos conformata, de quibus Horat. Paſtillos Ruſinus olet. hi odoris boni cauſa à delicatis circumferuntur: carbonibus etiam impoſiti vruntur ſuffitus gratia.* **Trociczki** *abſq; carbone incenſi halant odorem : ſiquidem ſunt carbones. Sic hos vocabis : ὁ ἄνθραξ μεμυρισμένος θυμιατικός. Carbo vnguentatus ſuffitui aptus. vel ὁ ἄνθραξ πλαστὸς μυρεψικὸς θυμιάματος ἕνεκα. Carbo factitius vnguentarius ſuffitus gratia.*

Trociná / trociny od piły ſtolárſkiey / ćieśielſkiey. Scobs, *bis. f. Priſtian.* Scobs terebræ, *Colum.* Scobs, *in recto. Phoca.* & Scobis eburnea, *Colum. in. Pallad.* Ramentum terebræ. Lanugo quam excitat terebra, *Colum.* Serrago ceruini cornu, *Isa. Caſaubon. ex Cælio Aurelia.* Scobs eborea, *Scribon.* τὸ πρίσμα, πρίσμα, ἀποπρίσμα, ἐκτρύπημα. v. **Opiłki.**

Trói *vel* **tróy** (Trinus, *Plau.* trina pugna, *i. triplex. Lambin.* Tergemina victoria, *Liui.* **Troie zwyćieſtwo** / trzy zwyćieſtwá/ *ſ. ex Æquis, Volſcis, Hetruria.* Triplex murus, *Virgil.* Literæ triplices, *Cicer.* Triplex æs, *Horat.* ὁ τριπλοῦς οῦ, τρίπτυχος, τρίδιπλος. ὁ, ἡ τρίπλαξ, ακος.

Troiacy / trzéy rázem vrodzeni. Tergemini, *abſolu. Plin.* Tergeminos naſci certum eſt Horatiorum, Curatiorumque exemplo. Tergemini fratres, *Liui.* Tergemina proles, *Stat.* Trigemini, *Plin. iun. de fratribus illis Romanis loquens.* Trigeminos mulier parit, *Colum.* *οἱ τρίδυμοι.*

Troiak / *Tergeminus & trigeminus, proximè ſuprà habes.*

Troiáki / troiey róžnośći. Triplex anima in homine, ratio, ira, cupiditas. *Cicer. ex Platonis ſententia.* Color triplex, *Virgil.* Natura triplex, *Lucret.* Forma triplex, *Ouid.* ὁ τριπλόος, οῦς. ὁ τρισσός.

Troiáko / tróyká / we troie. Tripartitò aggreditur vrbem. Trifariam munire. *Liui.* Trifariè ordinare aliquid, *Diomed. i. triplici modo, vel tribus modis.* τρισσῶς, τρίχῃ: τριχῶς, διαιρετῶς καὶ τριπλῇ. *Tripliciter, in SS. libris.*

Troiáneł / troyczyk / wilcza ſtopá / watrobnik. *Hepatica nobilis. Trinitas, Matthiol. Hepaticum trifolium, Vrſin.*

Troié czégo / v. **Trzéy**/& **Pięćioro.**

Troie / ná troie dźielę. Trifariam diſpertior, *Suetoni.* Tripartitò diuido, *Cicer.* τριμερίζω, τρισσεύω. *At τρισσεύω, tertiò facio, triduo maneo.*

Troie / tylo troié czynię. Triplico, *Plin. de ætate cornicum.* Id triplicatum (*eſt*) coruis. τριπλασιάζω.

Troié noßenie / v. **Ná trzy miſy.**

Troienie / tyle troié czyniąc. Triplicatio, *Macrob.* ὁ τριπλασιασμὸς, τριπλασμὸς, οῦ.

Troiéśé źiele/ v. **Toiéśé**/& **Bázánowiec.**

Troiſto / v. **Ná troié.**

Troiſty / ná troié rozdźielony / ábo rozdźieliſty. Tergeminus *Geryon. Ouid. quem etiam Virgil. tergeminum vocat, & Sili. tricorporem. Iuſtinus fabulam à tribus fratribus concordibus ortam tradit.* Tergeminus partus, *Colu.* Trigemina natura, *Plini.* Trifurcus ſurculus, *Columel.* Trifidus, *Ouid.* Trifida flamma. Tripertitus *vel* tripartitus, *Cicer.* Ternarius, *Columell.* ternarij ſcrobes, *i. trium pedum quoquouerſum.* τρίπτυξ, *tribus tabulis conſtans, aut cruſtis.* ὁ τρίοζος, τρισσὸς, τριξός. ὁ, ἡ τρισχιδής, έος. Trichorus, *Statio.* Trichora tecta, *Spartian.* Simulacrum eius in trichoro conſtituit. *S. Paulin.* Altaria trichora. ὁ, ἡ τρίχωρος. *Locus, domus, aula, templum, tribus partibus vel cameris, cellis, aut abſidibus diſtinctum.* τρίχωρον καρπὸν *in Lathyride vocat Dioſcorid. fructum triplici loculamento diſtinctum.* τρίκογχος *idem eſt, i. tribus cameris seu conchis conſtans, quomodo concham vſurpat S. Paulin. At* ὁ τρίγλυφος Triſulcus, *eſt qui tres ſulcos habet, vt columnæ apud Vitruu. Item qui tres acies habet, vt lingua triſulca ſerpentis apud Virg.* ὁ τριγλώχιν, ινος. *Item triſulcum fulgur, quod incendit, afflat, terebrat. Feſt.* Trigemmis malleolus, *Colu. Plin.* **Koßczká trzy pączki** / **ſączki** / **ábo odnożki máiąca.** Triophthalmos gemma, *Plini. tres oculos referens.* **Tróyoczny kámień.** *τριωπίς. Polluci monile.*

Troki/ *Lora vincula militum vinciendis captiuis.* ὁ δεσμὸς, οῦ. vide **Więzy.**

Tron / v. **Stolicá** 1.

Trop / tropy / v. **Slad** 1. **Stopá** 2.

Troſká / v. **Fráſunek.**

Troſkam ſogo / **Troßcze** / **Troſkliwy** / &c. vide **Fráſuie** / **Trapie** / &c.

Tróycá święta / ἡ ἁγία τριάς : ὁ τρισυπόστατος θεὸς: τὸ τρισσόν. *Sancta Trinitas. Deus vnus tribus in perſonis ſubſiſtens.*

Tróydrożny / tróydrogi. ὁ, ἡ τρίοδος. Triuialis, *Varro apud Nonium.* Triuiale trifolium, *liber de triplici ſecta ſeu via vitæ.* ἡ τριοδῖτις. Triuia *Diana dicta à triuiis. At* ὁ τριοδίτης, ου. *In triuio conſtitutus.*

Tróygłowy / Triceps, *gen. omnis. Cicer. Ouid.* ὁ τρικέφαλος, τρικάρηνος, τρίκρανος.

Tróygrotny / Tricuſpis, *Ouid.* Trifidus : trifida cuſpis, *Claudian.* ὁ, ἡ τριβελής, έος.

Tróykßtałtny / Triformis, *Horat. Senec. Oet.* ὁ τρίμορφος.

Tróyká / tróynik. Trias, *adis, f. Capella.* ἡ τριάς, άδος. ἡ τριτύς, ύος.

Tróyko / vide **Troiáko.**

Tróykwiát / kośćielne źiele. *Leuconarciſſolirium*, Narciſ*ſus ſextus, Matthiol. Vrſin.* ὁ νάρκισσος.

Tróynaſobny / Triplus, *Cicer.* tripla pars alicuius. ὁ τριπλάσιος, τριπλασίων, ονος.

Tróynik / τὸ ὑδρόμελι τρὶς ἑφθὸν. *Hydromeli ter coctum: licet hîc etiam vſurpare illas locutiones Columell.* Decoctum ad tertias, quartas, *&c.* τὸ ὑδρόμελι ὀλίγῳ ὕδατι κεραννυθὲν. *Hydromeli medicè aqua temperatum, quaſi tres partes aquæ continens, vox Polonica ſonat : Cùm ſimplex hydromeli multò plùs aquæ recipiat.*

Tróynitny / *Vrſin.* Trilix, icis. *Virgil.* ὁ τρίμιτος.

Tróypáßczeki/ Trifaux, *Virgil.* ὁ τρίστομος [ὁ τριλάρυγξ.

Tróyrogi / Tricornis, *Plin.* ὁ, ἡ τρίκερος, κ. τρίκερως, ωτος.

Tróyſércy / trzy ſércá máiący. Tricor, *dis. Ennius Poëta dictus, teſte Gelli. Lexic. vel ob tres linguas Latinam, Græcam, & Oſcam, quas calluit. Gelli. vel quia fortis, ſapiens, & alter Homerus, Horat. vel ob ſapientiam : vel ob palingeneſiam.* [ὁ τρικάρδιος. Tricordes citharæ Sigrij, *apud Sidon. à tribus linguis quas callebat. Tornorupam.*

Tróyuszny ſtátek / Naſiterna, *Varro. Feſt. à tribus naſis ſeu anſis quas habet, Scalig. Trichilum vas aliqui vſurpant, ſed vide Indicem.* τὸ τρίχειλον ἄγγος.

Tróywęgláſty / Trigonus, *Manil.* Triquetrus ager, *Columell.* Triquetra inſula, *Cæſar.* Triquetrum foramen, *Lucret.* Triquetrum, *Plini. Subſtant.* **tróywęgláſta figurá.** Triangulus, *Celſ.* triangula forma. Triangularis ager, *Columell.* Trigonalis, *Martial. paulò aliter de* *ter de pila trigonali.* *Trigonicus, Firmic.* ὁ δελτωτὸς, τρίγωνος. *Et* τριγωνίζω, *in trigonum formo.*

Trôyzeby / ὁ τριόδους, οντος. Tridens. *Subſtantiuum quidem eſt apud Virgil. Plin. ſed & adiectiuè poteſt vſurpari.*

Trtéé vel trtecz / v. Srebro żywe.

Truchléie / Ægreſco, *Virgil. Serui.* Mentis vitio læſa figura eſt, *Ouid.* Fecit amor maciem, *Idem.* Conſternor animo, *Saluſt.* ἀποτρύχομαι, ἀλύω, ἀδημονέω, θορυβοῦμαι, ἀκηδιῶ. Frageſcit animus miſerijs, *Pacuuius.* Commarcet miles, *Ammian.*

Trućiciel / trućiżnik / co trućizne zadáie drugiem. Venenarius, *Tertullian.* Veneficus, *Cicer.* ὁ φαρμακός. φαρμακεύς.

Trućicielká / Venefica. *Iuuenal.* ἡ φαρμακίς.

Trućie kogo / trućizny zadawánie ábo zadánie komu. Veneficium. Crimen veneficij, *Cicer.* Damnatus veneficij, *Tacit.* ἡ φαρμάκευσις, φαρμακεία.

Trućizná ieſt / ktore ſobie ábo drugiemu kto zadáie z iádu / ſoku / źiół / prochów / *&c.* (iad ieſt / który gádziná / drzéwá / źiołá / świerzętá máią.) Toxicum, *Plaut. Plini. Ouid. à taxo quæ venenata eſt, quaſi taxicum, Plin. vel à ſagittis quæ Græcis* τοξεύματα. *quòd eo tingerentur, Cæli. Rhodig. ex Ægineta.* τοξικόν. Toxicum Ceruarium venenum, *Feſt. vocat.* Venenum, *Cicer.* parare alicui venenum: deprehendere venenum. Aconitum, *pro veneno videtur vſurpaſſe Ouid. 11. Metamorph.* lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. ἀναιρετικόν, τὸ μάγγανον. Medicamentum *pro veneno, Varro. Noni. & Gell. l. 12. c. 9. docet vocabula aliqua olim fuiſſe media & ancipitis ſignificationis.* ὁ ἰὸς, ῦ. τὸ φάρμακον θανάσιμον *pro* θανατηφόρον *&* ὀλέθριον. *& abſol.* φάρμακον. *Medicina pro veneno, Nonio priſcè.*

Trućizna nápuſzczam / Veneno, *as. Lucret. & Cicer.* venenatum telum. φαρμάσσω, φαρμάττω, φαρμακεύω †.

Trućizne robiacy / przedáiacy / Trućiżnik. Venenarius, *Sueton. Apul.* ὁ φαρμακεύων, οντος. φαρμακοποιὸς, ῦ. *At* Venenarius calix, *Tertullian.* Trućiznowy / do trućizny. φαρμακευτικός.

Trud / v. Spracowánie.

Trudne pytánie / trudna gadká / v. Mowá trudna. Gadká 3.

Trudnie co / v. Zátrudniam.

Trudno / Difficilè, difficulter, difficiliter, perdifficiliter *vel* perdifficulter, difficillimè fit aliquid. *Cicer. Difficul, priſcum. contrarium eius facul. Noni.* Ægrè diſſoluitur recens glutinatio. Inueterata vitia ægriùs depelluntur. Laborioſè, laborioſiùs docere. Obſcurè loqui, dicere. *Cicer.* Χαλεπῶς, ἐργωδῶς, δυσχερῶς. Perplexè loqui, *Terent.* Perplexim oratione laceſſo. *Plaut.* Δυσκόλως, ἔργον ἐστὶ, *difficile eſt.* οὐκ ἔσθ' ὅπως, οὐκ ἔστιν ὅπως: οὐκ ἔχω ὅπως. *Nullo modo, nullo pacto.* Difficile factu eſt, non probare eorum conſilium qui. *Cicer. Factu, redundat.* v. Zawikłánie.

Trudno mi / v. Zabáwiony ieſtem.

Trudność / Difficultas, *Cicer. Liu.* (*rerum, negotiorum*) Negotium, *Plaut.* non ſine negotio aliquid facere. Multum negotiorum ferunt negotia. *Senec.* Nullo negotio, *Cicer.* bez trudnośći. Iniquitas temporum, *Cicer.* Obſcuritas naturæ: obſcuritas & ænigmata ſomniorum: obſcuritas librorum. Spinæ diſſerendi, diuidendi, *tr. Cicer.* αἱ ἄκανθαι, *tr.* Scopulus, *tr.* vbi ſcopulum offendis eiuſmodi, vt *&c. id eſt difficultatem. Cicer.* Scrupulus vnus reſtat, *Terent.* Moles, *Virgil.* Moles mali, *Cicer.* Moles curarum, *Tacit.* Nodus Herculeus, *tr. Senec.* Nodus, *tr. Cicer.* Magnus, difficilis nodus. *& nos dicimus:* twárdy ſek. Incitæ, à Cieo, *Plaut.* ad incitas aliquem redigere. *i. ad lineas immobiles in ludo latronum, Scalig. Iſidor. & Bud.* ad incitos, *i. calculos, qui cieri nequeunt.* ‖ *Lucil.* ad incita bubulcum adegit, *i. loca. Idem,* Illud ad incita cùm redit, atque internecionem. δυσχέρεια, ἡ χαλεπότης, ἡ χαλεπὸν, ῦ. ἐργῶδες, ἡ δυσεργία, ἀπορία. Exhibere alicui negotium, *Cicer.* παρέχειν τινὶ πράγματα. *Molimen, Ouid.* Diſtrictio, *Paul. I.C.* ἡ δυσχρηστία. Difficilis vſus, nieużytność. *apud Cicer. pro difficultate vſuræ accipitur.* Tricæ, *Plaut. Lambin.* v. Zadáie trudność.

Trudność mam / trudnośći záżywam. Sudo, *tr.* ἱδρόω ἐν τύτῳ. *Terent.* Sudabis, ſi cum illo inceptas homine. *Cicer.* Vides me ſudare iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ *&c.* Caleo. θερμαίνω, *tr. Cicer.* Etſi teipſum iſtic iam calere puto. Æſtuo. *Cic.* Æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in vtramque partem. *Idem.* Qui tibi æſtus, qui error, quæ tenebræ, dij immortales erunt! iáko śię bedźieſz poćił / iáko bedźieſz miał trudność! ἀπορῶ, Χαλεπῶς ἔχω, πάσχω: Χαλεπῶς ἔχει μοι τὸ πρᾶγμα.

Trudny rozmáićie / Difficilis res, locus. *Cicer.* Difficilis labor, *Ouid.* ὁ ἄπορος πόνος. Difficilis & multum ſæpè quæſita res. Difficiles explicatus habens res. Scopuloſus difficiliſque locus, *Cicer.* Id in difficili eſt, *Liui.* Perdurum: magnum negotium eſt nauigare. *Quintilian. Cicer.* Laborioſus verſus, *Martial.* Laborioſa fabula, *Terent.* Laborioſa exercitatio, *Cicer.* Laboſus, *à voce labos. vt laborioſus, à labore. Noni.* Laboſæ pœnæ, *Lucil.* Magni laboris eſt: infinitus, operoſus & moleſtus eſt labor, (*ſubaudi aliquid agere*) operoſa res, ars, opus. *Cicer.* ὁ, ἡ ἐργώδης, ες. Negotioſa res, *Plaut.* Prouincia negotioſa, *Cicer.* Obſcura natura, oraculum, verbum, *Cicer.* ὁ σκοτεινός. Perdifficilis: per obſcura quæſtio. *Cicer.* Res multæ operæ & laboris, *Cæſ.* Malignus aditus, *Virgil.* Spinoſa oratio, præceptum. *Cicer.* Scrupuloſa res, *Feſt. Plini iun.* Scrupoſa ratio, *Lucret. Lambin.* Arduus aditus, *Liui.* Arduus aſcenſus, res, via. *Cicer.* Ardui operis eſt, *Plin.* ὁ μογερός. *Cliuius, Feſt. priſcum, idem quod arduum.* Interpres eget interprete, *Cicer.* Perarduum eſt demonſtrare, *Cicer.* Immenſæ quæſtionis eſt, *Plin.* Parùm ex facili fluens res, *Senec.* Inimitabile opus, *Quintilian. Difficul. i. difficilis. Omne, indeclinabile. Varr. Quod vtrum ſit magnum an paruum: facul an difficul.* ὁ, ἡ ἀμήχανος: δύσπραγμος, δύσεργος. ὁ, ἡ δυσεργὴς, έος. δυσέργαστος. ὁ, ἡ πολυεργὸς, ὁ. ὁ ἀργαλέος, α. ἔμμοχθος, πολύμοχθος. ὁ, ἡ πραγματώδης, ες. ὁ χαλεπὸς, παγχάλεπος, ἐργώδης. ὁ, ἡ κοπώδης, ες. ἐπίπονος. ὁ, ἡ δυσχερὴς, ές.

Trudny do zrozumienia / ὁ δυσκατάληπτος. ὁ, ἡ αἰνιγματώδης, ὁ αἰνικτὸς, αἰνικτήριος. *Aenigmaticus, Scotinus, Buda. qualis Heraclitus Straboni. Cicer. de Finib. Laërt. lib. 9. in vita eiuſd. qui dicit ab ipſo librum de vniuerſo, de Repub. & de Theologia obſcurè ex propoſito conſcripſeru, vt à ſolis prudentibus legeretur.* σκοτεινὸς, σκότιος.

Trudny przeiazd / ἡ δυσπορεία. *Difficilis tranſitus.*

Trudny człowiek / v. Chełudźki / Nieuproſzony / Nieuczynny.

Trudze śię / v. Trupam śię / Morduie śię.

Trudze kogo / v. Morduie.

Trudze ćiáło / v. Trapie / Martwie.

Truie kogo / trućizne zadáie. Venenum alicui præbeo.

Veneno aliquem neco, tollo, occido: Spargo venena. *Cicer.* Toxico me morti dabo, *Plaut.* Miſcere alicui toxicum, *Ouid. Horat.* Veneno vita conceſſit, *Tacit.* Præripere veneno fata (*ſua vel alterius*) *Flor.* **Otruć** *non* **truć.** φαρμακόω, φαρμάττω τινά.

Truie płód / v. **Porónienie czynie.**

Truć ſie płód / v. **Porónieniem odchodźi.**

Truć ſie brzemienna / **ſtruła ſie ábo ſtruła płód niedośły chcąc.** v. **Porónienie 2.**

Trukawká / Palumbus minor. Liuia columba. *Gaza. Phabe.* ἡ φάβη, *Aldrouand. Sed is,* ἡ φάψ *habet thema,* τῆς φαβὸς: αἱ φάβες, *ex Ariſtot.* Palumbulus, *Apulei.*

Trukſés / v. **Stolnik.**

Truná / Sarcophagus, *propr. eſt lapis Celſ. Plin. qui carnem exedit, intra 40 dies ait Iſidor. ob id corporibus mortuorum condendis vſitatus, & pro capulo, vel ſepulchro ponitur apud Iuuenal.* ‖ ὁ σαρκοφάγος. Capulum, *Plaut. à capiendo. Feſt. Nonio, ex Næuio, Lucil. Varro.* Conditorium, *Sueton. & Plin. iun.* Conditiuum, *Senec interprete Henric. Steph.* Solium, *Plin.* Multi ſeſe defunctos fictilibus ſolijs condi maluère. Purgauère corpus, repletumque eſt odoribus aureum ſolium. *Curti.* Vrnâ *non cadauera, ſed cineres exuſtorum cadauerum condebantur. Cicer. de Ennio.* Oſſuariam, *vocat hanc vrnam Celſ. Vlpian. Hotoman. ICti.* Oſſarium, *Holoand.* Loculus, *Plini.* Cum reliquo corpore cremari non potuiſſe, conditumque loculo in templo. Arca. *Plin.* Tradit agrũ repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa ſitus fuiſſet. *Plin. iun.* Arca lapidea. τὸ ὀστοδοχεῖον. ἡ ὀστοθήκη, νεκροθήκη, ἡ λάρναξ, ακος. *Loculus,* τὸ θηκίον, *diminutiuum.* **Truniénká.** ὁ σορὸς, ἡ θήκη. *Loculus.* τὸ γλωσσόκομον *Heſychio eſt,* ἡ σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. τὸ γλωσσοκομεῖον. *mortuorum conditorium. Robert. Conſtant. qui etiam* Mortualia gloſſaria *Gellij, ſic interpretatur.* Locularis, *Pallad.* **Trunny.**

Trunąć / **piſnąć.** Mutire, *Terent.* Nihil iam mutire audeo. *Muttire ſcribit Ian. Gulielm. & Taubman. ex M. S. Camerarij ob analogiam cum muſſo.* Si poſt hunc diem mutiuero. Ne hiſcere quidem, *vel* mutire audeo. Mutito modò. *Plaut.* τολμᾷ οὐδὲ γρύζειν. **Truń iedno.** Emittere vocem, *Liu.* Nullam vocem emiſit. Hiſco. *Cicer.* Reſpondere ad hæc, aut hiſcere omninò audebis? **Piſnąć / gębę otworzyć / bąknąć / tchnąć /** *&c.* Hiſcendi eſt nulla poteſtas, *Lucret.* Mittere vocem, *Cicer.* Nulla vox miſſa eſt de aliquo: pro aliquo. **Zaden gęby nie otworzył.** Mu facere, *apud Lucil.* Nec mu quidem audet facere, *i. mutire. Catiſ. Dalecamp. quam vocem mu apud Plini. etiam lib. 18. c. 4. agnoſcit Turneb. & Dalecamp. Mu canum eſt, vnde mutire;* γρῦ *porcorum, vnde grunire. Scalig.* διαίρειν, ἀνοίγειν τὸ στόμα. **otworzyć gębę.** *idem,* μύζειν: ἀχανὲς ἔχειν: ἀχανής εἰμι. **Ani trunie.** οὐδ' ἦρξε τὸ στόμα, **ni trunął.** γρυθίζειν, **piſnąć** *etiam vſurpant noſtri,* & **bąknąć.**

Trunek / Potio, *Cicer.* Prima potione medicus mulierem ſuſtulit. Magna potio. *Celſ.* Potiuncula, *Sueton.* Hauſtus lactis, *Plin.* Hauſtus aquæ, *Ouid.* τὸ πόμα, πίνεσμα, πιεῖν. *Aſſiratum (non aſſaratum) potio in fœderibus ex vino & ſanguine, nam priſcè ſanguis aſſir. Feſtus, & Gotfred. ex Saluſt. Tertull. Lucian. Gloſſ.*

Trunek piiány / *Sicera apud S. Lucam, & in libris Iudicum, genus potionis omnis, quod inebriare poteſt, quæ vox Hebræa eſt, nam ſachar eſt inebriare, vel inebriari, hinc vinum ſachara, ſeu ſicera. Græcè* τὸ μέθυσμα, *i. quod inebriat. Ebriamen, Tertullian.* [*Inebriamentum. Henric. Stephan. Septuaginta habent vocem* σίκερα *indeclinabilem. Nomine autem ſicera intelligunt interpretes etiam vina factitia, quale eſt Sycites vinum apud Plin. & ex fructibus, radicibus arborum, herbarum apud eundem. Sic Fulgent. Addit Hieronymus vina ex frumento, quale eſt Ceruiſia. Plura Serarius in lib. Iudic.* Acidula aqua, *aliter* Lynceſtis aqua inſtar vini temulentos facit. *Plini.* Lynceſtis amnis quem quicunque bibit, haud aliter titubat quàm ſi mera vina bibiſſet. *Ouid.*

Trunek ná rozſtániu / ná wálećie / po bieśiedźie ábo ná noc. ἡ μετάνιπτρίς, ίδος. τὸ μετάνιπτρον, & μετανιπτρὶς τῆς ὑγιείας. *Poculum ſanitatis, poſt lotas manus à conuiuis, quem ſibi propinabant præfati nomen* τῆς ὑγιείας. ὁ ἄκρατος οἶνος ἀγαθοῦ δαίμονος. *Ariſtophan.* Merum boni genij. ὁ ἐμβασικοίτας, *Athenæo. poculum quod potantes facit* εἰς κοίτας ἐμβαίνειν. *i. aſcendere lectum: ſeu ſoporem affert. aliter Petron. vide Indicem.* Nil pernicioſius valetudini, quàm bibere cùm mox ſis iturus cubitum. *Gallorum dictum apud Garnerum.*

Trunienie / **bąknienie.** Mutitio, *à mutio. Plaut.* Quid tibi hanc rem mutitio eſt? *muttitio ſcribit Taubman. & Gloſſ. Muttum.* γρῦ *etiam* γρυσμὸς *dici poſſet, à* γρύζω. *Muttio, is, mutorum more ſono, Lambin.*

Trup / Cadauer (*hominis*) *Cicer. Cæſ.* τὸ πτῶμα. *Corpus anima caſſum, Lucret.* ‖ *Corpora etiam vocat Virgil. Corpora rogorum per campos fuſa.* **Ciáło** *honeſtius eſt.* τὸ λείψανον, *Eucholog.* ‖ *Transfertur vox* **Trup** *ad ſenem decrepitum ſignificandum, ſed vituperij, vel probri ſenſu. Mortuale & Morticinum pro cadauere. Hieron. Rhodigin.*

Trupam ſie / Via deterrima huc illuc curſaui, *Cicer.* Scrupoſam commeo viam, *Plaut.* Concutio corpus multa geſtatione. *Celſ.* σκύλλομαι. *Luca 7.* κύριε μὴ σκύλλου. **Pánie nie trupáy ſie.**

Trupienie / ὁ σκυλμὸς, *moleſta vexatio.*

Trupia twarz / **ſpétna / trupiaſta.** Cadaueroſa facies, *Terent. interprete Scalig.* ὁ, ἡ νεκρώδης, εος. Morticinum, *Plaut. eodem modo tetrum & exſangui facie hominem interpretatur, Scalig.*

Truſkawki / *Vrſino.* v. **Koſmáczki.**

Trwáłość / Stabilitas amicitiæ, fortunæ. *Cicer.* ἡ βεβαιότης. Perſeuerantia, *Cicer.* Retinenda eſt vobis conſtantia, perſeuerantia. Perennitas. *Colum.* Poſitio cæli, perennitatem frumentis conditis affert. Durabilitas frumenti, *Pallad.* ἡ ἀϊδιότης, ητος. ἡ ἐπιμονή.

Trwáłość ná roboty / Patientia contra labores, *Plini.* Virilis patientia, *Liui.* ἡ δυσπάθεια. Duritia corporis, *Cicer.* ἡ σκληρότης, ητος.

Trwáły / Firmus, *Cicer.* Firma amicitia. Firma valetudo, *Plin.* ὁ στερεὸς. Stabilis, *Terent.* Stabile imperiũ. Stabilis ad diuturnitatem memoriæ. *Cicer.* ὁ ἑδραῖος. Perſeuerans, *Colum.* Mos perſeuerantiſſimus. ὁ στέριμος, στερεὸς. ὁ, ἡ εὐσταθὴς, έος. ὁ, ἡ ἐμμενητικός. ἔμμονος. Perennis, *Horat.* Ære perennius monumentum. Viuax oliua. *Virgil.* Viuax virtus, *Ouid.* ὁ ζωηρὸς. Tenax memoria, *Plin. iun.* Tenaciſſima memoria, *Quintilian.* Tenax morbus, *Sueton.* Ira tenax, *Ouidi.* ὁ μόνιμος. Pertinax prælium, certamen. *Liui.* Tolerans, *Colum.* Tolerantiſſimus penuriæ, ὁ ὑπομενητικὸς. Patiens omnis incommodi, *Idem.* Patiens laboris, *Quintilian.* Tolerantes dulcis vndæ piſces. Patiens vredinis vitis, *Colum.* Perpetuus, *Cicer.* Perpetua amicitia, pax. *Plaut.* Perpetua fides. Durabilis. *Plin. Ouid.* ὁ μόνιμος. Duratrix firmitas, *Plini.* Proprius, *pro perpetuo ſeu durabili, Donato interprete apud Terent. & Cato.*

Voluptates propriæ ſunt deorum, *Virgil.* Propriamq; dicabo, *interprete Seru. & Plaut.* Quicquid agere occepi, proprium nequit mihi euenire. *& Cicer.* Si illud perenne ac proprium manere potuiſſet. Benè fert ætatem homo, *Macrob. ex Cicer.* Exercito corpore, *Saluſt.* Contumax emori larix, *Plin.* Patientiâ præſtant vites, quæ imbres turbineſque fortiſſimè ſuſtinent. *Columel.* ὁ καρτερικὸς, καρτερικώτατος πρὸς χειμῶνα, θέρους τε, πόνους· ὁ, ἡ δυσπαθὴς, έος. *qui non facilè afficitur.*

Trwały owoc ná záchowánie / l. Duracinus, *Plin.* Duracina ceraſa, & duracina vua. *l. 14. c. 3. quæ in vite frigus fert, vel quæ difficulter auellitur. l. 15. c. 28.* Seruabilis vua, *Plin.* Firmum vinum, *Virgil.* Benè fert ætatem vinum, *Cicer. Macrob.* Fert annos vinum: non fugit vinum. *Quintilian.* Fert vetuſtatem vinum, *Cic.* Stabilia mala, *Colum.* ὁ πολυχρόνιος, ὁ χρονίζων, ὁ διαφυλακτικός. Lupinum patitur æuum in granario, *Colum.* Seruant poma nomen, *Virgil.* Non perdit nomen vinum, *Cato.* Conſeruat notas vinum, *Virg. Ætna.* ἐπὶ αἰῶνα. v. **Chowánie ſłużący.**

Trwam długo / nie vſtáie. Duro in longum, *Ouid. Patercul. Stat.* Duro in æternum, *Quintilian.* Duro æternum, *Stat.* Duro vſque ad ſenectutem, pertinaciſſimè. *Quintilian.* Perennat fructus diutiùs, *Colum. & Ouid. Macrob.* Teneo, *Liui.* Imber continens per totam noctem ad inſequentis diei horam tertiam tenuit. Expetit ætatem aliquid. *Plaut. i. durat diu, Lambin.* Periſtat hiems, *Ouid.* Viguit ad noſtram ætatem, *Cic.* Stat Troia, *Virgil.* Stat ciuitas. Manet mos memoriæ. *Cicer.* Perſidet pruina, *Plin.* Prorogant tempus veſtes, *Idem.* Διαγίνομαι πολὺ χρόνον· καρτερῶ· ἐπεκράτησεν ὄμβρος ἡμέρας ἕξ· ἐπιτείνω, ἐπέτεινεν ὁ λιμός. Oumanens, *diu manens, vt permanens, Feſt. Perpetuito, as. i. perpetuum ſum, priſcum. Ennius apud Nonium: Libertatemq; vt perpetuitaſſit quam maximè. i. vt ſit perpetua, æterna. Noni. à perpetuito, non à perpetuitaſſo, vt Robert. Steph. vult.* Peruigeo, *Tacit.* Annare, *Macrob. i. annum agere perpetuum. Sipont.* Continuant dolores, *Celſus.*

Trwam ſtátecznie / Maneo in officio: in amicitia: permaneo in eadem mente, ſententia. Perſeuero in errore: in ſententia. *Cicer.* Perſeuero ad vltimum, *Liui.* Permaneo in amicitia, in officio. *Cæſ.* Tenere, tueri ſtatum ſuum. *Cicer.* Obduro, *Catull. Horat.* Perfer & obdura, *Ouidi.* Obtineo firmitudinem animi, *Plaut.* Perſiſto in ſententia, in prauitate. Perſiſto in eo. *Cicer.* Perſiſto in cœpto: in incepto: in impudentia. *Liui.* Duro, *Virgil.* Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. Tenuit ea conſuetudo. *Quintilian.* Διατελέω ποιῶν, διατελῶ ὤν, διαγίνομαι δέομαι πράττων: μένω ἐπὶ τοῦ, ἐπὶ τῷ: διαμένω, ἐμμένω τῷ: μίμνω P. τελέω, τλάω, τλῆμι, καρτερέω διὰ τέλους: ἀντέχω.

Trwam / *aliter.* δυσπαθέω, ῶ. *non facilè afficior.*

Trwánie / Perſeueratio, *Firmic. Apul. Fab. Victor.* Permanſio, *Cicer.* firma & ſtabilis permanſio in ratione benè conſiderata. ἡ μονή, διαμονή, ἐπιμονή.

Trwogá / Tumultus, *Cicer.* ὁ ταραγμὸς, ἡ τάραξις, ἐκτάραξις, εως. v. **Zátrwożenie.**

Trwogá woienna / i. trąbienie do potrzeby. Claſſicum: bellicum. v. **Trąbie ná trwogę.**

Trwożę kogo / trwożę ſobą. Turbo. Perturbare animos hominum. *Cicer.* Conſterno (*as*) aliquem, *Liui.* Magna animi perturbatione commoueor. Conturbatum me res hæc tenuit. Iniectus à me tumultus ciuitati videretur. *Cicer.* Vna me res turbat, *Plaut.* Incerta omnia reddere. θορυβέω, *tumultuor.* ταράττω διαταράττω, ἐπιταράττω, συνταράττω. Perturbo aliquem: ita ſum perturbatus, vt omnia timerem. Perturbor gladijs alicuius. Conturbo aliquem. Conturbat me aliquid. Conturbor, *Cicer.* ταράττομαι. *Aporior, apud Iſaiam. aporiatus eſt Polonus vertit.* **Trwożył ſobą.** *vox ex Græca facta puto eſt, de qua vide Indicem. Apud LXX Iſaias habet* κατενόησε, *conſiderauit, intellexit.*

Tryb / Via, *Cicer.* Cæſar hanc Reipub. viam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt. **poſpolitym trybem ſzedł.** Via peruulgata patrum, *Terent.* Tenor. Tenor & obſeruatio ſua religionibus tribuatur, *Valer. Max.* Peragit fortuna inceptum tenorem, *Ouid.* ὁ πόρος, λόγος, ἡ ὁδός.

Trybunał w-Polſzcze / τὸ δικαστήριον βασιλείας πάνδημον. *Iudicium regni vniuerſale. Tribunal regni vniuerſale. (Senec. l. de Beneficijs vocat Nummarium tribunal, ipſos iudices in tribunali ſedentes. Et Horat.* Omne tribunal ſpectat virum bonum. *Sed & Græca vox* δικαστήριον *pro perſonis apud Libanium)* ἡ ἀγορὰ δικαστικὴ πάσης τῆς βασιλείας. Forum iudiciale totius regni. ἡ συνεδρία τῶν κριτῶν ἀπολέκτων, ἐκ πασῶν σατραπειῶν βασιλείας. *Conſeſſus iudicum ſelectorum ex omnibus regni ſatrapijs.*

Trybunaliſtá / deputat. δικαστὴς ἀπόλεκτος, ἐκλεκτὸς, ἐξαίρετος, ἐκλελεγμένος. Apolectorum *vocem vſurpat, Liui.* Delectus iudex, *vel ad Polonum morem:* οἱ κριταὶ ἀπόλεκτοι ἐκ τῶν σατραπειῶν βασιλείας. *Iudices delecti ex ſatrapijs regni.* [δεπουτάτος, δεπουτάτοι. *Nicet. Codin. non* δηπουτάτος, *vt Iunius. nec* δεσποτότατος, *vt Cod. Bauar.* δεπουτάτοι, *in Nouell.* [*Deputatus vox Recentiorum ICtorũ.*

Trykam kogo / Trykam ſie z-kiem Trykſam. Arieto cornibus in aliquem, *Cic. ex Accio.* Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hædi. *Virgil.* **Trykáią ſie.** Coniſcant *vel* coruſcant agni. *Lucret. lib. 2. alij legunt chroniſcant, croniſcant. Lambin. mauult legere coruſcant, & ex Virgilio verbi Coruſco locutiones aliquas huc trahit, ſed diſſimiles omninò ſunt. Sentio cum Giſanio, qui à* κορύπτω, *vel* κορύπτω, *aros, i. arieto, ducit vocem Lucretij. & coruſſant legit.* Coniſco *etiam verbum à Cicer. vſurpatum eodem ſenſu docet idem Giſan. ex Quintilian. l. 8. c. 3. vbi ait:* Caput opponis cum eo coniſcans. Arietant inter ſe. *Seneca tranſtulit ad acies. & Plini. ad dentes.* κορύπτω, ἐγκορύπτω, κερατίζω, κεραΐζω: διακορύπτω, κερουτιάω.

Trypelá / trypla złotnicza. Creta alba argentaria, *Plini. Dalecamp.* Creta candida foſſitia, *Varro. Dalecampi.* ἡ κρήτη χρυσοχόων.

Tryumf wielki / zwycięſka pompá / feſt. Triumphus, *Cicer. Liui.* Triumphalia, *orum, Tacit.* Triumphatus, *us. Plini.* Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat. Pompa, *Cicer.* Pomparum ferculum. *& Senec. Oetæo.* ὁ θρίαμβος, ἡ πομπή. *Triumphi nomen Zonar. à Græca voce* θρῖον *deducit, quæ ſignificat folium ficulnum. Milites enim ficulnis folijs facies velati diuerſis victores triumphantes conuicijs inceſſebant, ne proſpera fortuna inſoleſcerent. Hinc Cæſari Iulio triumphanti inclamatum eſt à militibus. Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem. Item, Romani ſeruate vxores mœchum caluum adducimus. Et Ventidius Baſſus poſt deuictos Parthos triumphans, his iambis impetitus eſt.*

Concurrite omnes augures, aruſpices:
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens,
Nam qui fricabat mulos, Conſul factus eſt.

Tryumf máły v Rzymian / Ouatio *Romanis erat triumphus minùs ſolennis, de quo Gellius. Serui. Plin. Alexand.*

Neapolit. Ouatus, *m. Valer. Argonaut.* ἡ ὄβασις: ὁ πεζὸς θρίαμβος: ὁ ἐλασμὸς, *propriè vox læta Bacchantium, ſed & in triumpho apud Plutarch. vſurpatur.* Iſelaſticum, *Plini. iuni. & Iuſtino, eſt inquit Turneb. premium athletis victoribus concedi ſolitum, vt cum pompa vrbem ingrederentur publico ſumptu, vt exercituum ductores.* τὸ εἰσελαστικὸν, *ab* εἰσελαύνω, *ingredior. Eadem vox ſignificat & ipſum certaminis locum, Turneb.*

Tryumfuiący / zwyćiężcá śię wracáiący. ὁ θριαμβευτής. *Triumphator, Sipontin.*

Tryumfem ſtawny / Triumphalis vir, *Cicer. Liui. qui triumphauit.* ὁ θριαμβικὸς *Plutarch.* ὁ θριαμβεύσας.

Tryumfowy / Triumphalis currus, veſtis. *Plini.* Triumphalis via, vehiculum, *Cicer.* Oualis corona, *Gellius.* ὁ θριαμβικός.

Tryumfuię / ábo wracam śię zwyćiężcą / ze zwyćięſtwem. Triumpho de aliquo, *Cicer.* Ducere aliquid in triumpho, *Plin.* Ducere per triumphum, *Cicer.* Ducere triumphum ex aliquo, *Plin.* Triumpho aliquem, *Plini. iun.* Triumphum agere, habere, deportare. *Cic.* θριαμβεύω, πομπεύω. Ouo, *as. Cicer.* ouans aſcendit in Capitolium. ἰοβάζω, εὐάζω. Ouantes lætantes, *à clamore quem faciunt redeuntes ex pugna milites victores, o litera geminata, Feſt. ab oue ducit Plutarch.* ἀπὸ τῆς ὀβάσεως. *Dionyſ. i. ab ouatione.*

Tryumfuię / tr. wykrzykam / tr. Triumpho (*de priuatis*) *Cicer.* Hoc eſt in quo exſultat & triumphat oratio mea: Suſtulimus manus. *Idem.* γαυριάω τῇ, ἐπὶ τῇ: ἀγάλλομαι τῇ: πομπεύω, κομπάζω, μεγαλοῤῥημονῶ.

Trzoſam czym / v. Trzęſę czym / Potrzoſam.

Trzoſam głowę / v. Odkiwam / Trzęſę.

Trzoſánie / τὸ πάλμα, ὁ παλμὸς, *agitatio.* ἡ κίγκλισις, ὁ κιγκλισμὸς, trząśnienie.

Trzoſcá / v. Zimnicá.

Trzáſk / (*a exili cum puncto notato á*) *Interiectio.* Tax, *Plaut.* Tax tax meo tergo erit. *vtitur & Næuius Apud Cariſium eſt tax pax.*

Trzaſk (*Nomen, a pleno & abſq; puncto*) trzáſkánie. Strepitus, *us*: plagarum. *Iuuenal.* Strepitus fori, *Cicer.* Crepitus, *us*: plagarum *Cicer.* Fragor horriſonus, *Lucret.* Fragor fulmineus, *Valer. Argonaut.* Cæli fragor, *Virg.* Fragor ſyluæ, *Ouid.* Cottabus, *Plaut.* Caueſis, ne crebri cottabi bubuli in te crepent. *vbi cottabus vel ſtrepitum vel lorum bubulum ſignificat, aliter de hac voce* vide **Kláſk.** ὁ ἀραγμὸς: ὁ πάταγος, τὸ πατάγημα: ὁ ψόφος, τὸ ψόφημα, ὁ δοῦπος.

Trzaſk / tr. v. Strzelowánie.

Trzaſk pełen / ábo poſzczepány / potrzáſkány. ὁ, ἡ σχιδακώδης, εος. *Aſſuloſus, Buda.*

Trzaſká / Schidia, *æ. Vitruu. à voce* σχίζειν, diffindere. Fragmenta ligni, *Philand. Schidia, orum. Rhodig.* Aſſula, *Plaut.* foribus facere aſſulas. potrzáſkáć drzwi. *Aſſula etiam marmoris apud Vitruu. vbi aſtulas Turnebus ſuſpicatur legendum.* Haſtula, *Plin.* Flos reſinæ auulſus cum haſtula, *al.* cum aſſula. *Aſtulam vocat Paulin. crucis ſacræ fragmen.* Aſſulas *etiam vocat Feſtus Fomites, qui dum ceditur arbor, ſecuribus excutiuntur.* τὸ σχίδιον, ἡ σχίδη, ἡ σχίδαξ, κος. σχίζω: τὸ σχίδιον. *Deſomitatum, à fomitibus (i. aſſulis ligni dum ceditur) recisum, Feſtus.*

Trzaſká w-ćiáło wpádła / tarń / goźdź / &c. ὁ σκόλοψ, Surculus corpori infixus, *Marcell. Empir. & Plin.* Stirps, *Plini. & Gelli.* ſtirpem veſtigio pedis hærentem reuulſi. τὸ κάρφος.

Trzáſkam czym / Concrepo digitis, *Plaut.* Manibus vſq; ad articulorum ſtrepitum contritis, *Petroni.* Inſono, *Virgil.* inſonuit verbera Alecto: inſonuit flagello: Increpo. *Ouid.* increpuit verberis ictu. Perſtrepit crebro ictu pulſatus. *Claudian. De fragorem ſonitu perterricrepo, Lucret.* Crepuère obnixi remi, *Virgil.* trząſnęli / *alio ſenſu i.* złamáły śię. Muttiunt *vel* mutiunt virgæ, *Plaut. i. ſonant. Lambin.* ψοφέω, παταγέω, δουπέω, ἐπιδουπέω, ἀραβέω *P.*

Trzoſkam na kogo / tr. v. Gromię.

Trzáſkliwy / *Perterricrepus ſonitus, Lucret.* ὁ ψοφητικὸς. ὁ, ἡ ψοφώδης, ους. ὁ βαρύδουπος, ἐρίδουπος, *grauiter ſonans, pulſans.*

Trzebá / v. Potrzebá 2.

Trzebá mi ćię trochę ná ſtoronę / Volo te. Paucis te volo. Tribus verbis te volo. Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtum non eſt. *Plaut.* Te mihi ipſum iamdudum optabam dari, *Terent.* χρεία μοί ἐστι σου: χρείαν ἔχω σου: ἐστὶν ὅ τι σοι λέξω. *Habeo quod tibi dicam.* ἐστὶν ὅ, τι δρᾶν σε θέλω. *Eſt quod te velim.* πρᾶγμά μοι καὶ σοὶ *vel* μετὰ σοῦ ἐστὶ *vel* μέτεστι. *Negotium vel res mihi tecum eſt. Simile illud eſt 4. Reg. 9.* λόγος μοι πρὸς σὲ ὁ ἄρχων. *Verbum eſt mihi ad te ô Princeps.*

Trzebie / v. Czyſzczę.

Trzebieniec / v. Rzezániec.

Trzebulá ziele / Gingidium & Cherephyllum. Χαιρέφυλλον, γιγγίδιον, *Dioſcor. Chærefolium, Siren.* [*Cærefolium. varium eſt, vulgare ſeu noſtrum idq; hortenſe, & agreſte. Item Cilicinum, Syriacum. Siren.* Cærefolium *ſeu* pæderota *vel* pæderotion, *Plinij. item* Chærephyllon *ſeu* Cherophyllon *Columella, aliqui idem faciunt. negat Matthiol. idem eſſe.*

Trzech królów święto / *Epiphania. Apparitio Chriſti. Oſtenſio Chriſti per ſtellam, per vinum ex aqua factum, per vocem Patris à Baptiſmo. Apparitio ſecunda facta Magis, & gentilibus. Iſidor. Apud Græcos eodem die quo Natalis Chriſti celebrabatur, Caſsian.* ἡ ἐπιφανίων ἡμέρα: τὰ ἐπιφάνεια: τὰ ἐπιφάνια: τὰ ἅγια θεοφάνια. *Regalia, orum. Recent. Buda. Iunio. Iac. Pontan.*

Trzeći w-liczbie / w rzędźie. Tertius dies. Tertio quoque verbo. Perendinus dies. *Cicer.* Tertius locus, *Plin.* τριταῖος, τρισσὸς, τρίτος, ὁ μετ' ἄλλων δύο: τρίτατος *P. &* τριτεύω. *Tertius ſum in ordine.* Terticeps. v. **Popietny.**

Trzeći w-dobroći / w-cenie / godnośći. Tertiæ notæ herba, *Colum.* Tertius in pretio, *Plaut.* Tertius in auctoritate. Tertio loco laudatur nardum Creticum. Tertiarius. Tertiarium ſtannum, *quod tantum tertiam portionem albi & duas nigri ſtanni habet, Plinius.* trzećiego brántu / podleyſzey proby / podleyſzy. ὁ τρίαθλος, ου. τὰ τριτεῖα λαχὼν, *tertiam palmam ſortitus.*

Trzeći raz / potrzećie. Tertiò venire, *Colum.* Tertium iacere, *Cicer.* τρίτως, τρισσῶς. *tertio loco.* Tertium conſul, *Liu.* τρίτον. Tertia, *Virgil.* Tertia ſed poſtquā maiore haſtilia niſu aggredior, *i. tertiò. Cariſi.*

Trzeći raz co czynię / Tertio, *as. Colum. & Pallad. vſurpat de agris loquens. idem quod* tertia vice aro, *vt loquitur Pallad.* τριπολέω. Tertiatio, *apud Columell. i. tertia preſſura vini,* trzećie tłoczenie. *Et Tertiata verba, Apul. quaſi tertiò repetita.*

Trzećia część czego / iedney rzeczy. vide **Czwarta część iedney rzeczy.**

Trzećia część większy / ὁ ἐπίτριτος, *Epitritus, vt Octonarius, reſpectu ſenarij, & quaternarius reſpectu ternarij eſt epitritus.* Seſquitertius, *Cicer. Henric. Stephan.*

Trzećiaczká / goraczká trzéćiodniowá Tertiana, *abſolut. Plini.* ὁ τριταῖος πυρετὸς. Tertiana febris, *Cicer.* Hemitritæus, *Martial.* πυρετὸς ἡμιτριταῖος. Semitertiana febris, *Celſo. tertia imperſecta cum quotidiana incidens.* ὁ πυρετὸς φρικώδης. *i. horrida febris. Hippocr.* Hemitritæus *de homine qui hanc febrim patitur, Martial.* τριταΐζω, *tertianâ laboro.*

Trzéćiego dniá / Perendie foras feratur, *Plaut.* Scies cras, ſummùm perendie. *Cicer.* μεταύριον, εἰς τὴν τρίτην. ἢ προτρίτα, *tertio die antè.*

Trzéćiegodniowy / Tertianus, *Cicer.* febris tertiana. ὁ τριταῖος, τριταϊκός.

Trzemchá / Phillyrea, *Matthiol. Vrſin.* φιλυρέα, *Dioſcor. arbor liguſtro ſimilis, Vrſino.* φυλλαλαία *potiùs. Quinque illius ſpecies aßignat Cluſius lib. 1. Hiſtor. c. 15. quas & deſcribit, ſed quia Latinum nomen non habent, ab enumeratione illarum ſuperſedeo. vide apud authorem ſuprà citatum.*

Trzemdálá / poley włoſki / τὸ ψευδοδίκταμνον, *falſum dictamnum. Pſeudodictamnum, Vrſin.*

Trzépie / πατάσσω. *Cum ſtrepitu percutio. ſed ad exprimendam vocem Polonicam adde (ſæpè) vel ictus cum ſtrepitu multos ingemino.*

Trzépiécé śię / Quatio pennas, *Ouid.* Quatiunt magnis clangoribus alas, *Virgil.* Plaudit pennis perdix, *Ouid.* Plaudit columba alis, *Virgil.* Verberat alas hirundo, *Plaut.* Stridentes alæ, *Virgil.* Strepitantes alæ, *Tibul.* πτερύσσομαι, ἐκπτερύσσομαι, ἀποπτερύσσομαι, λινάσσω, λαλύσσω, ὀρταλίζω, ἀνορταλίζω. *alas quatio tentando volatum.* Nictare *Feſto, eſt membrorum niſu ſæpè aliquid conari,* πτερυγίζειν *verbo explicat Scalig. quod ſonat affectare volatum nondum firmis alis vel pennis ad volandum.* Fritinnio, *eſt ſubſilio cum ſono, Nonius. & ſic Turnebus intelligit Varronis pullos fritinnientes.*

Trzépiétánie / Plauſus, *Virgil.* plauſus dat pennis columba. Plangor alarum. *Idem.* ἡ πτέρυξις, ὁ λιναγμός.

Trzeſący / Tremulus horror, *Ouid.* Tremulus riſus, *Lucr.* ὁ σείων, σεῖος.

Trzeſący śię ábo trzęśieniu podlégły / ὁ σειστός, *qui concuti poteſt, vel ſolet.* ὁ, ἡ εὔσειστος, *facilis concuſſu.*

Trzéſáwicá / trzeſáwiſko. Paſcua paluſtria, *Columella.* τὸ πεδίον vel τὸ ἕλος ἀκινδύνευτον κατ' ἐπιπολῆς: πεδίον ἀνυπόστατον ἐπιπολῆς. *Campus vel palus in cuius ſuperficie, ſubſiſtere non licet.*

Trzeſáwicá chorobá / trześienie / drżenie członków. Tremor, *Virgilius. Iuni.* ὁ τρόμος ἄρθρων. *Plutarch. Tremor apud Medicos eſt, motus deprauatus inuoluntariè membra concutiens.*

Trzeſe / Agito corpus leui geſtatione, *Celſ.* Concuti geſtatione, *Idem.* ἐνόθω, κόπτω, κραδαίνω, σείω.

Trzeſe czym / zátrzeſam. Concutio: concutit ſonitu cælum Deus. *Lucret. Iuni.* Concutit Iupiter orbem. *Ouid.* Quatio, *Virgil.* Quatere fundamenta. Manibus catenas gerebat, quatiebatque. *Plin. iun.* Conquaſſo, *Cicer.* Conquaſſata terræ motibus Apulia. Agitat bos caput. *Colum.* Concutio caput, *Ouid.* κορύσσω, ἀνασείω, ἐπανασείω, διασείω, πάλλω, δονέω, δονεύω, ὑποσείω, *ſuccutio.* διασαλεύω, συγκλονέω, κιγκλίζω, κραδαίνω, λινάσσω, συνλινάσσω. Motum tremulum facio exſiſtere. *Lucret. Virgil. Ouid.*

Trzeſe owoc / otrzęſam. ὑποσείσας τὸ δένδρον ἢ κλάδους τὸν καρπὸν καταβάλλω. *Concuſſa arbore, fructus, poma, pyra deijcio. Agitatis ramis poma excutio.* Decutio, *Horat.* Decutit ſiluis December honorem. Bucula rorem decutit, *Virgilius.* Excutio, *apud Ouidium. Nux loquitur:* vtinam ipſa meos excutere fructus poſſem. ἀποσείσασθαι τὸν καρπόν.

Trzeſe o czym / *vel* **trzeſá o czym ludźié.** *Idem* **Tárkam / Mowie.**

Trzeſe kogo / Excutio aliquem, *Plaut. Cicer.* Excutio res alicuius, *Cicer.* Scrutor tabellarios, *Cicer.* Prætento: prætentatis & excuſſis culcitis & ſtragulis, *Sueton.* **zmácawßy.** Perſcrutor arculas alicuius, *Cicer.* φωράω, ἐκζητέω τινα: τὸ κλέμμα ἐρευνάω παρά τινι.

Trzeſe śię / trześié śię co. *Forma ex Actiuis ſuprà poſitis Paßiua, & præterea hæc adde:* Tremo, *Plaut.* Totus tremo, *Terent.* Tremo toto pectore, *Cicer.* Tremo artus. Tremunt Alpes. *Virgil.* Tremit tellus, frondes. *Ouid.* Tremor terras grauiter pertentat. *Lucret.* Vacillat ſub pedibus tellus, *Lucret.* τρέμω, τρομέω, ὑποτρομέω. Quatior ægritudine, *Cicer.* σείομαι. Vibrat terra: vibrans ſonus. *Plin.* Succutitur currus, *Ouid.* ὑποσείεται. Quatiuntur tonitru cæli, *&c. Lucret.* Succuſſat greſſus vulnus, *Accius.* κραδαίνομαι: ἔχει, ἔλαβεν, εἷλέ με, vel τὰ γυῖά με τρόμος. Tremiſcunt propter viam tecta plauſtris concuſſa, *Lucret.*

Trześienie czégo / Agitatio. Succuſſus, *us.* pedetentim ite ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. Terræ motus, *vel* terræ-motus. Coagitatio pulmonum. *Cicer.* Quaſſatio terræ, *Senec. Palmatias, æ. m. motus terræ. & Panitatio terræ, Apulei. quaſi* παλματίας, *à* παλμὸς, *tremor. Mycetias eidem, motus cum mugitu.* ὁ μυκητίας, *plures vide apud eundem.* Vexamen, *Lucret.* Cecidiſſe vrbes vexamine mundi. Pulſus terræ, *Ammian.* ὁ σεισμὸς γῆς: ἡ γῆς κίνησις. ἢ τὸ δόνημα, ἡ δόνησις, ἡ ἔνοσις, τὸ σεῖσμα, ἡ σεῖσις, ὁ ὑπόσεισμος. *Succuſſatura, ſ. equi. Nonius. Succuſſatum per quartam legit Iunius, & Gotfred.*

Trześiogonek ptak / *v.* **Plißká /** *alijs* **Popek.**

Trześiony owoc / Decuſſa poma, *vt apud Ouid. decuſſa lilia:* ὁ καταβληθεὶς, ἐντός. ἀποσεσεισμένος.

Trzéśnia / trzéśnie / czéréśnie. *Species ceraſorum maiorum præcocium & dulcium.* Ceraſia, *Vrſin.* Ceraſum album, *Matthiol.* ἡ κερασία λευκή. *Hæc ceraſus arbor. Hoc ceraſum fructus.* τὸ κέρασον vel κεράσιον λευκόν.

Trzéśnie poziemne / wiśienki. *Chamæceraſus, Vrſinus.* ἡ χαμαικέρασος.

Trzéßczący / Stridulus: ſtridula fax. *Ouid.* ὁ λιγὺς, ὑος. ὁ, ἡ λιγυηχὴς, ἐος. ψοφώδης, ες. Stridentes rudentes, *Virgil.* Crepax mola, *Senec. ep. 114. i. ſtrepens ob ſalem farri additum.*

Trzéßczę / trzéßczy co. Crepitat bractea, *Virg.* Crepitant in igne myrteta, *Plin.* Crepitat lamina, *Senec. Agamem.* Fragorem dant frondes, *Lucret.* Do crepitum, *Iuuen.* Stridunt funes, *Virgil. & Plin. à ſtrido.* Stridet ignis, *à ſtrideo, Lucan.* Stridet merum in igne, *Ouid.* Dant ſonitum frondes ramique fragorem, *Lucret.* Stridentia in frendendo, *Plin.* ῥαθαγέω, σμαραγέω, σμαραγίζω, ψοφέω, λιγυρῶς ἠχέω.

Trzéßczenie / Strepitus, *Plin.* Iuglans frangi ſe prænuntiat ſtrepitu. Stridor rudentum, *Virgil.* Crepitus viridis materiæ, *Liui.* Fragor arborum, cùm franguntur. *Ouid.* ὁ ψόφος: ὁ λιγυρὸς ἦχος: ὁ πάταγος.

Trzéßczki / koſtki máłe drobne w ſtáwie ręku / nóg. τὰ σησαμοειδῆ, *ſubaudi* ὀστᾶ. *Seſamoides os, ſic vocat Vrſin. oſſa minuta in articulationibus digitorum manus & pedis, quorum ſonus auditur in tenſione* [*Seſamidæ vulgò.*

Trzéwá / i. kißki / żołądek / tłuſtość / plugáſtwo / błony. Inteſtina, *orum. n. plur. Celſ.* A viſceribus ad inteſtina

veniamus. Præcordia, *n. plur. Cicer.* Annulus in præcordijs piſcis inuentus eſt. Interanea, *orum. Plinius.* τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἔνδοθεν, τὰ ἐνδόσθια, τὰ ὑποχόνδρια. *Gorr.* ἡ κοιλία, *i.* vitalia, *ium. In Exod. Leuit. Paralip. 2.*

Trzewowy / Extaris, *adiect.* vid. Garnec 2.

Trzewik / Calceus, *Cicer. Horat.* Calceus mulleus, *Cato.* Trzewik wyſoki. ἡ ἀρβύλη. *Galeno eſt* ὑπόδημα κοῖλον καὶ περιεσφιγμένον, ἀκριβῶς ὅλῳ τῷ ποδὶ μέχρι τῶν σφυρῶν, *i. calceamentum cauum totum pedem aptè conſtringens vſq; ad talos.* τὸ καλτίον, τὸ πέδιλον, ἡ πηλοπατὶς, ἰδίως. *Hippocrat. à calcando luto.* Calceolus, *Cicer.* ὁ καλτίκιος. Baxea, *Plaut. Apulei. i.* calceus, *Rader. At* αἱ ἁπλαῖ, *vel* τὰ ἁπλᾶ, *ſ.* ὑποδήματα. *Calceus ſimplicem ſoleam habens.* τὰ μονόπελμα. O iedney podeſzwie / vide Obow. *Sinenſes calceos è byſſo & filo ſerico circumferunt, è pellibus verò concinnatos nonniſi fex vulgi geſtat. Trigaut. noſtræ Societat. lib. 1. cap. 2. Calcei bicolores Magiſtratus inſigne apud Turcas, i. coloris purpurei & albi, & à lateribus aquilæ ex margaritis confectæ, Codin. Apud eoſdem Tzangia eſt ſpecies calceorum quibus vtitur Imperator in publicis ſupplicationibus, Idem. Calcei Sicyonij in prouerbio, i. exquiſiti, apud Cicer.*

Trzey / trzy / Tres, *Plaut. Virgil.* Omnes tres, *Quintil.* Tris, & treis, *vel* treîs, *pro* tres. *Quintilian. Gelli. Priſcian.* Terni denarij, *Cicer.* Terna milia, *Martial.* Trinæ, triplices literæ. *Cicer.* Trini ſoles, *Plin.* Trina ſacrificia, *Sueton.* οἱ, αἱ τρεῖς, τὰ τρία, οἱ τριττοί.

Trzeźwi / Sobrius, *Plaut. Cicer. Terent. quaſi ſebrius, i. ab ebrio ſeparatus. Donat.* Abſtinentiſſimus vini, *Columella.* Siccus, *apud Cicer. vinolento opponitur.* ὁ ξηρὸς, *ſic Plaut. & Horat. vſurpant.* ὁ νηφαλικὸς, νηπτικὸς, νηφάλιος, νήφων, ὁ ἀμέθυστος, ἀθώρηκτος. *non temulentus.*

Trzeźwi ieſtem / νήφω, ἀπονήφω: νηφαίνω. *Sobrius ſum.*

Trzeźwię / vide Roztrzeźwiam.

Trzeźwiéie / vide Roztrzeźwieć.

Trzeźwię ſie po piiáńſtwie / zbywam głowy zdrázy z-piiáńſtwá. Vini digerendi cauſa declamo, *Cicer. vel* curro, equito, laboro. τὴν κραιπάλην τρίχων διασκεδάζω: ἱδρῶσαι ἕνεκα τοῦ διαφορῆσαι κραιπάλην, *vel* ἕνεκα τῆς διαφορήσεως κραιπάλης: ἱδρῶν ἵνα ἐξαίρω μέθην: ἐκ πολλῆς οἰνώσεως κραιπάλην τρέχω.

Trzeźwo / Sobriè, *Plaut. Cicer.* νηφαλίως.

Trzeźwość / Abſtinétia, *Quint.* ἡ νῆψις. *Sobrietas in SS. libris.*

Trzmiel / przmiel / *Vrſin.* drzewko. *Fuſaria, Geſner.* [*Lardaria, Vrſin. Officin. ab vſu, ſed voces non ſunt Latinæ. Euonymus ab Vrſin. Iuni. & ab alijs vulgò vocatur, ſed non rectè puto, nam* ἡ εὐώνυμος *ſeu* ἀνώνυμος, *Gorr. Plin. Geſnero, arbor eſt Punicæ mali par, & folio ſimili, flore albo, & violæ proximo, odore graui, & peſtifero, folliculis Seſami in quibus acinus ſolidus quadratus pecori letalis, quorum nihil ferè noſtræ arbuſculæ quadrat. Euonymus à Latinis, infelix arbor vocatur & inauſpicata. Henric. Stephan. ob effectum, ſed Græca appellatio ei data eſt per Antiphraſim, &* κατ' εὐφημισμόν. *nam & Plin. nec auſpicatam vocat, quæ fruticis noſtro non conueniunt.* Trzmiel *ergò potiùs dixerim Carpinum. Nam Carpinus apud Plin. eſt arbor ligno flauo, fiſſili, vt legit Dalecamp. quadrat eidem deſcriptio Carpini copioſa apud Matthiolum poſita, ſed & apud Theophraſtum.* ἡ καρπῖνος, *dicitur eſſe arbor ligno duriſſimo, & ſumptuoſis operibus vtilis, quod etiam noſtrati arbuſculæ quadrat. Ex eadem Columella, bona manubria ferramentorum fieri aſſerit, & inter humiles arbores eam reponit. Eandem Zygiam Plin. & Vitruu. vocant, quòd iuga boum ex ea bona fiant, quod verum eſſe poteſt, etiamſi apud nos ex alijs arboribus, quarum copia maior & lignum corpulentius ac craſſius conficiantur. Nec me mouet quod ex genere aceris Carpinum eſſe aſſerit, Plin. nam ſtatim id corrigit & peculiarem arborem eſſe ait. Eandem Vitruuius catenationibus vtilem docet, (intellige ſi, vt fortè in Italia ſit, grandior creſcat) quòd non ſit fragilis, & vtiliſſimam tractabilitatem habeat.* ἡ ζυγία. *Eſt item apud Theophraſtum* τετραγωνία, *arboris nomen ignotæ, quod noſtræ huic accommodari poteſt: nam dum tenera eſt, tetragonum caudicem habet, ſed & maturo fructum tetragonum profert, aſpectu iucundum.* Tetragoniam *Theophraſti,* Sanguineum fruticem *Plinij,* infelix ac infame lignum *vocat Dalecãp. Sed & noſtrum* Trzmiel *tenerum rubet, & quadratam virgam habet.*

Trzmiel robak / vide Trad 3.

Trznadl / ὁ στρουθὸς ὑπόχλωρος. *Paſſer flaueſcens.*

Trzodá / Grex *eſt minorum animalium, vt ouium, caprarum: Iſidor.* Grex porcorum, *Valla.* Porci de grege, *Horat. Oues decem gregem faciunt, Calliſtrat. IC.* ἡ ἀγέλη, ἡ ποίμνη *&* τὸ ποίμνιον. *Grex ouium,* v. Stádo.

Trzonek v ſierpá / ſiekaczá / *&c.* *Manubrium ligneum falcis, cultri, &c.* ἡ λαβὴ ξυλίνη δρεπάνης, *&c.*

Trzonowy zob / vide Zeby trzonowe.

Trzos / Zonâ ſe aureorum plena circumdedit, *Suetoni.* Auro monetali zonæ refertæ, *Apule.* Zonas plenas argenti extulit, *Gelli. propriè.* ἡ ζώνη ἐκ τῆς λεβηρίδος ἐγχέλυος. *Saccus, zona ex anguillæ exuuijs.* Ventrale *Plinij, interpretatur Dalecamp.* τὸ κοιλιόδερμον, *&* φύνδαμα *ex Gloſſ.* Zonam *ex IC. quam etiam* fundum *inquit vocant, &* profundum. Fundam, *Turneb. ex Macrob.*

Trzpiatam ſie / Succutior, *Ouid.* Aduerberat pellis armos vnguibus, *Stati.* περιδονέομαι: ὑποσείομαι, κινέομαι ὑπὸ δρόμου ἵππου, *vel* ὑπ' ἀνέμου. Fluitant, *al.* flutant *contractè, Lambin.* vela trementia per malos: fluitantia apluſtra. *Lucret.* Tortari, *Lucret.* v. Rzucam 1.

Trzy ćwierći / Dodrans, *ſeu tres quartæ partes iugeri vel alterius rei, Colum.* τὸ τριμόριον. vide Częśći cáłey rzéczy.

Trzyćwierćiowy / Dodrantalis, *Columel.* ὁ τριμοιριαῖος.

Trzy częśći / vide Częśći cáłey rzéczy.

Trzyczęśćiowy / Trientalis: folia trientalia. *Plinius. quæ trientem magnitudine æquant.* [ὁ τριτημοριαῖος. Triens, *adiectiu.* Trientes penſiones, *apud Lampridium, pro tertia parte ſortis, v. g. pro quatuor nummis ſeu 4 vnciis, &c.*

Trzy dni / Triduum, *Cicer. Terent.* τὸ τριήμερον, ὁ τριήμερος, τριημερεύοντος χρόνος. *qui eſt trium dierum.*

Trzydźieśći czégo / Triginta, *Virg.* Terdeni, *Virg. Martial.* Ter dena oua, *Plin.* Triceni, *Ad Herennium. Plin. Columel.* τριάκοντα.

Trzydźieśći dźiewieć / Vndequadraginta, *Liu.* τεσσαράκοντα ἐνλείποντα *vel* δέοντα ἑνός. *& vulgari more:* τριάκοντα ἐννέα· ἐννέα καὶ τριάκοντα.

Trzydźieśći dźiewieć kroć / Vndequadragies, *Plinius.* ἐννέα καὶ τριακοντάκις.

Trzydźieśći kroć / Tricies, *Cicer. Plin.* τριακοντάκις.

Trzydźieśći lat / trzydźieſtoletny czás. Tricennium, *IC.* τὸ τριακονταετές.

Trzydźieſtoletny / Tricenarius, *Senec.* Tricenarius filius. ὁ, ἡ τριακονταέτης, ἔος.

Trzydźieſtny / potrzydźieſtny. Tricenarius, *Varr.* tricenariæ vites, *quæ 30 amphoras implent.* τριακονταδικός. *Robert. Stephan. potiùs dixerim* τριακοντούτους *vel* τριακοντάχοος, *exemplo Theophraſti.*

Trzydźieſty / Triceſimus, *al.* Trigeſimus. *Cicer. Horat.* ὁ τριακοστός.

Trzyfuntowy / Trilibris mullus, *Horat. & Mart.* [*ὁ τρίλιτρος.* Treſſis, *i, trium aßium, aſſem pro libra ſumendo.*

Trzy funty wagá / Trepondo, *Quintilian.* Tripondium, *Sipont.* [*τὸ τρίλιτρον.* Treſſis, *hic. ſubſt. i. tres aſſes ſeu libræ.*

Trzygárcowy / Modialis olla, *Plaut. non plenè quidem, nam modius habet ſextarios 16. tres congii autem ſextarios 18 capiunt, ſeu libras 30. modius libras 27.* $\frac{1}{3}$ *quæ differentia parua eſt. τὸ τετραχοίνικον μέτρον.* Tricongium poteſt *dici, nam Tricongius quidam potator dictus eſt teſte Plinio, Rhodigino.*

Trzygodziny / Trihorium, *Auſon.* [*τὸ τριώριον.*

Trzygrániec ná niebie / Deltoton, ſignum Andromedæ. *Cic. ſidus ſtellarũ figuram literæ Δ referentium. τὸ δελτωτόν.*

Trzygránisto / ná trzy wegly. In trigonum ſtatuere aliquid, *Pallad.* *ἐς τρίγωνον.*

Trzygránistość / Triangulum, *n. ſubſtant. Cicer.* De triangulis & quadratis aſtrologorum. *ὁ τρίγωνος, τὸ τρίγωνον.* Triquetra forma, *Colu.* Trigonus *ſubſt. Manilio.*

Trzygránisty / vide **Tróywegláſty.**

Trzyięzyczny / Trilinguis, *Horat.* *ὁ τρίγλωττος.*

Trzykłykły / *ὁ τρικόνδυλος.* Tricondylus, *tres condylos habens digitus. vtitur talibus vocibus Græcis Cæli. Rhod. Latinè loquens.*

Trzykroć / Ter, *Cicer.* *τριάκις, τρίς, τρισσάκις, ἐπὶ τρίς.*

Trzykroć rodny / Triferus, *al.* Trifer, *Colu. Plini.* *ὁ τρίκαρπος, ὁ τριφορῶν, particip.*

Trzykwartowa miárá / Chœnix, *icis, f. Fannio. menſura Græcorum, capit ſextarios ſeu logos 4. ſeu libras 4. vncias 80. vt &* Cabus *Hebræorum. 4. Reg. 6. ſexta pars ſati ſeu vrnæ. quarta pars modii, propriè* trzy kwarty i czwartey / $\frac{1}{3}$ i. trzecia część ábo gárniec máły / *quia 40 vnciis à congio deficit. aliter Alcazar Cabum ſati quartam partem non ſextam facit.* Chœnix *diurni olim cibi menſura non ſolùm poſterioribus ſæculis ſed etiam ante Homeri ætatem, apud quem ita Telemachus loquitur: ὁ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅστις ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτεται καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς. quatuor vel quinq; librarii panes inquit Colum. fiunt è Chœnice. ἡ χοῖνιξ.* Chœnix, *Caſaub. octaua pars modij Romani. ſic & Budæ. ἡμερησία τροφή, Heſych.* Dimenſum, *Terent. in Phormion.*

Trzy látá / trzyletni czás. Triennium, *Cicero. Ouidius.* Trieteris, *idis. Cicer. Martial.* Trimatus, *Columella. Plini. ἡ τριετηρίς, ίδος, τριετία, ὁ τριέτης χρόνος.*

Trzy látá temu / ták trzy látá / przed trzemá láty. *προπέρυσι, tertio anno retrò. & ὁ προπερυσινός,* ták trzyletni / *tertio retrò anno ab hoc natus, factus, viſus, &c.*

Trzyletni / Trimus, *Plaut. Virgil. Plin.* Trimulus, *Sueton.* Triennis, *Sipontin. ὁ τρίενος. ὁ, ἡ τριετής, έος. & τὸ τριετὲς παιδίον. at τριετὲς Aduerb. Triennio. ὁ τριετηρικός, eſt tertio anno recurrens.* Trietericus, *Virgili. Ouidi. τριετίζω, triennium ago. Monet Etymologus, nomina ex ἔτος compoſita in της exeuntia, quando ſignificant tempus ipſum v. g. triennij, decennij &c. acuere penultimam, & eſſe primæ ſimplicium: vt ὁ τριέτης χρόνος. cùm vero rem affectam illo tempore ſignificant, v. g. triennis homo, animal, acuere vltimam & flecti per primam Contractorum: vt, ὁ, ἡ τριετής, έος: καὶ τὸ τριετές. hic, hæc triennis, & hoc trienne. Video tamen afferri à Lexicographis exempla deſinentium in ἔτης, de habente ætatem vel tempus illa voce ſignificatum: vt, ὁ πενταέτης, ου qui quinque annorum eſt. ὀκταέτης, qui octo annorum eſt. ἑπταέτης, ſeptennis. τριακονταέτης, qui triginta annorum eſt, &c. Itaq; Henric. Stephan. Suidam ſecutus, ait nomina hæc in communi lingua acui diciq; τριετὴς & eſſe communia, flectiq; per primam contractorum. ὁ, ἡ τριετής, έος. Ab Atticis autem accentum in penultimam retrahi, & per primam ſimplicium inflecti maſculinaq; eſſe. ὁ τριέτης, ου. & ab eis formari fœminina in ις, vel ῖτις, ῆτις, ιδος. vt ἡ τριέτις, ιδος. πεντηκονταέτις, πεντηκοντέτις, ιδος. Sunt nihilo minùs exempla Platonis, Ariſtophanis, quæ docent nomina hæc retracto ſecundum Atticos in penultimam accentu, nihilo minùs per primam contractorum inflecti, quod etiam Suidas monuit. Apponam hîc aliquot exempla, ex quibus variam formationem horum Nominum aduertas. ὁ, ἡ πενταέτης, ου. vel ὁ πεντέτης, ου. hic, hæc, quinquennis. & ἡ πεντέτις, ιδος. hæc quinquennis. Item ὁ, ἡ πενταετής, έος. & ὁ, ἡ πεντετής, έος. vel ἔτους. hic, hæc, quinquennis. At ἡ πενταέτις, πεντέτις, ιδος. πεντέτις, ιδος. hæc quinquennis. Item ὁ πενταέτηρος, ὁ πενταετηρικός, ὁ πεντετηρικός, hic quinquennis. at ἡ πενταετηρίς, ἡ πεντετηρίς, ιδος. quinquennium. Item τὸ πενταετές, quinquennium. At πενταέτες, ſine articulo Aduerb. quinquennio. τὸ πενταετὲς παιδίον, quinquennis puer. Item ἡ πενταετία, quinquennium. Ad hunc modum formabis alia his ſimilia: vt, τριέτης, δεκαέτης, τεσσαρακονταέτης &c.*

Trzylistnik ziele / vide **Storczyk.** *Item,* Nigina *herba tribus foliis intubaceis longis, cicatrices ad colorem reducens, Plin. aliter nyma.*

Trzylistny / *ὁ τριπέτηλος.* [*Trifolius (vnde Trifolium herba, Plin.) ὁ τρίφυλλος.* Trifolius, *Henric. Stephan.*

Trzyłokćiowy / *ὁ τρίπηχυς, εος. Tricubitalis & Tricubitus, a, um. Sipontin.*

Trzymácz / Tentor, *oris. qui tenebat equos ad curriculum, Turneb. ex vet. inſcript. ὁ ἡνίοχος. vel ex Sophocle. ἱπποδέτης, ου.*

Trzymam co w-ręku / dźierżę. Teneo baculum dextrâ, *Ouid.* Teneo in manu poculum: aliquid manu teneo. *Cicer.* Teneo in ſinu aliquem, *Ouid.* Attineo, *Plaut.* Nunc iam cultros attinet. *i. expeditos & propè admotos habet. ἴσχω, νέμω, ἔχω διὰ χειρός: κρατέω τι ἐν τῇ χειρί.* Prætendo aliquid manu, *Virg. Ouid. i. ante me teneo.*

Trzymám kogó za ſukniá/za ogón/tr. *&c.* Teneo aliquem laciniâ, *Plaut. Lambin.* [zá koniec ſukniey / zá łono / roſpór. Laciniâ aliquid retineo, *Sueton. Et Cicero licet ſenſu tranſlato dixit:* Obtinere aliquid laciniâ, *i.* ſtábo/ zá koniec. *ἀκροθιγῶς κρατέω: κατέχω ἐκ τῶν κρασπέδων, τοῦ ἱματίου.*

Trzymam máiętność / miáſto: Teneo hereditatem, ciuitatem, prouinciam, vrbem. Eſſe in bonis. *Cicer.* Teneo oppidum, *Cæſar. ἔχω, ἐπέχω πόλιν: κρατέω θαλάσσης, πραγμάτων.* Poſſideo agros, bona, *Cicer. πάομαι vel potiùs πέπαμαί τι: κτάομαί τι.*

Trzymam kárczmę / Exerceo cauponam, ſtabulum. *Vlpiã. σταθμοῦχος, πανδοχεύς εἰμι: ξενίζω, ξενοδοχῶ ἅπαντας: τὸ πανδοχεῖον κρατέω.*

Trzymam kogo ná ſłowie / Suſpenſum aliquem exſpectatione teneo. Detineo ſuſpenſum aliquem. *Cic.* Suſpenſum aliquem teneo, *Virgil.* Suſpendo aliquem exſpectatione, *Plin. iun. Curt.* In ſuſpenſo aliquem relinquo, *Plin. iun.* Morari aliquem promiſſis, *Lucret.* Ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendo, *Sueton. in Tiber. ἀνακρεμάω ἐξ ἐλπίδος.* v. **Zwłáczam kogo.**

Trzymam kogo ſłowy / bawię rozmową. Traho aliquem ſermonibus, quouſque *&c. Valer. Max.* Teneo aliquem pluribus, *Cic. κατέχω τινὰ λόγοις, τῇ ὁμιλίᾳ vel ὁμιλῶν.* Remoram facio alicui, *Afran.* Quænam vox ex te reſonans meo gradu (*progradui*) remoram facit?

Trzymam kogo ná wodzy / mam kogo w-kárnośći. Habeo aliquem arcte contenteq́;, *Plaut.* συνέχω τινὰ στενῶς. Teneo aliquem in officio, *Cæſar.* Habere militem antiqua diſciplina, *Liui.* Diro imperio habitum vulgus. *Tacit.* Retineo metu aliquem, *Terentius.* Retineo in officio aliquem. Retineri vi ac metu. *Cicer.* Χαλιναγωγέω, ὡς τινὰ κατέχω τινὰ ἰσχύϊ. *Nunquam remitto vel laxo habenas. Non laxis ſed adductis habenis teneo aliquem.*

Trzymam kogo w-kluźie / Retineo damnatos, *Plin. iun.* Contineo cauea pullos, *Columell.* Contineo tecto, ſub tecto pecudes. *Idem.* Teneo aliquem ſeptum cuſtodia: retineo in cuſtodia. Arceo vinculis & cuſtodia aliquẽ. Aliquem vinculis deuinctum & conſtrictum teneo. *Cic.* ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κρατῶ: τῇ ἁλύσει τινὰ δεδεμένον κρατῶ, *vel* τηρέω. *& ſimpliciter* τηρέω τινὰ δεδεμένον, *vel* δήσας τινὰ ἔχω. *Vicin.* **Więźnie kogo.**

Trzymam ſłuchácze / Tenere attentos animos: tenere ſermone aliquem: tenere populum concionibus. Suſpenſos tenere oratione iudices. *Cicer.* Tenere animos dulci nouitate, *Ouid.* τοὺς ἀκροωμένους τοῖς λόγοις ψυχαγωγέω: τοῖς τερπνοῖς λόγοις τοὺς ἀκροατὰς κατέχω.

Trzymam komu ſłowo / wiárę / vmowę chowam. Seruo fidem de re aliqua, *Plaut. Cæſar.* Seruo fidem in re aliqua, *Teren.* Seruo fidem veritatis, *Quint.* Seruo promiſſum, *Plaut. Virg.* Fidem meam tueor, *Cicer.* Sto in fide. Conſtat fides Prætoris. *Liuius.* Sto pactis, *Idem.* Sto promiſſis. Sto conditionibus & conuentis. *Cicer.* Διατηρέω πίστιν πρός τινα: τηρέω συνθήματα: ἐμμένω τῇ ὁμολογίᾳ, *vel* τοῖς ὁμολογημένοις, *vel* ταῖς συνθήκαις. *Eleganter Senec.* Quia promiſi dabo & indigno, vt verba redimam, *ſ. pecunia.*

Trzymam ná ſobie co / kogo. Suſtineo aciem, *Tacit.* Suſtineo Rempub. ceruicibus meis: dignitatem & decus ciuitatis: humeris Rempub. negotium humeris: prælium. *Cicer.* Suſtineo pugnam, *Liu.* Suſtento aciem, *Virgil. Tacit.* ὑφίστημι, ὑφίσταμαι τὴν ὁρμὴν & τῇ ὁρμῇ.

Trzymam o kim dobrze / źle. Benè *vel* malè de aliquo ſentio, æſtimo, exiſtimo, iudico. Multùm alicui tribuo. *Cicer.* **Wiele trzymam o kim.** δοξάζω καλῶς περί τινος.

Trzymam kogo / *aliter. tr.* vide **Serca dodawáć.**

Trzymam kogo / *aliter* **zátrzymać áby nie vpadł.** Retine me obſecro, *Plaut. Terent.* ἀντέχω ἢ κατέχω τὸν πίπτοντα ἢ πταιόμενον. Suſtinere labentem, *Cicer.*

Trzymam o ſobie wiele / máło / ſłabo. Falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induit. Nimium mihi tribuo. Maiores ſpiritus duco, *Quintilian.* Multum mihi ſumo, arrogo, tribuo. *ex Cicer.* Ingentes tollere animos, *Virgil.* Sumere ſpiritus, *Cæſar.* μέγα φρονέω, μέγιστον φρονέω: δοξάζω: ὑψηλοφρονέω: ὑψηλὰ φρονέω: φρονηματίζομαι. *At* ταπεινοφρονέω, *modeſtè de me ſentio.* μικρὰ φρονέω.

Trzyma mię co / Tenet me Theſſalonicæ literarum expectatio: valetudo, ventus. *Cicer.* συνέχει με νόσος: συνέχομαι νόσῳ, κακοῖς.

Trzymam ták o tym / rozumiem. Iudico. Sic ſtatuo & iudico. Teneo: interea hoc tenebo. Sic ſentio, aliter exiſtimo: loquor, vt opinor, *Cicer.* δοξάζω. v. **Sądzę 1. Mniemam /** *&* **Ták rozumiem.**

Trzymam ſię od gniewu / v. **Hamuię ſię.**

Trzymam ſię czego / Sequor naturam ducem. Sequor verbum, *i. interpretando proprio modo, Cicer.* Sequor conſuetudinem, *Plin. iun.* Inhæreo veſtigijs prioribus, *Colum.* Seruo inſtitutum, *Cicer. Cæſ.* Teneo conſuetudinem, *Colu.* Conſuetudinem meam, ſententiam, inſtitutum teneo. Teneo curſum, quem ſuſcepi: religiones maiorum: teneo aliquid mordicùs. *Cicer.* ὀδὰξ τὸ κρατῶ: ἐμμένω τοῖς ἴχνεσι τῶν προγόνων. ἐμβάλλομαι ποῦ τὰ ἴχνη τῶν προϊόντων φέρειν. *Sequor præcedentes.* ἀναποσπάστως πρός τι διάκειμαι. *auelli ab aliqua re nequeo.*

Trzymam ſzkołę / vide **Szkołę trzymam.**

Trzymam ſtraż / vide **Straż trzymam.**

Trzymam z kim / ſtoię przy kim zdániem. Sentio cum aliquo, *Cic.* Næ iſte haud mecum ſentit, *Teren. i. diſſentit.* Sentio ab aliquo, *Plaut.* Sentio pro aliquo, *Gellius.* Aſſentior alicui, Sequor iudicium, ſententiam alicuius. *Cicer.* Adſtipulor alicui, *Plin.* Pro iiſdem partibus ſtare, *Senec.* Ab aliquo: cum aliquo eſſe: cum aliquo ſtare, *Cicer.* συναγορεύω σοι ταῦτα: παρίσταμαί τινι: συνίσταμαι, ὁμογνωμονέω, ὁμονοέω, προσίσταμαι τῷ: συνδοκεῖ μοι ταῦτα: συμφωνέω σοι ἐπὶ τοῖς: συγκατατίθεμαί σοι *vel* τοῖς εἰρημένοις.

Trzymam ſię gdźie / nie wychodzę. Teneo me oppido: domo: domi: clauſo portu. *Cicer.* ἐμμένω τῷ οἴκῳ *vel* ἐν οἴκῳ: κατέχω ἐν τῷ: οἰκουρέω, ἐνοικουρέω, οἰκουρέω ἐν ἄστει.

Trzymam co ſkąpo / nieużyczam / nieprzedáię / zátrzymawam ná drogi czás. Comprimo frumentum clauſumque teneo. Teneo compreſſum frumentum. *Cicer.* συνέχω τὸν σῖτον. Strangulo diuitias. *Stati.* Arca diuitias ſtrangulat. Inhians indormis ſaccis vndique congeſtis. *Horat.* Arca flagellat opes, *tr. Martial.* Flagellat annonam manceps, *Plin.* Gazis inhians, *Senec. Furente. Vicinum,* **Skępię.**

Trzymánie / dźierżenie czego. *Tentio, à Teneo. propria vox eſt ſed non eſt vſitata niſi compoſita, vt & Græca.* ἡ κράτησις. Retinentia, *æ. Lucret.* ἡ κατοχή, ἐπικράτησις. Tenacitas, *Plin. de Polypis:* Grandibus minor tenacitas. **Krzepkość do przypiłania ſię / do przypięćia i trzymánia.**

Trzymam táiemnice / chowam / nie wydáię. v. **Táię 1.**

Trzymieśięczny / Trimeſtris annus, ſpatium, auis. *Plin.* ὁ τριμηνιαῖος, τρίμηνος.

Trzymilny / trzy milé máiący. Triſchœnus, *Plin.* Menſura triſchœna. ὁ, ἡ τρίσχοινος.

Trzymonaw / trzymonawek rybá morſka. Echeneis, *idos. f. Plin. Ouid. Lucan.* ἡ ἐχενηΐς, ΐδος. ἀπὸ τοῦ ἔχειν *ſeu* κατέχειν νῆας, *quòd detineat naues.* ὁ ναυκράτης, τος. *D. Baſilio, Suida. eodem ſenſu.* Odinolyon, *ontis. maſc. Plinius.* ὁ ὠδινολύων, οντος. *Similiter ab effectu, quòd partus grauidarum ſoluere creditus ſit.* Remora, *æ. Plin. Feſt. eandem &* Remeliginem *vocat à morando, quia remoratur nauem, afferitq́; ex Plauto & Afranio teſtimonia harum vocum licet tranſlatarum, pro tarditate nempe ſumptarum. Sic legit apud Feſtum Scaliger, & Dalecamp.* Remiliginem *legit Lambin. quin remoraginem mallet potiùs ſcribere, vt Hermolaus & Rondeletius fecit. Paruus eſt admodum piſciculus inquit Plin. ex concharum genere, limaci magnæ ſimilis, qui ruant licet venti, & ſæuiant procellæ, imperat furori, vireſq́; tantas compeſcit, & cogit ſtare nauigia (curſu celerrimo incitata) quod non vincula vlla, non anchoræ, &c. hæc nauẽ Antonij, & C. Cæſaris quadringẽtis remigibus impulſã tenuit: hæc & plura Plin. Similia de eodem Ouid. Halieut. Lucanus, Caſsiodor. L. Variarum. Hæc eſt vulgaris de Remora narratio, quam multi graues & docti viri, quos hîc pono, vt veram admittunt. de qua tamen Geſner. Brod. Martinus Delrius, & alij recentiores meritò dubitant, eò quòd multa, varia, dubia, & pugnantia antiqui ſcriptores de hoc piſce prodiderint: nam alij aliam illi molem, colorem, formam, & vim attribuunt. Ariſtot. vocat piſciculum ſaxatilem, & pinnarum quiddam inſtar habere aſſerit. Concham alij apud Geſnerum aiunt eſſe. ¶ Oppianus piſcem*

cubitali magnitudine anguillæ ſimilem. vt & Ælian. ponit. ❡ Bellonius exoſſem & mollem totum ſpithamæ magnitudine facit. ❡ Suidas ex Baſilio magnitudinem Gobij & pinnas 4 ei attribuit. ❡ Rondeletius ignotum eſſe aſſerit, & Lampetram ex Oppiano appellat. ❡ Plin. ſemipedalem & 5 digitos craſſum, roſtro in angulos exeunte, deſcribit. Eundem ad fundum nauis affixum ſiſtere nauem ſcribit Oppian. ❡ Ad latus autem fixum id facere Plutarch. ❡ Rondelet. autem ad puppim, vel ad latus, non ad fundum nauis hærentem impedire nauem ait: eundem in nauim poſitum nullam vim habere ſcribit Plin. qui eandem vim ſiſtendi nauem currentem Murici attribuit l. 9. c. 25. i. conchæ Venereæ. Rondelet. Cerda. Nuſquam ſe alioqui de hoc piſce diligentiſſime indagantem comperire aliquid potuiſſe ſcribit Gilbert. & Gyraldus. Et certè tot annorum (nempe bis mille) perpetuis, crebrioribusq́; ac longioribus quàm olim per omnia maria nauigationibus, nihil vnquam ſimile compertum eſt; cùm tamen tam inſignis vna piſcium ſpecies ſi fuit, perire non potuiſſet, ſed multiplicari potiùs debuiſſet, & ſæpiùs varias naues impedire, præſertim verò ſi pluribus ſpeciebus ineſſet vis eadem, vt Plin. de Murice, Rondelet. de Lampetra aſſerit. Deinde, quia illa mora nauium, quæ ſemel aut bis accidiſſe fertur, ab alijs cauſis prouenire potuiſſe rectè exiſtimari poteſt, vt à ſcopulis ſub aqua latentibus, à limo vel ab arenis breuium, vel ab alijs ignotis cauſis quas nautæ illi ignorantes, dum nauem hærentem liberaturi in aquas ſe demittebant, conchas nauibus communiter adhærentes (quas quieto tempore nemo obſeruat) aſpexêre, quibus dum emoliuntur ex arena nauem amotis, moræ cauſam in illas reiecerunt. Indicat id Plutarch. lib. 2. Sympoſiacōn problem. 7. vbi ait: Nauem limo, muſco, alga, & alijs viſcoſis rebus impeditam tardè ferri. Quare nautæ latera nauium abſtergunt, & interim etiam echeneida eiuſdem tarditatis non cauſam, ſed cauſæ efficientis accidens amoliuntur. Neq́; abſurdum eſt opinari nauium illarum curſum veneficijs fuiſſe inhibitum, cùm ſciamus temporibus illis veneficiorum vſum magnum fuiſſe, & Cacodæmonem tot alia ſtupenda portenta edidiſſe. Facit huc, quod ſcribit Ariſtot. Suidas, Plin. piſcem hunc olim ad veneficia adhiberi ſolitum, & tam iudicibus peruertendis, tum amatorum philtris ſeruijſſe. Ridiculè vel ſaltem non Philoſophicè Lonicerus de naue Periandri, quæ imperium de caſtrandis pueris portabat, ab echeneide retentam ſcribens: indignatam dicit naturam ob probrum ſibi inferendum nauem cohibuiſſe. Sed conceſſa etiam veritate huius opinionis tam incertæ, & vt puto falſæ, non minor eſt difficultas in cauſa huius rei inueſtiganda. Scio ad occultam vim confugere Iulium Scaligerum, & Conimbricenſes. verùm obſtat proportio effectus ad cauſam nulla. Vnde enim tanta vis tantillo piſciculo, qui modo liberè & latè vagabatur, vt naui tacta immobilis repentè fiat, & eius currentis impetu non abripiatur? Item, cur eam vim tunc potiùs, vel tunc tantùm non aliàs exſerit? Quomodo in aqua molli & omni impetui cedente ita firmiter figi poteſt, vt nauem maximam currentem detineat? Deinde quomodo manu Vrinatoris ipſe tam facilè à naui auellitur, à quo nauem quadringenti remiges, & venti vela tendentes auellere non potuerunt? Quomodo in nauim impoſitus omnem vim amittit? Quæ vero de Magnete iſti adferunt diuerſam habent rationem, ſeruatur enim ibi ſemper proportio, & paruus Magnes ferrum magnum non mouet, ſed paruum. Minus habent virium quæ de torpedine proferuntur, ſiquidem ea magna ex parte, falſa eſſe ſuprà experientiis certis oſtendimus. Hæc ſint ſatis, quia non huius loci ſunt.

Trzynaſcie / Tredecim. τρισκαίδεκα, τρεισκαίδεκα.

Trzynaſcie kroć / Terdecies, *Cicer.* τρισκαιδεκάκις.

Trzynaſty / τρισκαιδέκατος. *Decimuſtertius, vel vt Colu.* Tertiuſdecimus.

Trzynocny / Trinoctialis, *Martial.* Trinoctiale domicœnium. ὁ τρινύκτιος. *Robert. Steph.*

Trzynocny czás / *ſubſtant.* Trinoctium, *Gell.* [τὸ τρινύκτιον.

Trzynog / dryfus. Tripus, *odis. m. Cicer. Virgil. Horat.* ὁ τρίπους, οδος. τὸ λάσανον.

Trzynogi / Tripes menſa, *Horat.* Tripes grabatus, *Martial.* Tripes mulus, *Iul. Obſequ.* ὁ, ἡ τρίπους, κ τὸ τρίπουν. ὁ, ἡ τρισκελής, έος. ❡ τὸ σκελύδριον, *Sella tripes. At* τριπόδιον τριποδίσκος, τριποδίσκιον. *diminutiuum Subſtant. i. tripus paruus.* trzynożek.

Trzypálcowy / troypálczáſty. ὁ τριδάκτυλος. Tripollicaris, *Gaza de auibus.*

Trzypiedźiſty / ὁ τρισπίθαμος. Trium palmorum, *Plin.*

Trzypieniężny / Triobolaris, *Sipont. tribus obolis conſtans, ſi obolum vulgari ſenſu non autem vero ſumas. nam Latinis obolus aliud. v. Indicem.* ὁ τριωβολιαῖος. Treſſis, *Perſio. adiect. i. trium aſſium, ſi aſſem pro nummulo accipias.*

Trzypiętry dom / *&c.* Triſtega domus, *Iun. Triſtega, orum, Rhodigin. ex Hieronym.* ὁ τρίστεγος οἶκος, τὸ τρίστεγον. *Tertia contignatio, Eraſm. Henric. Steph. Tricameratum reddit Hieronym.* ὁ τριώροφος.

Trzyſęczny / Trinodis claua, *Ouid.* o trzech ſękach / ábo rogach. ὁ τρίοζος.

Trzy ſtá / Trecenti, *Plaut. Cicer.* Tercentum, *Virgil.* Treceni, *Horat. (non Tricenti) Lauin. Lambin.* Tercenteni, *Martial.* Tricenteni, *al.* Tricenti, Trecenteni *Columell.* ὁ τριακόσιος.

Trzyſtá kroć / Trecenties, *Catul.* Tricenties, *Martial.* τριακοσιάκις.

Trzyſtopny / ná trzy ſtopy długi / ſzeroki. Tripedalis, *Varr. Plin. Liui.* Tripedaneus, *Cato Plin.* ὁ τριπόδης, ου.

Trzywłoſy / *Adiect.* Tripilis calua, *Martial. ſic legit Iuni. Turneb. non triphilis, nec trifilis.* [ὁ, ἡ τρίθριξ, *vel* ὁ, ἡ τρίτριχος.

Trzywzorny / Trilix, ὁ τρίμιτος. *Sed apud Virgil. Valer. Argon. Loricam trilicem ex triplici ordine circulorum vel ſquamarum intellige.*

Trzyziárniſty / Tricoccus, *Plin.* Heliotropium tricoccum. ὁ τρίκοκκος.

Tu / *quietis.* (ná tym mieyſcu) Hic, *Terent.* Iamdudum hic adſum. Hic tu miraris, *Cicer.* ταύτῃ, τῇδ', ἔνθα: ἐνθάδε: ἐνταῦθα, ἐνταυθοῖ.

Tu / *cum motu.* (ná to mieyſce. Huc in vrbem commeat, *Terent.* Horſum pergunt: adigent te horſum inſomnia. *Idem.* ἔνθα, αὐτόσε, δεῦρο, δεῦ.

Tu / *aliter.* (*temporis.* dopiero w ten czás) Hic illi flentes, rogare cœperunt. *Cicer.* Hic animus partim miſericordia deuictus. *&c. Terent. Donat.* ταύτῃ.

Tu i owdźie / mieyſcámi. Carptim, *Saluſt.* Sparſim, *Plin. Gelli.* Diſpertim, *Varr.* Diſpersè. *Cicer.* Saltuatim, *Siſen.* Palatim, *Liui.* Vage aliquid diſpergere, *Ad Heren.* ἔνθα κ ἔνθα: διεσπαρμένως: σποράδην. Saltim, *Andreas Schott.*

Tu ſek / Illud durum, *Plaut.* Hoc opus hic labor eſt. *Virgil.* ὧδε ἔργον πολύεργον: τὸ σκληρὸν, ἀμήχανον, ἄπορον.

Tucya / *Cadmia botrytis. Tutia, Matthiol.* ❡ *Tucia Officin.* Spodos: pompholyx: Cadmia. Aëris fauilla. *Plini. i. fauilla, fuligo, vel cinis ex fornacibus æris. Gorræ. Plin. l. 34. c. 10. aliquot eius ſpecies ponit.* ἡ πομφόλυξ, ἡ σποδός, ἡ Καδμεία βοτρυΐτης. [*Nil album. Nihili, Officin.*

Tucz/ tuk. v. Szpik.

Tuczę / Sagino iumenta, aues. *Colum.* Sagino aquatilia, *Varr.* Sagino pecora, *Plin.* Opimo, *Colum.* Offæ palumbos opimant. Pinguefacio pecora. *Plin.* Cogo pingueſcere, *Senec.* *Participium paßiuum habet ſuprà.* *πιαίνω, πιάζω, σιτίζω, λαρινεύω. Σωματοποιεῖν ἵππον. Polyb. παχύνω, ἐκπαχύνω, παχύω, καταπιμελόω, σαρκόω, λιπαίνω, ἐπιλιπαίνω, περιλιπαίνω, λιπαρομοιῶ. Impinguo, in libris diuinis aliquoties.*

Tuczenie / Sagina, *Colum.* Eſt facilis harum auium ſagina. Saginatio *Plin.* Tridui inedia ſaginationem orſa. *ὁ λιπασμός.*

Tuczne rzéczy / *τὰ πιαντήρια, quæ pinguem reddunt.*

Tuczny/ tuczący. v. Pośilny.

Tuczony / v. Karmny.

Tudźież (*de tempore*) Eodem temporis veſtigio, *Cicer.* Iam iamque adeſſe illum nuntiant. *Idem*, In continenti, *Vlpian.* Dum loqueris, *Petron.* Cominùs inſequitur, *Virgil. i. ſtatim, Cerda. παραχρῆμα, αὐθωρόν. eadem hora.* v. Wnét/ Záraz.

Tudźież (*de loco*) Eodem loci veſtigio, *Cicer.* *τῇδε αὐτοῦ.* In oculis in manibus eſt victoria. *Liui. ἐν ὄψει: ἐν χερσί.* v. Bliſko.

Tudźież (*coniungens, i. przy tym*) Simul, *Cicer.* Quemadmodum dare poſſent, non videbant: ſimul & iſtum tam improbum fore non arbitrabantur. ¶ Sordidum ſimul & ſumptuoſum. *Plin.* Mens ſimul viſuſque, *Quintilian.* His amicis ſociiſque confiſus Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat, *Saluſt.* *ἅμα γε, ὁμοῦ δέ.*

Tułacz/ v. Hultay/ Biegun 1. Błąkacz.

Tułam śie / v. Błąkam śie.

Tule kogo / v. Tole.

Tule śie / v. Przytulam śie.

Tulich / v. Puinał.

Tułów/ tołw. *Vrſin.* Truncus corporis, *Cicer.* Truncus, *abſolutè Poëtis, Virgil. Lucret. Lucan.* Truncum corpus, *Senec. Oedip.* ¶ *Thorax, Vrſin. ὁ θώραξ: τὸ κύτος, Ariſtot. ἡ κυδία, κυδίς, Heſych. κάδεια, Homer.*

Tułowity / *idem* Tyłowity.

Tum / (*vulgò Templum Cathedrale*) *ὁ ναὸς πρῶτος τῆς ἐπισκοπῆς. Ædes primaria epiſcopes.*

Tunczyk ryba morſka / *vt vocat Vrſinus exemplo omnium propè linguarum. Boemi.* Bahnik / *&* Blatnik / *quaſi* Bágnik *&* Błotnik *vocant, quod nomen aliquibus tantùm quadrat.* Thunnus *vel* thynnus. *Varr. Plin. Horat. Ouid. ὁ θύννος, à θύω vel θύνω, i. cum impetu ruo. quia oriente canicula oeſtro exagitatur. Piſcis eſt pelagius, carniuorus, gregalis, cute laui, plumbeo colore, cauda lunæ creſcenti ſimili, tres cubitos longus. Femina vocatur ἡ θύννη, & θυννὶς, ἴδος. Thunna, Gazæ. oua ſua edita auidiſſime vorat. Thunni varia habent nomina. Nam è mari magno, in Pontum per Euripum ſubeunt, & ibi fetificant. Fetus igitur eorum dicitur* Cordyla, *vel* Cordylla: *Mart. Plin.* Cordulus, *Lucili. partus thunnorum, Plin. ἡ κορδύλη. ἡ θυννὶς, ἴδος σκορδύλη.* Cordula, *Apicio. Rob. Conſtant. Cordyla poſt tres menſes è Ponto reuerſæ cum thunnis in mare, dicuntur* Pelamides *vel* Pelamydes, *Plini. Feſto. ἡ πηλαμύς, Ariſtot. Athenæ. Oppian. ſcribitur & πηλαμίς, ἴδος. ἀπὸ τοῦ ἐν πηλῷ μένειν, quòd in luto moretur. Feſtus. Lutariam vocat Hermol. Lutoſam, Limariam, Gaza. Limoſam etiam apud Plinium aliqui legunt, ſed deprauatum eſſe locum oſtendit rectè Geſner. Dalecamp. & alij. hic propriè* Bágnik. *Philomelam etiam vocat Gyrald. Robert. Conſtant. ex Simeone Sethi, cui Φιλομήλα. Deniq; cum annum exceſſêre pelamydes, dicuntur* thunni. *hæc Geſner. ex Ariſtot. Oppiano, Athenæo, Plinio. nam alij aliter. Plutarch. non à πηλῷ luto, ducit pelamides, ſed à πέλειν ἅμα i. ſimul ire, quòd gregatim eant thunni & quidem cubica figura. Iidem dextro oculo meliùs vident, Ariſtot. Athen. Ælia. Æſchyl. quare Polonice poſſet vocari thunnus,* Prâwook/ *vel* prâwok ryba. *Thunnus maximus dicitur* Orcynus, *Plin. ὁ ὄρκυνος, Aelian. ὄρκυνος, Athenæ. Heſych. ὀρκὺς, ύνος. Ariſtot. Item* Apolectus *Plinij, idem quæ ἡ συνοδοντὶς, ἴδος. Athenæo.* Synodontis, *Hermol. Geſner. Robert. Conſtant. Item* Triton *Plinij, idem qui χελιδονίας, ου. Athenæ.* Chelidonias, *Hermol. Robert. Conſtant.* ¶ *Item ὁ μελάνδρυς, Athenæo. maximi thunni genus.* Melandrys, *m. Geſner. Idem ὁ μελάνθινος, Oppian.* Melanthinus, *Geſner. thunnus item cetaceus. Robert. Conſtant. Item ὁ κυβείας, ου. vt legit Geſner. vel ἡ κυβεία. vt Robert. Conſtant. genus Orcynorum Oppiano.* Cybium *Feſto, ſed apud Plin. Cybium eſt tomus ex piſce Cybia. Item* Sarda *ex thynnorum eſt genere. Deniq; Pompilum inter thunnos aliqui ponunt, ſed diuerſi eſt generis. ὁ θυννάξ, paruus thunnus. ὁ θυνναῖος, qui ex thynno eſt. & ὁ θυννοσκόπος, θυννοθήρας, ου. Thunnorum piſcator. θυννοσκοπέω, thynnos capto.* Elacaten, *entis. m. Plin. ex thunnorum cetaceorum genere piſcis ſalſamentis vtilis. Rondelet Geſner. ὁ ἠλακατήν. à ſuſo cui eſt ſimilis.* v. Wrzéćienicá. Elacate, *et. Colu.* v. Koſ́ciotowa ſtráwá.

Tupam / v. Tepam.

Tur / Vrus. *Caeſ. Plin. Virgil. Cromer.* Tarandum *Plinij, eſſe putat Geſner. cum Georg. Agricola, & Eliota Anglo, ſed tu vide* Jeleń koſmáty. Bos ſylueſtris, *Cromer.* ¶ *Græcis ignotos fuiſſe ſcribit Plin. non rectè quidam biſontem hunc vocant.* v. Zubr.

Turbacyia / v. Poruſzánie 2.

Turbit biały / Turpetum, *ſeu Turbit candidum. Idem Tripolium, & Alypum. Matthiol.* v. Odmienikwiát.

Turbit czarny / *Turpetum nigrum, Pſeudoturpetum, quod è radicibus thapſiæ, vel pityuſæ impoſtores conficiunt ait Matthiol.* v. Deſiká 1.

Turbuię kogo/ v. Poruſzam/ Niepokoy czynię/ Trwożę.

Turbuię śie/ v. Poruſzam śie/ Trwożę / Mieſzam śie.

Turczyn / Turek/ Biſurman. Turca, *Bebelio.* Turcus, *Hermolao, Sabellic. Philelph. ὁ Τοῦρκος, Photio.*

Turkus kámień / Iaſpis aerizuſa, *Hermol. Philand. Iuni. Ruelo.* ¶ *Perſica iaſpis, aeri ſimilis, Ruelo.* Gemma aerizuſa, borea *Plinij, Philand.* Iaſpidea gemma, *Plini.* Iaſpis Caſpia, *Plin. Robert. Conſtant.* ¶ *Eranos, eranus quibuſdam apud Iunium. ἡ ἴασπις ἀερίζουσα.* Cyanus, *Plin. Philand. Robert. Conſtant. pellucentem & Sapphiro ſimilem ait Philand.* Callais *Plinij, Dalecamp. littoroſo mari ſimilis, ait Plin & ſapphirũ imitatur, ſed candidior.* Augites, *eadem Plin. ἡ καλλαΐς.* Bucardia *Plinij, Callaidis, ſeu Turcicæ genus. Dalecamp. βουκάρδιος λίθος. quia cordi bouino ſimilis.*

Turmá / v. Wieśienie.

Turniéié / *Torneamenta reddit Ticholien.* v. Gonitwá. *& Indicem. ſed vſitatior eſt alia ſignificatio.* v. Burdá.

Turybularz / v. Kadźidlnicá.

Tuś mi / Hic te teneo, *Cicer.* Siadłeś / użeś w-ſáku. *ἑάλωκας.*

Tuſzę / Confido meliùs afflictis rebus, *Virgil.* Confido animo & ſpe, *Cæſar.* Confido animo vt *Cicer.* Confiderunt ſe agros etiam à populationibus tueri poſſe, *Liui.* Confido te hæc ab illo audire: rationem officij mei confido omnibus perſolutam. Confido te iam valere.

lere, *Cicer.* Credo illum affuturum, *Terent.* Spe deſtinauerat Africam ſubacturum, *Liui.* Benè præſumimus, *Lamprid.* θαῤῥεῖν, θαρρεῖν περί τι: εὐθαρρῶς ἔχω περί τι. v. **Nadźiewam ſie / Mniemam.**

Tuſze komu dobrze / v. **Serca dodaie.**

Tuſze ſie / v. **Serce pſuie.**

Tuſzy mi ſerce / Cochanou. Præſagit mihi animus, *Cicer. Liui.* προμαντεύομαι.

Tutéczny / Indigena huius loci: hinc oriundus vel incola. ὁ ἐντόπιος. ὁ, ἡ ἐγγενής, ὁ ἐγχώριος, ὁ ἐνδήμιος, ἐνδήμιος. P. ἰθαγενής, ἐπιχώριος. ἐπιχωριάζω, *ſum indigena.* *Item,* **Tu robiony /** v. **Swoyſki / Naſzyniéc.** Ingenuus tophus, *Iuuenal. i. hîc vel ibi natus, Britannic. Giſani.* Ingenui fontes, *Lucret. Lambin. Giſan. eiuſdem loci natiui, al. ingeniti.* Hinc ciuis, *Terent.*

Twálnia / Sabanum, *Veget. in Mulomedic. Marcellin. Empiric. Pallad. in Iunio. Tit. 7.* Congeſtis in mundiſſimum ſabanum fauis. *Apitius lib. 2. c. 3.* Sauano mundiſſimo inuolues. *Victor. de perſecut. Vandalica.* Illa quibus eum ſuſcipiens de fonte ſacro texerat, ſabana baiulabat. τὸ σάβανον. *linteum quo in balneo loti abſtergebantur, Gennad. Hierocl. Meurſ. Gloſſar.* Inuolucre *apud Plaut. i. inuolucrum, quo humeros tegimus dum tondemur, vnde Græcis* τὸ ὠμόλινον *dicitur* (*quaſi humeri linum*) *Lambin. Vrſin.* Inuolucrum, *putat legendum Turneb. apud Plaut.*

Tuz ná koſtkách / ná kártách koſterſkich. Binio, *Iſidor.* ἡ δυάς, άδος.

Tuż / *loci reſpectu. Itemq; reſpectu temporis. vt de* **tudźieſz** *dictum ſuprà.*

Tuzin / As, aſſis, *m. i. Duodecim æquales partes alicuius rei ſimul ſumptæ, IC. Buda.* ἡ δωδεκάς, άδος. *Numerus duodenarius cuiuſuis rei.* *Vicinum,* **Puzdro** 2.

Twárdo / *propr. & tr.* Durè facere, *Terent.* Durè diſſerere, *Cicer.* Duriter tranſlata verba, *Ad Herennium.* σκληρῶς.

Twárdość / Duritia ligni: duritia adamantina. *Plin.* Duritia ferri, *Ouid.* Durities ſaxi, *Lucret. Plin.* Duritas, *idem: ſed Cicer. tranſtulit. Duritudo, Noni. Cato apud Gellium tranſtulit ad hominem.* Soliditas tophi, arenæ. *Vitruu.* ἡ στερεότης, σκληρότης, ητος. Robur arboris, *Virgil. Ouid.* Robur ſaxi, *Lucret.* Rigor ferri, *Virgil.* Rigor auri, *Lucret.* Centrum, *in lignis & in marmore vocat Plin. partes quaſdam duriores multò cæteris.* τὸ κέντρον, *Theophraſt.* Duramen aquarum, *Lucret. Lambin.*

Twárdoſkóry / Duricorius, *Macrob. l. 3 Saturn. cap. 20.* Ficus duricoria, *Calepin. & Robert. Stephan. eandem dictionem legit in Plin. l. 15. c. 17. ſed ibi ſic habetur: ſerotinæ ficus à corio duro.* ὁ σκληρόδερμος. Duracinus: duracinum ceraſum Perſicum. *Plin.* Duracinæ vuæ, *Martial. Sueton.* Duri acini vua, *Columell.* ὁ τῆς σκληρᾶς ῥαγός.

Twárdoſzyi / Obſtipus, *Cicer. Sueton. Horat.* Caput prædurum ac rigens, *Quintilian.* Tetanicus, *Plin. qui tetano laborat.* ὁ σκληροτράχηλος, ὁ σκληραύχην, ενος.

Twárdouſty / Duri, reluctantis oris equus. *Ouid.* Tenax equus, *Liu. Ouid.* ὁ στομίας, ν. στόμιος, ου. σκληρόστομος, ἄστομος, δυσήνιος, ἀφηνιαστής. *Effrenatus, effrenus, ſic vſurpari poteſt propria ſignificatione, licet paßim tranſlata vtantur ſcriptores.* ὁ στομίας ἀνθιστάμενος χαλινοῖς, ἑτερόγναθος, *Heſychio.*

Twárdouſty ieſtem / ábo ieſt koń. ἀφηνιάζω, ἀφηνιάω. *frenos reſpuo vel excutio.*

Twárdowłoſy / ὁ σκληρότριχος, ν. σκληρόθριξ. Hircipilus, *Feſto. Sipontin.* Solox pecus, *Titinni. Lucil. Feſto. i. craſſa lana tectum.* Et ſolox lana, *idem Feſt.* ἔριον τραχύ, *Gloſſ. Scalig. duro pilo.* ὁ τανύθριξ, ιχος. *rigido pilo.*

Twárdy / *propr.* Durus, dura gleba, cos, cubile. *Virgil.* Edurus, *Virgil.* eduramq; pyrum, *i. valdè duram, Serui. Giſan. Cerda.* Edurum, *Caſaubon. in Perſium ponit inter verba contrariam ſignificationem admittentia, vt Egelidus, Exarmo, Enodis, Expers mentis. i. ignauus, Horat. pro perito, Perſi.* Durus ad tactum, *Virgil.* Solidus, *Ouid:* ſolida tellus, humus. Solidum marmor, robur. *Virgil.* Solidatum ſolum rudente, *Pallad.* ὁ στερεός. Rigidus ſilex, *Ouid.* Rigida quercus: Spiſſus ager. *Virgil.* Spiſſa regio, *Colum.* Spiſſum littus, *Ouid.* Spiſſiſſima hebenus, *Plin.* Conſpiſſatum & colligatum herbis ſolum, *Colu.* ὁ στυφρός, στυφελός. **twárdy / geſty / niégebczaſty / niérzepiáſty.** Prædurus, prædura gemma. *Plin.* Impenetrabilis ſilex, *Lucret.* **Niéprzébyeny / ábo ráczey niéużyty.** Adamantinus, *Lucret.* adamantinum ſaxum. ὁ ἀδαμάντινος. Intractabiles lapides *Plutarch. referens epiſtolam Xerxis ad montem Atho miſſam: Atho inquit diuine cælum tangens vertice noli meis operibus lapides facere magnos & intractabiles, alioqui te exciſum in mare deturbabo.* Reſpuit ſecures, vulnus, ictum ferri. *Plini.* Reſpuit tela, *Lucan.* **nié imié ſie go żeláżo.** *&c.* Perdenſa humus, *Plin.* Contumaciùs tranſmittit ferrum, *Plin. de lignis.* Centroſus, *Plin.* centroſum lignum. Materinus: Materina terra. *Cato. vt legit Turneb. & Commelin. i. dura, à materie. Turneb. non materna.* Quæ geminum agitent, non admittentia morſum. *ſ. fruſta panis, Iuuenal.* ὁ σκληρός. ὁ, ἡ ἀμάλθακτος, *qui emolliri nequit,* **niézmiękczyſty.** Pauerus, *Feſt.* Pauera frumenta, *i. quæ de gluma ægrè euaginantur, niſi multùm pauita, i. percuſſa. Scalig.* **Twárdy do młocby / niéwyłuſkny.** πυλίος. *Moraciæ nuces. Titinni. i. duræ, Feſt. Carol. Stephan.* Calloſa oua, *Horat.* Corneus, *Perſ. Sidoni. Caſaubon.*

Twárdy / *tr.* v. **Niéużyty / Niéuproſzony / Niéludzki / Niéprzébudzony / Uporny.**

Twárdźiéie / twárdnieie / twárdne. Dureſco, *Cicer.* Humor dureſcit, *Plinius.* Sanguis dureſcit, *Plinius, Virgili.* Dureſcit campus, limus. *Quintilian. tr.* dureſcere lectione alicuius antiqui. Duror. *Plin.* guttæ durantur in grana. Obdureſco. *Varr.* Semen molli teſta diuturnitate obdureſcit. Lapideſcere in duritiem, *Plin.* Indureſcunt grana, fictilia. *Colum.* Indureſcunt pumices, pilulæ in modum gallæ. *Plini.* Præduratur terra, *Colum.* Duritiem induo, *Plin.* Rigeo ferro, *Virgil.* Rigeſcunt vbera, *Ouid.* Rigidari, *Senec.* στερεόομαι, *ſolidus fio.* σκληρύνομαι, πωρόομαι, οῦμαι. *dureſco inſtar tophi.* σκιῤῥόομαι, ἀποσκιῤῥοῦμαι. Obduco callum, *Cicer.* Vſque in duritiam pumicis craſſeſcente limo, *Plin.* Solidor, *Celſ.*

Twaróg / Maſſa lactis coacti (*durinſcula, adde*) *Ouid.* τὸ γάλα πηκτὸν ὑπόσκληρον. *Lac coagulatum durinſculum.*

Twarz / ſtróná głowy przédnia w ktorey czoło / oczy / nos / gębá / &c. v człowieká twarz i oblicze / v beſtyy twarz. Facies, *Cicer.* dic mihi L. Tarſecius qua facie fuerit. De facie noſſe aliquem. *Idem, i. exteriorem ſitum oris, naſi, oculorum, &c.* Cubare in faciem, *Iuuenal.* Dimouere ab aliquo faciem, *Horat. transfertur facies ad plurima alia teſte Gellio. & exempla ſunt infinita apud Scriptores.* Os, *Lucret.* ſpargere ora lacrymis. Os, pallidum, pallens. *Virgil.* Ora perarata rugis, *Ouid.* Os ad aliquem conuertere, *Caſar.* Os de equo Pallantis, *Virgil.* Aethon it lacrymans, guttiſq; humectat grandibus ora. Forma. *Terent.* forma in tenebris noſci non quita eſt, *ſ. adoleſcentis quinam eſſet. Cicer.* etiam ſi formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis, *&c.* *τὸ πρόσωπον, πρόσωψις. nomine à re ipſa accepto, quia homo ſolus πρόσωθεν ὄπωπε, è longinquo proſpicit, cæteris animalibus ad terram depreßis capite.*

Twarz / poſtánowienie oblicza/według myśli/áfektów/ prawdźiwe ábo zmyślone / to v ſámego człowieká. Vultus animi imago: Sermo mentis: Idem ſemper vultus in Socrate. Vultus qui in nullo animante præter hominem eſſe poteſt, indicat mores: Vultus quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poteſt efficere: fictus ſimulatuſque vultus. *Cicer. Voltum vel Vultum, ti, n. g. Lucret. priſce.* Vultus eſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtenditur: Facies eſt ipſa oris ſpecies. *Noni.* In facie vultuque vecordia inerat, *Saluſt.* Græci carent nomine vultui reſpondente, *Cicer.* Habitus oris, *Lucan.* mutare habitum oris. Facies homini tantùm, cæteris os, roſtra, *&c. Plin.* Triſtis facies, *Ouid.* Facies irata, *Lucan. non reddas* gniéwliwe obliczé, *ſed* twarz. *ἡ ὄψις, ὠπὸς P. τὸ ὄμμα, ὄψανον, βλέμμα, πρόσωπον.* Os pudibundum, *Ouid.* Os placidum, *Virgil. Ouid.*

Twarz wéſoła/ Vultus ſerenus, *Virgil.* Vultus renidens, *Valer. Flacc.* Frons erugata, *Plin.* Frons exporrecta, *Terent.* *Quaſi Beneuentum veneris, i. læto vultu, Bud. exemplo Plauti, qui in nomine Epidamni vrbis ſimiliter luſit. Beneuentum melioris ominis cauſa appellatum eſt, cùm eò colonia deduceretur: nam antea μαλοβεντὸν, vel Maleuentum dicebatur, Feſtus. Maluentum, μαλόεντον legit Scaliger. τὸ πρόσωπον χάριεν, φαιδρὸν, γαλήνιον, ἱλαρὸν: κεχαλασμένον, à χαλάω, laxo.*

Twarz niewéſoła / pochmurna / *&c.* Vultus ſeuerus & triſtis, *Cicer.* Adducta frons, *Ouid.* Caperata frons ſeueritudine, *Plaut.* Obducta frons, *Iuuenal. Horat.* Frons matutina, adſtricta. *Martial.* Frons contracta, *Horat.* Trux vultus, *Tacit.* Obductus vultus, *Ouid.* Parùm læta frons, *Virgil.* *Quaſi Maleuenti negotiatus, Bude. ex vi vocis, vt Epidamni. Plaut. vide ſuprà Beneuentum.* Frons vultuoſa, *Apule. Sidon.* *τὸ πρόσωπον βλοσυρὸν, ἀνεσπασμένον, (ab ἀνασπάομαι, contrahor.) συνοφρὺς, αὐστηρὸν, κατηφὲς. κατηφέω, κατηφιάω. Sum vultu triſti.*

Twarzność/*è Sclauonico* **Twárnoſt**/*poſſet etiam dici* tworzność od tworzenia/ różna tworność. **Różny kßtałt** nátury / poſtáći/ twarzy. *Species animalium, volucrum, piſcium. vt hic canis eſt diuerſæ ſpeciei.* Genus, *etiam Plini. ſæpè vocat.* Formam *Cicer.* *τὸ εἶδος, ἡ μορφή.*

Twarzy poſtáwney kto / vſtroioney názbyt áfekt wyrażáiącey. Vultuoſus, *Cicer.* Vultuoſa pronuntiatio, *Quintilian. i. affectatio in pronuntiatione.* Efficiendum eſt ne quid ſit ineptum, & vultuoſum. *ὁ σεμνοπρόσωπος, vel σεμνοπροσωπῶν, grauem vultum exhibens. ὁ, ἡ ὀγκώδης, τὸ σχῆμα.*

Wędzidło / mońſztuk. Frenum, *n. ſingul. Virgil. Ouid.* Frena, *orum. plur. Virgil. Ouid. Plin.* Freni, *orum. m. Cicer. Tibull. Lucan.* Orex, *arum. Feſt. Titin. Cæcil. Cato. Auſon. Scalig.* ὁ χαλινός: τὸ στόμιον, ἐπιστόμιον, ἐνστόμισμα: τὸ σιαλιστήριον. *quòd ſpumare equum faciat. &* σιαλιβάριον *Anonymo, de inuentione S. Crucis. vbi Gretſer. verbo Latino reddit* Saliuarium. τὸ ψάλιον, ψέλλιον, *apud Iob 40. Armillam vertit Latinus: eſtq; catenula ſub mento equi à freno pendens.* ὁ τρίβολος, *Polluci.* ἐχῖνος, *Xenophonti.* Echinus, *Budæo.* ὁ κημός, *Pſal. 31.* Camus.

Wędziſko / Arundo piſcatoria, *Ouid. Tibul. Tropus eſt notus, materia pro re ex illa confecta.* ἡ καλαμίς, ίδος.

Wędziſty / Hamatus, *Ouid.* ſentes hamati. *Cicer.* Corpuſcula hamata. ὁ, ἡ ἀγκιστροειδής, έος. ὁ ἀγκιστρωτός. Hamatilis piſcatus, *Plaut.* **wędzony połów / wędą nábyty: wędny.**

Wędzonká / *Tarichos, Gorra. ex Dioſcor.* ὁ τάριχος, ου. vel τὸ τάριχος, εος. *Caro animalis inueterata etiam ſine ſale, quo pacto etiam Plin. ſcribit inueterari adipem ſuillum vel cum ſale, vel ſincerum. Sæpiùs* τάριχος *ſalſamentum ſignificat. Simpliciùs reddes vocem Polonicam:* Caro inueterata *vel* arefacta in fumo, ſole. *&c.* Fumoſa perna, *Horat.* τὸ κρέας καπνιστόν. Infumata caro.

Wędzony / Infumatus, *Plin.* ὁ καπνιστός: καπνισθείς, έντος.

Węgóry / v. **Podwóy.**

Węgieł w-budowániu / Verſura, *Vitruu. l. 3. c. 1.* dextra ac ſiniſtra in verſuris, *i. flexus parietum in parietibus exterior, Philand. Bernard. Bald.* Ancon, *Philand. ex Heſychio. cui* ὁ ἀγκών, ῶνος. *murorum flexus.* ὁ γωνιασμός, *angulus concurrentium parietum. adde exterior, id enim vox Polonica ſonat.*

Węgielna liniia / Diagonos: diagonalis linea. *Vitruu.* Angularis linea, *Martian. Capell.* linea ab angulo ad alium angulum diagonios perducta, *Vitruu.* ἡ διαγώνιος γραμμή.

Węgielnia / piec węglárſki. Carbonaria. *Tertulliā.* τὸ ἀνθρακεῖον, ἡ ἀνθρακιά. *Theophraſt.* [τὸ καρβωναρεῖον, *Gloſſ. Meurſi.*

Węgielnicá / Norma, *Vitruu. Buda. Lambin. Philander.* Ancon, *Vitruu. l. 3. & 8. interprete Philand.* ὁ πῆχυς, εως. ὁ γνώμων. ὁ παραγωνίσκος. *Angulare, is. ſubſtant. Iſaia 44. fecit illud in angularibus. Apud LXX. Aquila habet:* ἐν παραγωνίσκοις, *i.* ἐν περιγωνίοις. *Vulgatus interpret.* **Węgielnicá.**

Węgielny / do węglów należący / węglowy. Angularis, *Colu.* Ordines extremos quos vocant angulares (*in agris dimenſis*). ὁ γωνιαῖος: ὁ κεφαλαίτης λίθος, *angularis lapis. & abſolutè* κεφαλαίτης.

Węgierſka ziemiá / Węgry. Pannonia inferior. *vulgò Hungaria, aliter Vngaria.* ἡ Παννονία ἡ κάτω.

Węglarz / Carbonarius, *Plaut.* ὁ ἀνθρακοκαύστης, *v.* ἀνθρακεύς, έως. μαγκαλάτης vel μαγκαλᾶτης *v. qui carbones parat. At* ὁ ἀνθρακοπώλης, *v. qui carbones vendit.*

Węglaſty / węgły máiący / węglów pełny / gróniáſty. Anguloſus, *Plin.* Angulatus, *Cicer.* angulata corpuſcula. ὁ, ἡ γωνιώδης, εος. Angularis, *Cato.* pilas ex lapide angulari. ὁ ἀκρογωνιαῖος, παραγωνίζων. *Theophraſt. deſinens in angulos.* Polygonius, *Vitruu.* polygonia turris, *i. multorum angulorum.* ὁ πολυγώνιος, πολύγωνος. Multangulus, *Lucret.* Formam angulorum exhibet, *Colu.* In angulos exeunt folia, *Plin.* ὁ, ἡ γωνιοειδής, έος. ὁ πανγώνιος, *vndiq; anguloſus.* ὁ ὀξυγώνιος, *acutos angulos habens.* Lenticularis figura, *Apulei.* Lenticula figura, *Plin.* ὁ φακοειδής. Pangonius lapis multorum angulorum cryſtallo ſimilis, *Plin.* ὁ παγγώνιος.

Węglaſty / węglów vmiárkowánych / węgielnicą wymierzony. Orthogonius ager, *Colu.* ὁ ὀρθογώνιος, *i. rectos angulos habens.* Normalis angulus, *Quintilian. i. rectus, Bud.* ὁ εὐθύγραμμος. Normatus, *Colu.* *Qui ad normam reſpondet, Vitruu.* ὁ πρὸς γνώμονα ἐξειργασμένος, ὁ κανονικός, [ὁ γνωμότυπος, *Robert. Stephan. &* γνωμοθετέω, ῶ. *Robert. Conſtantin. eſt normo, as.* τῷ κανόνι παρατίθημι.

Węgle / *collectiuum ſingulare, ſignificatione plurale.* Carbones. *Græcis* ἡ ἀνθρακιά, ᾶς. *vet. Lexic.* ἡ ἀνθρακιά, *carbonum congeries.* οἱ μαγκαλινοί. ἀνθρακόω, *in carbonem verto, vro.*

Węgliſty / węglowy. Carbonarius, *adiectiu. Plin.* Carbonarium negotium. ὁ ἀνθρακόεις, εντος.

Węgliſty / czarny. ὁ, ἡ ἀνθράκινος. ὁ, ἡ ἀνθρακώδης, εος. *Niger vt carbo.*

Wegórz rzeczny / Anguilla, *Plin. Plaut.* ἡ ἔγχελυς, υος, *&* εως. *&* ἡ ἔγχελις. ὁ ἀγελαστὴς ȣ̃. *quia gregatim natant. dicuntur & Fluta.* αἱ πλωταὶ. *anguillæ fluuiatiles. Apud Athenæum* ἔγχελυς *dicitur* μόνος ἀπύρηνος ἰχθὺς. *ſolus ſine ſpinis piſcis.*

Wegórz morſki / Conger, *Plaut. Terent. Plin. anguilla marina, interprete Barlando, & alijs apud Geſnerum. licet is* **Zeſiorny wegórz** *à Polonis vocari ſcribat, ſed non rectè. carent enim Poloni congris.* Congrus, *Iun. Geſner. Robert. Steph. quinq́; ampliùs cubitos longus, Athenæ.* ὁ κόγγρος, *&* γόγγρος. *à* χῶ, *i. voro. participium* χοὺς, *ſeu vt Etymolog. Turriſan.* ῥηματικὸν ὄνομα, χὸς. *quod repetitum huic piſci datum eſt, quòd ſit voraciſsimus, Callimach. carniuori ſunt, viuunt abſciſſa cauda, vt & mugiles, duram carnem habent, & ſe inuicem deuorant, ex genere anguillarum ſunt, licet maiores multò. vnde parui congri ab anguillis vix diſcernuntur, & in ſiccum repunt, vt anguillæ fluuios ſubeunt, puſilli dulcem aquam appetentes.* χύλλος *Nicand. Athenæ. idem.* Muræna, *Plin. Iuuenal. Martial. Ouid. Eſt etiam anguilla marina inimicitias gerens cum congro, Plin. bicubitalis eſt, Rader. Muſtelam vocat Auſon. Rader.* ἡ σμύραινα, μύραινα : ἔγχελυς ἀπύρηνος. *i. anguilla exoſsis.* Exormiſtos, *Taubman.* ἐξόρμιστος Fluta, *Macrob. ex Varrone.* ἡ πλωτὴ. *quòd in ſumma aqua natet.* Mancipia deuoranda obijciebat murænis Vedius Pollio eques Rom. *Senec. Plin. Omnes murænæ ſunt feminæ : e ſerpente concipiunt marino, qui myrus dicitur. Plin. Geſner. Refellit hoc Robert. Conſtantin. eaſq́; concipere ait ex mare qui* μύρος *&* σμύρος *ab Ariſtotele, Smyrus & Ophidion à Plinio dicitur, qui ſerpenti ſimilis eſt. hinc deceptio. Plinius ipſe congro ſimile ophidion eſſe ait. Murænæ animam in cauda habent, fuſte non necantur, ſed ferula ſtatim. Plin.* Lampetra, *eadem cum muræna, Sipontin. Iun. Rader. Taubman. Scalig. diuerſa Geſnero.* vide **Minóg.** *Sed variæ ſunt lampetrarum ſpecies, hîc de marina loquimur.* Alabeta, *Plini. Geſner. Roudelet.* ἀλαβὴς, *qui teneri non poteſt, generale nomen.*

Wegorzny / *Anguillarius lacus. Procul. IC.* ἐγχέλειος, *adiectiu. at* ὁ ἐγχελεὼν, ῶνος. *Viuarium anguillarum.*

Wegorzycá / *Anguilla minor, ſeu degener.* ἡ ἔγχελυς ἐλάττων ἢ ἀγεννής.

Wegrzyn / *Pannonius. Hungarus.* ὁ Παννόνιος, [Οὖγγρος, *Cantacuz. &* Οὐγγρία, *Hungaria, cum leni ſpiritu. Græci enim poſteriores plurima vocabula aut Latina prorsùs, aut Latino-græca, ſeu ad Græcas flexiones detorta, & nonnihil immutata, ſeu* ἑλληνοβάρβαρα *adhibuerunt. quæ & in hoc opere noſtro inueniuntur.*

Wiekierá / v. **Maczugá.**

Wekſel / v. **Odmienianie pieniedzy.**

Wekslarz / v. **Odmieniacz pieniedzy.**

Weleno / ἡ ἀμφιεστεὶς στολή. *Paludamentum Romanorum, Bayſio.* τὸ ἐπένδυμα *vel* τὸ ἐπιθωρακίδιον λαμπρὸν τῶν ἐνδόξων στρατιωτῶν. *Amiculum ſplendidum nobilium equitum thoraci ſuperinductum.* Sagum, *militare indumentum quod armis ſuperinducebatur, Iuni.* ὁ σάγος, τὸ ἐπιθωρακίδιον.

Wełn ná wodzie / v. **Wał ná wodzie.**

Wełná / Lana, *Horat.* lana tonſa. Quando ad me venies cum tua colu & lana? *Cicer.* Lanicium, *Plin.* Syriæ cubitales ouium caudæ; plurimumque ea parte lanicij. *idem Seru. in 3. Georg. lanam nondum tonſam intelligit Cerda.* Vellus, *eris. n. Varr. Cicer. à vellendo, quòd initio velleretur, non tonderetur. vnde & Volumen, idem cum vellere priſcè apud Varr. ſeu lana dempta, i. tonſa, & conglobata. Varr. Vellumen alij ſcribunt. Vellimen, Scaliger.* τὸ εἶρος, εος. τὸ πέκος, πέκοος, πεκὸς, ξάμμα, τὸ λῆνος, τὸ λάχνον : ὁ μαλλὸς, ȣ̃. Lanula, *Celſ.* τὸ ἐρίδιον. *At* τὸ τολύπευμα, ἡ τολύπη. *Volumen lanæ operi parata.* Coma ouium, *Colu.* Lana puta, *Titin. i. purgata. Turn.*

Wełná nieochedożona / Lana ſuccida, *Varr. Iuuenal. Celſ. à ſucco vel ſudore quo eſt imbuta. Varr. Plin.* Vellus ſuccidum, *Martial.* Lana olca, *Varro ex Nævio, Scalig. Turneb.* Oeſypum, *n. Plin.* lana cum ſudore & ſordibus, vel lanæ ſuccus immundæ. *Plin.* τὸ ἔριον οἰσυπηρὸν, οἰσυπῶδες *i. lana oeſypo infecta.* ὁ οἴσυπος, ἡ οἰσύπη, *&* ἡ οἰσυπὶς, ίδος. *ſordida lana, vel ſuccida, & illota.* ἡ οἰσυπίτη. Solox lana, *Titinnio. oppoſita puræ, Turneb. craſſam interpretatur Feſt. Eadem vox Oeſypum & Græca ſuprà poſita, ſignificant etiam ipſas ſordes aut ſuccum lanæ. Gorræ. Iuni.* v. *infrà* **Wełny owczey.**

Wełne robie / ἐριουργέω, ἐριόω, ταλασιουργέω, ῶ. *lanam tracto : lanificium exerceo.*

Wełny robienie / przedzienie / tkánie. Lanificium, *Colu.* Ars lanifica, *Claudian.* ἡ ταλασιουργία, ἐριουργία, ταλασία.

Wełnianká ná ſtołach / v. **Papie.**

Wełnianká / Lanea veſtis, pallium. *Cicer.* ἡ μαλλωτὴ ἀμφίεσις : τὸ ἐρεοῦν ἱμάτιον. Lanea vitta, *Propert.* Lanerum, veſtimentum è lana ſuccida, *Feſt.*

Wełniány / Laneus, *Plaut. Cicer. Laneſtris, Flau. Vopiſc. Pallium laneſtre.* ὁ εἰρεινός. ὁ, ἡ ἐριώδης, εος. ὁ ἐρεοῦς. Lanatus pileus, *Feſt. Velleus, Aſconi. Vellea crumena.*

Wełniarz / co wełne robi. Lanarius, *Plaut. Aulular. vbi linarius legit Gruter. alio ſenſu* v. **Płóciennik.** Lanificus, *Iuuenal. Martial. adiectiuum.* ὁ ἐριουργὸς, ταλασιουργὸς, ἔριθος, εἰροκόμος, εἰροπόκος, ταλάσιος. | ὁ ἐριοπώλης, ȣ. *qui vendit lanam.* v. **Wybieracz wełny.**

Wełniſte bydło / iáko owce. Lanicium, *Arnob.* Lanicia veſtra curent numeroſis fetibus multiplicari. ὁ εὐτριχος. Lanicia, *æ. Laberi. apud Noni.* Nihil refert, mollem è lanicia Attica, an pecore ex hircorũ veſtitum geras.

Wełniſty (od wełny) Lanoſus, *Colu.* lanoſi veteri ouis. Lanaris, *Varr.* lanare pecus. Lanatus, *Colu.* lanata pellis : lanatum pecus. Lanatior canities foliorum, *Plini.* Laniger grex : lanigera ouis. *Virgil.* Lanigera: lanifera arbor. *Plin. Lanicutis, Laber.* ἐριοφόρος, εἰροπόκος, ἐπίπλοκος, εὔποκος, μαλλωτὸς, μαλλοφόρος. *At* ὁ εὐέριος, εὔερος, εὔειρος. *adiectiu. bonam lanam habens.* Solox pecus : paſcale, *al.* paſſale, hirtum, montanum. *Lucil. cui craſſa lana & ſqualida, Scalig. Oppoſitum Tarentinum, Colu. molli lana oues, quæ Pellitæ, Horat. quia pellibus alijs tegebantur. Colu. Scalig.*

Wełniſty (od wełnów) Vndoſus, *Virgil.* mare vndoſum. Vndans fretum, *Cicer. ex P.* Vndabundum mare, *Gelli.* Fluctiuagus, *Stat.* fluctiuaga vnda. Vndatus, *Plin.* Vndatum concharum genus, imbricatum, *tr.* Vndatim criſpus, *Plin. de ijſdem conchis tr.* **wełniſto ſtrzepiony.** Vndulatus, *idem ſignificat, ſed vſus fecit perpetuum veſtis epithetum,* v. **Czamlet.** Fluctuoſus, *Plin. tr.* fluctuoſi ſmaragdi, *i. fluctuum ſpeciem habentes.* ὁ, ἡ κυματοειδὴς, έος. κυματώδης, εος. ὁ κυματίας, ȣ. πολυκύμων, ονος. ὁ, ἡ πολύκυμος. *At Fluctifragus, Lucret. de littore.* **wełnołomny.** ὁ, ἡ κυματορρῶγὴς, έος.

Wełny owczey ſok ábo plugáſtwo / Oeſypum, *n. Ouid. Plin.* Succus ex lana immunda. Sordes pecudum ſudorque feminum & alarum adhærentes lanis, innumeros vſus habent. *Plin. l. 29. c. 2.* ὁ οἴσυπος, ἡ οἰσύπη, τὸ οἰσύπιον. *medicinis vtile, Gorræ. ex Galen. Dioſcor.* Oeſypa *ab Ouidio deſcribuntur* : demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis.

Wemknie

Wemknienie ſię / ἡ παρείδυσις. [*Irreptio propriè ſed caret auctore. Inſinuatio.*

Wen z-tąd / ſoruy ſię. v. **Precz z-tąd.**

Wendetá (mieśce) Forum ſcrutarium : forum promercale. *Iunio.* τὸ χυτοπωλεῖον, *Iunio.* ἡ σπειροπῶλις ἀγορά: ἱματιοπῶλις ἀγορά. [*τὸ ῥωποπωλεῖον. Haſtarium, vbi proſcriptorum bona ſub haſta venduntur. Turneb. ex vet. Onomaſtico.*

Wendetá (zábáwá / ſtan. *vt,* wendetą ſię báwić) Saccaria, *Apul. i. negotiatio vilium veſtimentorum lucri cauſa, Beroald. ex IC. à ſaccis. vt, lintearia, &c.* Sagaria, *apud Apule. legit Colui. & Beroald.* à ſagis. *& apud Vlpianum legitur* Sagaria negotiatio. ἡ σαγοπωλεία. Scrutaria, *etiam verbo Apuleiano dici poteſt.* v. **Wendetę trzymam.** ἡ παράστασις. *quaſi ſtataria & vilis negotiatio.* κερκώπων ἀγορά. *Æſchynes.* forum rerum furtiuarum, *quales plerunq; ibi venduntur.*

Wendetá niewolnikow / Catasta, *Perſi. interpr. Caſaub. & Rader. apud Martialem. à* καθίστημι, *Statuo, expono. quaſi* καθάστασις. Machina, *Cicer.* amicam de machina emit. *interpr. Turneb. Caſaubon.* [*τὸ ἀνδραποδοπωλεῖον.* Venalitium, *Petronio. Scalig.* δυλοπρατήριον.

Wendentárſki / *ὁ ῥωπικὸς, ad ſcrutarium pertinens.*

Wendetarz ledá czego / Scrutarius, *Horat. Iuu.* Circuitor, *Vlpian.* circitor *legit Hotoman.* Mango : mangonicus *Plinij, etiam ſic poteſt vſurpari.* Mangonicus venditor. Inſtitor, *Horat. Ouid. Propert. l. 4. eleg. 2. i. circitor, Beroald. Frinolarius, Bude.* ὁ ῥωποπώλης, χυτοπώλης, ῥυτοπώλης, *v.* ῥύτη, χύτη. Scruta, *Gloſſ. Græcolat.* χυλάριος. Nugiuendus, *Plaut. qui ea quibus mulieres vtuntur vendit, quia hæc nugalia habentur. Noni. Sipont. Nugigerulus ibi aliqui legunt.*

Wendetarz ſzat / ὁ ἱματιοπώλης, ἱματιοκάπηλος. Veſtiarius, *Vlpian. qui veſtes emit & reuendit.* ὁ σπειροπώλης, *v.* Sagarius, *Rader. ex Vet. Inſcriptione.*

Wendetarz kśiężny / Libellio, *Stat.* Sed Bruti ſenis oſcitationes de capſa miſeri libellionis emptum plùs minùs aſſe Caiano donet. ὁ βιβλιοπώλης.

Wendetę trzymam / Sagariam facere, *vel* ſcrutariam facere. *Apule. quanquam hoc poſterius apud illum ſignificat, res viles, minutas, furtim inueſtigando rapere:* ſmykáć. ῥωποπωλέω, ῶ. ῥωπίζω.

Wenus gwiazdá / v. **Gwiazdá wieczorna.**

Wercſat / Grandis litera, *Plaut. Cicer. Vncialis litera, Hieronym. Inceptiua litera, Diomed. Mainſcula litera ſola antiquis Romanis in vſu erant, ait Lipſ. & docent monumenta, & inſcriptiones vetuſtiſsima, & libri.* τὰ πηχυαῖα γράμματα, *Cubitales literæ.* Literæ quadratæ, *Petron. i. Capitales vulgò, Scalig.* Cubitum longæ literæ, *Plaut. Grandioribus literis ſcribebant triſtes epiſtolas: minutis lætas. in Bacchidibus Plauti obſeruauit Meurſius.*

Weśćie / weſćie (*actio*) w-iazd. Ingreſſio, *Cicer.* ab ingreſſione fori populum prohibere. Ingreſſus, *vt Quintilian. tranſtulit aliò.* Introitus militum (*in oppidum,* *Cæſar. Tacit.* Introitus in cauſam, *tr. Cicer.* Initus, *m. Lucret. l. 1. interpr. Lambin.* ἡ ἔμβασις, εἴσδυσις, ἔνδυσις, εἴσοδος, εἰσέλευσις, ἔφοδος. Ephodos, *f. Firmic.*

Weśćie (*locus*) ktoredy wchodzą / w-iazd. Introitus, *Cæſ.* Turrim ad ipſum introitum portus oppoſuit. Fauces macelli. Veſtibulum Siciliæ. Oſtium : introitus atq; oſtium portus, Oceani. *Cicer.* Limen maris interni. *i. mediterranei ingreſſus, Plin. ſic apud Virgil.* Limen erat, & peruius vſus tectorum. Limen vitæ, leti. *Lucret.* Limen ſeneƈtutis, *Firmic. tr. i. ingreſſus vel initium ſeneƈtutis.* ἡ εἴσοδος, *Ariſtophan. Homer.* ἡ ἐπείσοδος, ἔφοδος. *Vicinum,* **Drzwi 1.** *Sed* **weśćie** *latiùs patet.* Succeſſus, *m. Arnob.*

Weſelący ſię z-cudzego złego / ὁ χαιρέκακος, ἐπιχαιρέκακος, κακόχαρτος. *Malis alienis gaudens. Maleuolus. Et* ἡ χαιρεκακία, ἐπιχαιρεκακία. Maleuolentia : voluptas ex malo alterius. *Cicer.*

Weſele / rádość. Lætitia, *Cicer. Terent.* Gaudium, *Cicer. propriè eſt cùm animus ratione leniter & conſtanter mouetur. Lætitia cùm inaniter & effusè exſultat. Lætitudo, priſcum Accij.* Effuſa lætitia, *Liui.* Lætitia geſtiens. Effuſio animi. *Cicer.* **Weſele wielkie ábo zbytnie.** τὸ γῆθος, ἡ γηθοσύνη, ὁ ἆθος, *v.* ἡ εὐφροσύνη, χαρμονή, χαρμοσύνη, εὐφρασία, ἐπίχαρσις : τὸ ἐπίχαρμα, ἡ χαρὰ, χαρμοσύνη, γάνωσις : τὸ ἀγάλλαμα, χάρμα : ἡ χάρμη, *Poët.*

Weſele / *aliter.* v. **Gody.**

Weſele ſię / ráduię ſię / bądź to ná ſercu bądź powierzchnie pokázuiąc dla iákiego nowego przypadku. Gaudeo, *abſolutè.* immortaliter, vehementer, in ſinu (*i. apud me*) *Cicer.* Mecum tacitus gaudeo, *apud Terent. &* gaudere in ſe, *apud Catull.* Sibi gaudere, *Lucret.* Gaudeo animo : gaudeo gaudio. *Plaut.* Gaudeo facto, *Terent.* Tam excellenti bono gaude : in moleſtia. *Cic.* Id gaudeo : gaudeo gaudia. *Terent.* Gaudio gaudium alicuius, *i. ob gaudium gaudeo, vel gratulor. Cicer.* Gaudium capio, *Plin. iun.* Ex re aliqua gaudium capio animis, *Liui.* Compleor gaudio : efferor, exſilio, exſulto gaudijs : cumulor gaudio. *Cicer.* Percipio gaudium, *Plin. iun.* Lætor triumphis, gloria : de hac re : vt in hoc ſit ſemper lætatus : illud imprimis lætandum mihi eſſe iure video : lætaris tu in omnium gemitu. *Cic. Lætor laborum, apud Virgil. Græciſmus eſt. Græci verò in talibus* ἕνεκα *ſubaudiunt : vt* εὐφραίνομαι τῆς πόνου, *i.* ἕνεκα. Lætitiâ efferor, excitor, perfruor. Lætitiam apertiſſimè tulimus. Lætitijs omnibus inceſſi. Lætitiam percipio, capio. Exſulto, *abſol. tr.* exſulto lætitia. Exſulto victoria. Capio animo voluptatem. Pergaudeo. Afficior voluptate. *Cicer.* Triumpho, *Terent.* triumpho gaudio. In hoc triumpho, voluptate perfundor. *Cicer.* Hilaror mirum in modum, *Plin.* Hilareſco, *Varr.* Lætificor aliqua re, *Plaut.* *Lætiſco, Siſenn. Dij cultu mortalium erga ſe lætiſcunt.* Lætus ſum de aliqua re, *Terent.* Indulgere gaudio, *Plin. iun.* **Záżywáć weſela.** Geſtio lætitiâ : nimia voluptate geſtire. *Cicer.* **Skákáć od rádośći.** *Græci dicunt:* ὑπὸ τῆς χαρᾶς πτηνὸς εἰμι, *vel* πτερόομαι: *quaſi* **Wzlatam od rádośći.** Exporrige frontem, *Terent.* **Bądź weſoł.** Explicare frontem, *Horat.* Hilaritatis ac lætitiæ iudicium plenum fuit, *Cicer.* γάνυμαι. Suſtuli manum, *Cicer.* Ad cælum manibus ſublatis dixerit, *Horat.* **Ubodowałem śię.** (*nos etiam auditis rebus lætis ſublatis manibus Deo gratias agimus.*) Quanta in voluptate bacchabere! *Cicer.* **Iák będźieſz wykrzykał! będźieſz rad.** ἀγάλλομαι τῷ & ἐπί, ἐπαγάλλομαι: ἀγαλλιάω & ομαι, τῇ χαρᾷ: εὐθυμέω, εὐφραίνομαι. χαίρω, χαίρω λίαν, ἐπί τινι, ἐν τῷ: τοῦτο χαίρομαι: ἐπιχαίρω τῷ: ἥδομαι τῷ, ἐπὶ τῷ, εἰς ὑπερβολήν: ἐπιεικῶς φαιδρύνομαι, γήθομαι: περιχαρὴς ἐγενόμην τῇ ἀγγελίᾳ ταύτῃ: ὑπερήδομαι, ὑπερχαίρω τῇ παρουσίᾳ σου: ἀκρατῶς ἔχω τῆς χαρᾶς: γηθέω, γηθέω τῷ: καταχαίρω & ἐπιχαίρω τοῖς κακοῖς, *gaudeo malis alicuius.* περιχαίρω, ὑπερχαίρω, *valdè lætor.* ὑποχαίρω, *in ſinu gaudeo.* Συγχαίρω, *ſimul gaudeo. Congaudeo, 1. Corinth. 12.* Gliſco gaudio, *Turpili.* Vitulor, *Noni. Feſt. ex Nauio. Ennio.*

Vitulantes, *i. gaudentes. Supergaudeo alicui, in SS. libris. i. gaudeo de malo alicuius, vt & ἐπιχαίρω.* Verno, *as. Plaut.* vernant auiculæ. ἐμφορέομαι τῆς ἡδονῆς : ἐν εὐφροσύναις καὶ θυμηδίαις εἰμί: οὐκ ἂν εἰπεῖν δυναίμην ὡς ὑπερευφράνθην : ἡδονὴν *vel* εὐφροσύνην γλυκυτάτην καρποῦμαι: ἐμπλησθῆν χαρᾶς τὴν ψυχήν: τὴν ψυχὴν ἀναχύθην : πάντες εἰσὶ μεστοὶ χαρᾶς.

Wéſelna pioſnká / Epithalamium, *Stati.* τὸ ἐπιθαλάμιον. Nuptiale carmen, *Catull.* γαμήλιον μέλος. *Euripid.* Feſcennini verſus, *Feſt. Liui.* Feſcenninam licentiam *vocat Catull. quia obſcœna multa tales verſus continebant.* ὁ ὑμὴν, ὑμέναιος, ὕμνος γαμικός. Hymen, *m. Statius.* Hymenæus, *Terent.* Hymenæum cantare. *Hymenæum Iſidor. à quodam Hymenæo ducit, qui nuptijs proſperè vſus eſt. vel* ἀπὸ τοῦ ὑμένος, *i. clauſtro virginitatis. al.* ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν *i. ſimul habitando.* Thalaſſio, *vel vt recentiores ſcribunt* Talaſſio *ſeu* Talaſſius *vel* Talaſſus *idem Latinis, quod Græcis Hymenæus. Catul. Martial. vox nuptialis boni ominis, vel carmen nuptiale. Deus nuptialis Amor.*

Wéſelny / v. **Godowy.**

Wéſelny Márſzałek / v. **Márſzałek wéſelny.**

Wéſołe poyrzenie / v. **Poyrzenie wéſołe.**

Wéſołek / Hilarulus: hilarula, *Cicer.* ὁ ἱλαρῳδὸς, ἱλαρόλογος. [ὁ ὑφίλαρος. *vide ſub* **Smyk** 3. *Lætaſter, Titin. apud Feſtum. i.* Χαριεντιζόμενος, *Scaliger.* Hilarodus. *Vulgus Polonicum ſic vocat etiam Aſcaulas, fidicines, &c.*

Wéſoło / Hilarè viuere: hilariùs locuti. *Cicer.* Hilariter, *Sapientiæ 6.* Hilariſſimè: hilaritus. *Plaut.* Lætè, *Quintilian.* Lætiùs, *Colu.* Lætanter, *Lamprid.* Remiſsè tractare res triſtes, *Cicero interprete Nonio.* Hilarem in modum epulari: hilari atque læto vultu. *Cicer.* Porrectiore fronte mecum loquaris, *Plaut.* Iucundè viuere cum remiſſis, *Cicer.* γηθοσύνως, εὐπροσώπως, εὐοφθάλμως, εὐφρόνως, ἱλαρῶς, ἱλάως, ἵλεως. Amplißimè habitare, *Plin. iun.* **Wéſoło / ná wéſołem mieſcu / budowániu.** *Amœniter, Gelli.*

Wéſoło pátrzący / ὁ χαροπὸς χάροψ, οπος. ὁ, ἡ εὐόφθαλμος, εὐόπτης, εὐπρόσωπος, ὁ ἱλαρῷ προσώπῳ ὤν. *qui hilari vultu vel aſpectu eſt.* ὁ φαιδρὸς ὄμμασι, καὶ σχήματι, καὶ βαδίσμασι. *Gratus oculis, habitu, & inceſſu. Et* ἡ εὐπροσωπία, *aſpectus bonus, lætus.*

Wéſoło pátrzyć / ná twarzy pokázowáć wéſéle. Proferre gaudia oculis, *Plin. iun.* Diffundere vultum, *Ouid.* Explicare frontem. Deme ſupercilio nubem. *Horat. plura habes in præcedentibus.* εὐπροσωπεῖν, εὐπρόσωπός εἰμι : φαιδρῷ προσώπῳ χρῶμαι.

Wéſołość / Hilaritas ſuperciliorum : erat in C. Lælio multa hilaritas, *Cicer.* Hilaritas diei. Apricitas diei, *Colu.* Apricitatis inclytæ regia, *Plin.* Lubentia, *Plaut.* lubentiores vos faciam, quàm lubentia eſt. *quæ Dea erat hilaritatis, Lambin.* Iucunditas vitæ, hominis. Feſtiuitas orationis, ſermonis, hominis. Amœnitas loci, *Cicer.* ἡ ἱλαρότης, φαιδρότης, γηθοσύνη, εὐφροσύνη. Genialitas, *Ammian.* tantum reuerentiæ locum apud priſcam illam iuſtitiam genialitas menſæ obtinebat. ἡ ἀκηδία, *vacuitas mœroris.* ἡ χαροπότης, *oculorum hilaritas. Vitula, hilaritatis dea. Taubman. v. Vitulor.*

Wéſoły (*paßiuè*) **wéſéle máiący.** Hilaris homo, *Horat.* Hilaris animus : vultus. *Cicer.* Hilarus homo, *Terent.* Hilara vita, *Cicer.* Hilaritate plenus, *Idem.* Feſtus, *Quintilian.* feſta licentia. Feſtæ aures. *Claudian.* Lætus homo: lætus omnibus lætitijs: lætus animus. *Cicer.* Lætus animi, *Patercul.* Plenus lætitiæ, *Horat.* Geſtiens lætitia, *Cic.* Immodicus lætitiæ, *Tacit. i. nimis lætus.* Lubens, *Terent.* hilarem ac lubentē te fac in nati nuptijs. Remiſſus. *Suet.* remiſſiſſimus ad omnē comitatē animus. Cum triſtibus ſeuerè: cum remiſſis iucundè viuere. *Cic.* Perlætus, *Liui.* Supplicatio perlæta. Renidens os. *Ouid.* **Vśmiecháiące śie vſtá.** ὁ ἱλαρὸς, γανυρὸς, ἐγγεγηθὼς, ἐγγεγηθὸς γηθόσυνος. ὁ, ἡ περιχαρὴς, έος. γανώδης, εος. ὁ, ἡ ἀπενθὴς, νηπενθὴς, έος. *ſine triſtitia.* Defæcatus animus, *tr. Macrob.* Defæcato animo homo, *Plaut.* Liquido animo, *Idem Plaut. Lege & ſequentia.* Floridus *&c.*

Wéſoły / (*actiuè*) **wéſéle czyniący / rádoſny / vwéſeláiący.** Floridus color, *Plin.* Quæ florida ſunt in libello, *Cicer.* Serenus vultus, *Horat. Ouid.* Serena frons. Lætabilis res. *Cicer.* Lætabile factum, *Ouid. Lætificus, Cicer. ex Poëta ad vites tr.* Genialis dies, *Iuuenal.* Genialis muſa: geniale rus. *Ouid.* Lætus dies, *Terent.* Lætus clamor, *Virgil.* Læta paſcua, *Horat.* Læta vineta, *Lucret.* Feſtus clamor, *Plin. iun.* Feſtæ dapes, *Horat.* Hilaris, *Plin. iun.* Hilare cauædium. Floridulus. *Catul.* Floridulum os. Feſtiuus locus, *Plaut.* Feſtiuo loco accepti ſumus. Feſtiua area. *Plin. iun.* Amœnus locus: amœnum prædiolum. *Cicer.* Amœnum rus, *Horat.* Luculentus caminus, *Cicer.* Luculentum ambulacrum, *Plaut.* ὁ ἱλαρὸς, πανίλαρος, χαρτὸς. ὁ, ἡ ἵλεως, ω. ὁ εὐφρόσυνος, εὐφραντικός. ὁ, ἡ πολυγηθὴς, έος. ὁ, ἡ εὔφρων, ονος. ὁ ἵλεος. Apricus campus, apricum pratum. *Horat.* Apricus dies, *Colu.* Aprici receſſus montium, *Plin.*

Wéſpół / wéſpołek. v. **Poſpołu.**

Wéſtchnienie /. *Suſpirium ſemel factum.* **wzdychánie** *frequens ſuſpirium. plura infrà* v. **Wzdychánie.**

Wéſz / *Pes, pedis. m. Varr. Plaut. Lucil. Næui. Feſt.* Pediculus, *Colu.* ὁ φθεὶρ, ρὸς. Serpentes *vocauit Plin. pediculos l. 7. c. 51. vbi ſcripſit Pherecydem quendam copia ſerpentium ex corpore eius erumpentium exſpiraſſe, i. pediculorum, vt rectè interpretatur Cornar. ex Laërtio, Æliano, Sereno, qui eandem hiſtoriam referentes* φθειρῶν *voce vtuntur. & quamuis miretur Dalecamp. hanc Plinij interpretationem, tamen à ſerpendo pediculi rectè ſic vocari poſſunt; ſerpunt enim pedibus, quomodo viperam ſerpere dixit Ouid. & vitulum piſcem pinnis ſerpere in terra. Plin. Eundem Pherecydem Apulei. ait:* infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabrem ſolutum. *Sic legit Colui. pro ſcabiem, & interpretatur morbum pedicularem ex Æliano, Plutarch. Heraclide. apud quem* Φερεκύδης ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν. *Ciniphes,* σκνῖφες, σκνῖπες, *Exodi 8 & Pſalm. 104. pediculos aliqui interpretantur. Emman. Sa. Sed Cinyps eſt Garamantum fluuius, vbi hirci muiti egregij aluntur. Pedu, huius pedis, m. Nonio. Pedis vnus ingens. Fem. Plaut. vbi quamq́ pedem videbas. apud Noni. A pedibus pluribus ducunt vulgò plerię. Græcis* τὰ ἑρπετὰ *quæcunq́ ſerpunt. Inuſitatos tamen quoſdam & infeſtos admodùm & ferales hos pediculos cum Aurel. vocat Dalecamp. &* θηριώδη *ex Æliano.* Capillorum animalia, *Plin.* ὁ ἴγκαρος, ὁ κάρνος, ὁ σίθαρξ. *Heſych.*

Wéſz wodna / robak. *Pediculos aquaticos vocat Bellonius vermes quoſdam, quos Plini. tineas, & ſcrofulas Geſner. appellat. Eſt etiam apud Ariſtotel.* φθεὶρ θαλάττιος. *i. pediculus marinus, isq́ duplex, vermis, & piſcis pinguis. apud Plinium quoq́, l. 32. c. 7. Pedunculus marinus.*

Wéſz wodna / źiele. Dracunculus aquaticus, & Dracontion. *Plin. Matthiol. Vrſin. Siren.* τὸ δρακόντιον *à forma ſerpentis. Proſerpinalis, Apulei. Colubraria & ſerpentaria. Officin. tot habet folia, & in radice nodos, quot annos.*

Wieſło

Weſzło co w-obyczay / Increbuit mos, *Plaut.* Increbuit conſuetudo, *Cicer.* Inceſſit mos, *Saluſt.* Inualuit conſuetudo, *Plin. iun. Quintil.* Tranſijt aliquid in mores, *Quintilian.* In morem vertit aliquid, *Tacit.* In morem venit, *Ouid.* More habet licentiam, *Plaut.* Publicè recepta perſuaſio: vſus accepit. *Quintilian.* Subrepſit paulatim hæc appellatio, *Plin.* Suſcepit vita hominum conſuetudoque communis. Inueteraſcit, *vel* inueterauit nomen, opinio, ſignificatio verbi. *Cicer.* Inueterauit conſuetudo, *Cæſ.* Inductum in mores populi, *Cicer.* Obtinuit ea res: obtinuit conſuetudo. *Vlpian.* Receptum eſt, *Lucret. Plin.* Recipere aliquid in mores, *Quintilian.* Impetratum eſt à conſuetudine, vt liceret *&c. Cicer.* εἰωθότως τι γίνεται: ἐνόμιζε, *vel* ἐνομίζετό τι, ἃ νομίζουσι. *&* τὸ νομιζόμενον: τὸ ἔθος καθίστηκέ τῷ τινι: τοῦτο ἔθος παρεδόθη ἡμῖν εἰς πόλιν: τὸ ἔθος εἰσήχθη: πανταχοῦ τοῦτο νομίζεται: εἰθισμένον ἐστί: εἴθισται, νενόμισται: κατέστη: ἐπιχωριάζει τρόπος οὗτος παρ' ἡμῖν.

Weſzło w-przypowieść / Venit in prouerbium, *Liui.* παροιμιάζεταί τι: παροιμιαζόμενόν τι ἐστί: τὸ παροιμιασμένον ἐστί: παροιμιαζόμενον λέγεται: παροιμιῶδές τι γίνεται. v. **Poſpolicie mowią.**

Wét / wéty. Bellaria, *orum. Plaut. Gell.* Tragemata, *n. plur. Macrob.* τὰ τραγήματα. *Gell.* Pemmata, *n. plur. Gell.* τὰ πέμματα. Menſæ ſecundæ, *Gell.* δεύτεραι τράπεζαι. *Epidorpia trapeza. Rhodigin. Impomenta, orum. quaſi imponimenta quæ poſt cœnas menſis imponebant. Feſt.* Epiphoremata, *n. plur.* τὰ ἐπιφορήματα. *Cal. Rhodigin.* Epidipnis, *idis. f. Martial. Poſtcœnium, Henric. Stephan.* αἱ ἐπιδειπνίδες. *Athenæ. quæ poſt cœnam eduntur. Condimenta potus, Rader. ex Athenæo. apud quem* ἐπιδειπνῆσαι, καὶ ἐπιδορπισμὸς, καὶ ἐντραγεῖν *eadem ſunt.* τὰ ἐπιδειπνα. Epidorpiſmata, *n. plur. Celi. Rhodig. Iunio.* τὰ ἐπιδορπίσματα. Metadorpia *eidem.* τὰ μεταδόρπια: τὰ ἐπιτραπεζώματα. *Cal. Rhodigin. ex Platone Poëta.* ἐπιδόρπιαι τράπεζαι: ἡ ἐπιδορπὶς, ἰδος. Mactea, *vel* mattya, *æ. f. Sueton. vt legunt & explicant Cæls. Rhodigin. Turneb. Lauin. Rader.* ματτύας *Athenæus interpretatur menſas ſecundas.* ματτύας *quoq́; legit Turneb. vide etiam* **Zákoći.** Hypotrimmata, *n. plural.* τὰ ὑποτρίμματα, *ex ſaccaro facta, Iunio.* Trogalia, *n. plur. Caſsian.* τὰ τρωγάλια, τὰ τρωκτὰ, τρώξιμα. *At* ἐπιδειπνίζομαι, *Tragemata ſumo. Et* ὁ ἐπιδορπισμὸς, μεταδορπισμὸς. *ſumptio bellariorum.* τραγηματίζομαι, *bellaria edo.* Coluthea, *orum. Plaut. i. tragemata. Lambin. Taubman.* κολυθεῖς, *eſt diminutiu.*

Wét / aliter. wét zá wét / oddáć komu / wzdiem. Vices, *Horat. ſic loquitur:* Te maneant vices, *ſ. vt, negligaris inſepultus, veluti me nunc negligis.* Vicê reddere, *Martial. Ouid.* Talio, *fem. Plin. Feſt. Gell.* ¶ *Talio Gell. eſt, ſi idem fiat in te, quod tu in alio feceris.* Pati talionem, *Idem.* (*ſic* oddáią mi **wét zá wét /** *patior talionem.*) τὸ ἀντιπεπονθὸς, ότος. ἡ ἀμοιβὴ ἴση, ἡ δι' ἴσων: ἡ ταυτοπάθεια, *Harmenopul.* Æquilibritas, *Gell. Viciſsitas, Acci. Noni. priſcum.*

Wét zá wét oddáię / v. **Oddáię wét zá wét.**

Wétkniony / ὁ παρένθετος. *Interpoſitus, inſertus.*

Wétuie czégo czym. v. **Nágradzam.**

Wétuie czégo ná kiem / Ścigam czégo ná czym / ná kiem / vide **Wſzcze śie.**

Wéwnątrz (*quietè*) **wnątrz.** Intrà, *Colu.* Extrinſecùs & intrà picata eſſe debent. *ſ. vaſa.* Intrinſecùs picari vaſa iubebat Columella, *Plin.* Intrò. *propriè in locum.* Intùs, *in loco, ſonat. Cariſ.* Intrò nos vocat ad ſeſe: tenet intùs apud ſe. *Lucil.* Intùs ſerua, *Plaut.* Interiùs abſcondere, *Senec.* Interiùs inſiſtat oratio, *Cicer.* Introrsùs, *Liui.* Nihil introrsùs roboris eſſe. Turpis introrſum. *Horat.* ἐντὸς, ἐντόσθι τοῦ. Penitùs abditum: incluſum penitùs in viſceribus. *Cicer.* Penitùs latentes cauſas. *Virgil.* Ciſta penitùs celans ſacra religionis, *Apulei.* εἴσω, ἔσω τοῦ: ἔνδοθι, ἔνδον, ἐνδοτέρω, ἐνδοτάτω ἐστί. Intrò, *Cato.* Quæ intrò dolitabunt.

Wéwnątrz (*cum motu*) Intrò ferre cibum, *Cicer.* Abi intrò, *Terent.* Intra tecta vocare aliquem, *Virgil.* Intùs compellere aliquid, *Celſ.* Abi celer intùs: intùs ibant. *Plaut.* Aſſumitur intùs cibus. Ruit intùs arenam ventis mare. *Lucret.* Interiùs pergens, *Ammian.* Introrsùs ſpectantibus, *Varr.* Introrſum in media caſtra accipiunt hoſtem, *Liui.* ¶ *Prodius, Varr. apud Noni. Venit in vrbem, deinde accedit prodiùs, i. interiùs, longiùs. à prodeundo, porrò eundo.* εἰς τὸ ἐντὸς τι φέρεται: εἴσω εἰσιέναι: εἴσω ἐλθεῖν. Interiùs pergens, *Ammian.*

Wéwnętrzny / vide **Wnętrzny.**

Wéy! bá wéy! pátrz! Papæ! Hem! Vide auaritia quid facit! *Terent.* Hoc vide. *Terent.* Hoc vide in mea vita, tu tibi laudem is quæſitum ſcelus. Vide vt incedit! *Plaut.* En vt pultat propudium! *Plaut.* βαβαί. Babæ! *Plaut.* Vah conſilium callidum! *Terent.* φεῦ.

Wéyrzenie / poyrzenie ná co. (*actus*) Coniectus oculorum, *Cicer. Curti.* ἡ βολὴ ὀφθαλμῶν. Iniectus oculorum, *Arnob.* Reſpectus, *us Plaut.* Reſpectu me terruit. Obtutus. *Cicer.* Noſſe alicuius obtutus oculorum. Quodam obtutu oculorum, duo pro vno lucernæ lumina videri. Obtutus toruus, acris. *Sili.* Inſpectio prima neq́ue virtutes, nec vitia abdita oſtendit. *Colu. ſimiliter Quintilian.* Aſpectus, *Cicer.* Primo aſpectu: vno aſpectu. Aſpectus mitis. *Sili.* Species, *Cicer.* Prima ſpecie nec ad ſpeciem pulchriores. ἡ πρόσοψις, ἐποπτεία. Intuitus, *us. Quintilian. & Plin.* Abies hilarior intuitu. Conſpectus. *Cicer.* Vno in conſpectu omnia videre. Inſpectus iecoris. *Ammian.* ὁ ἀτενισμὸς: τὸ δέργμα, τὸ βλέπος, βλέμμα, ἀπόβλεμμα: ἡ ἀντίβλεψις. ἡ σύνοψις, *Conſpectus rei late diffuſæ compendioſus.* vnum aſpectum *Cicer. vocat:* ἡ μία σύνοψις. *Spectus, us. Pacuu. Colore & ſpectu proteruo ferox. i. aſpectu, Feſt.* v. **Pátrzenie 1.**

Wéyrzeć ná kogo śmiele / ábo w-oczy komu. Poſſe conferre cum aliquo vultum: audere attollere oculos contra fortunam. *Senec.* ἀντιβλέπω, ἀντοφθαλμέω. *Intuentem me obtueor, Bud.* ἀσκαρδαμυκτὶ βλέπω τινά: ἀτενίζω πρός τινος πρόσωπον, *vel* ἀτενὲς τινὰ ἐπιβλέπω, *Immotu, fixu oculis aliquem aſpicio.* vide **Pokázuię śie ná oczy.**

Wéyrzeć ná co / ná kogo. Poyrzeć / ſpoyrzeć. Conijcere oculos in aliquem, *Cicer. Virgil.* Conuertere, contorquere aſpectum aliquò. *Cicer.* Aſpicere aliquem, *Plaut.* Me huc aſpice. Flectere: attollere oculos. *Ouid.* Tollere oculos, *Virgil.* Tollere oculos contrà, *Lucret.* Aperire oculos, *Cicer.* Tendere oculos, *Lucret.* Contendere oculo. *Idem, & Afran. i. defigere, Lambin.* Torquere oculos ad mœnia, *Virgil.* Figere aliquò obtutum. Refero aſpectum aliquò. *Cicer.* ἐπιβάλλω τὰς ὄψεις τινὶ, ὀφθαλμοβολέω, σκοπέω πρὸς τι: ἐπιβλέπω, ἐμβλέπω, προσβλέπω τινά: εἰσορῶμαι τι. *Illud verò Seneca:* Animum ſumere ex alicuius vultu, *reddere potes:* **Podłe bnie twarz podobną czyiemu áfektowi bráć / ábo pokázowáć.** *Item,* **Wéyrzeniem / ábo pátrzániem ná kogo zoſmielić śie / ábo rozweſelić.**

Wéyrzeć łáſkáwie / *propr.* Aſpicere aliquem molli vultu, *Ouid.* Placido vultu videre aliquem, *Propert.* θερμυ-

θηλυκῇ ὄψει τινὰ ἐπιβλέπειν: τοῖς μειλίχοις ὀφθαλμοῖς εἰσορᾷν: μειλιχίως εἰσορᾷν.

Wéyrzeć łáſkáwie ná kogo/ *tr.* *Idem*, **Zmiłowáć ſie** / v. **Lituię ſie.**

Wéyrzeć w-co / v. **Wglądam**/ **Przypátruię ſie.**

Wézbráć kogo / *Moderate aliquem cædere, percutere.* παίειν τινὰ μετρίως.

Wézbráć ſie gdźie / Accelerare iter aliquò, *Caſ.* Continuò iter facere cœpi, *Cicer.* ἐπιχειρεῖν ὁδοιπορεῖν, ἢ τῇ ὁδοιπορίᾳ.

Wézbránie rzek / vide **Powódź.**

Węzeł / Nodus, *Cicer.* Nodum connectere, expedire. Nodum ſoluere. *Horat.* Nexus, *m. Plaut.* Cum nexu in humero læuo expapillato brachio *&c.* Nexus (*hic*) nodi (*huius*) *Plini.* Nodulus, **węzełek.** *Plin. tr.* τὸ πλεγμάτιον, τὸ κάθαμμα, ἡ κορύμβη, ὁ κόσυμβος, ὁ συμπλεκτικὸς σύνδεσμος: ἡ ἐπίδεσις: ὁ ἐπίδεσμος συμπλεκής, *vel* δυσανάλυτος: ὁ σύμπηγνος. **Węzeł bez záwdźięrgu.** Vinculum ſimplex, *Gorr.* Currax nodus, qui facilè currit & nectit. *Turneb. ex Gratio.* **Węzeł pretki / tákie ná pálcách z-nići czynią dźiećći gráiąc rozmáite/ abo v ſideł.** *οἱ θύσανοι, κροσσοί, κόρυμβοι. nodi quales apud cramenas pendent.*

Wézgłowie/ **wézgłówko rozmáite.** Puluinus, *Cic.* Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, & omnes in ijs ſedibus quæ erant ſub platano conſediſſe. Culcita ſubalaris. *Lamprid.* Puluinarium, *Liui.* Folles *inquit Lamprid.* pro accubitis ſternebat Heliogabalus cœnans amicis vilioribus, eoſque prandentibus illis reſſabat ita, vt plerunque ſub menſa ſubitò inuenirentur prandentes. *addit Caſaubon. puluillos vento inflatos eſſe vſitatos & molliſsimam præbere ſeſsionem.* Cubital, *n. Horat. vt legit Lambin. non cubitale, quia focalia ſequens vox, vtpote à fauce ducta primam producit. Turneb. & Lauin. ſcribunt cubitale, quia non eſt opus in focalia produci primam, cùm id in multis deriuatis accidat.* **Wézgłówko pod łokćie**/ **Podłokćek.** Accubitum, *Lamprid. in Heliogab.* Nec cubuit in accubitis, niſi quæ leporinum pilum haberent, *&c. hunc locum afferens Cæli. Rhodigin. accubitas ait eſſe culcitas. Sic enim format Rectum feminino genere.* Puluinar, *Horat. Puluinar priſcè, à pululis ſeu polis, quæ erant pila ex aluta molli tomento farcta, quibus datatim ludebatur. Ioſeph. Scalig. ex Varrone.* τὸ ἐπαγκώνιον, τὸ γονυκλινές, *Codin. quod genibus ſubſternitur.* τὸ ἐπιγονάτιον, *idem Codino.* γονάτιον, *Cabaſila in Gloſſar.* ἐπιγονάτιον, *Chryſoſtom. quanquam hæ voces etiam apud Codin. & Balſamon. Tom. 1. iuris Græco-Roman. ſignificant vnam ex veſtibus Epiſcopi ſacrificium peracturi genibus imminentem. & ille qui Pontificem* ἐπιγονατίῳ *amiciebat,* ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, *i. miniſter à genibus dicebatur. Hinc meritò Gretſer. noſter arguit Salomonis Svveigeri heterodoxi in barbata vt ipſe ait Græcia benè verſati, nomenclaturam. qui lib. 2. hodæpor. c. 62. veſtem hanc* πυγωνάτιον *imperitè dixit.* [πουλβινάρια, *Gloſſar. Seruij.* πούλβινον, *Arriano.*

Węzłem záwiezuię/ Necto nodis, *Virgil. Ouid.* Vincio connexis nodis, *Ouid.* Nodo, *as. Virgil. Cato. Ouidi.* Innodo, *Sipont.* In nodum tortis crinibus, *Martial.* ἐγκομβόω τῷ δυσδιαλύτῳ κορύμβῳ: πλεγματόω, ἐμπλέκω δυσλύτως.

Węzłowáto/ *propr.* Nodosè, *Sipont.* δυσλύτως. *vide præcedentia.*

Węzłowáto / *tr.* Neruoſiùs dicere, diſſerere. *Cicer. à neruosè.* Sinuoſiùs dicere, *Gell.* κατὰ συμπλοκήν: συμπεπλεγμένως, ἐμπλεκτῶς.

Węzłowáty/ *propr.* Nodoſus, *Plin.* Nodoſo coitu venarum in vmbilico. ὁ τοὺς δεσμοὺς δυσαναλύτους ἔχων. Renodis capillus, *Capitolin. i. in nodum connexus.*

Węzłowáty / *tr.* Nodoſus, *Macrob.* Nodoſæ & anxiæ quæſtiones. Neruoſus in dicendo Ariſtoteles. *Cic.* τὰ νεῦρα ἔχων, ὁ ἐμπλεκτικός, *tr.* ὁ συμπεπλεγμένος. *Plutarch.* τὸ ἀξίωμα συμπεπλεγμένον. v. **Mowá trudna.**

Weżniwá / Meſſibus aliquid colligere: per meſſes. *Plin.* τοῦ θερισμοῦ, *vel* τῷ τοῦ θερισμοῦ καιρῷ.

Weżoiedź/ **ludźie węże iedzący.** Ophiophagi, *Plin. populi rubri maris accolæ ſerpentibus viuentes.* οἱ ὀφιοφάγοι.

Weżowáty/ ὁ, ἡ ὀφιοειδής, ές. Anguineus, *vt apud Colu.* Cucumer anguineus, *i. ſimilis angui.* ὁ, ἡ ὀφιώδης, ες. ὁ ὀφιώδεις ἐντός. *Colubriferum monſtrum, Ouid. Colubriferum collum, Lucan.*

Weżowka bedłká/ v. **Grzyb.**

Weżownik kámień / Ophites, *is. m. Plin.* ὁ ὀφίτης, ου.

Weżownik ná niebie / ὁ ὀφιοῦχος, *& Anguitenens. Cicer. Anguifer, Colu. At* Serpentiger, *Ouid. Gigantis epitheton.*

Weżownik źiele/ **Gádowa miodunká.** *Biſtorta, Colubrina, Matthiol. Siren.* ¶ *Serpentaria, Siren. Vrſinus Biſtortam reddit:* **Weżownik czerwony/Gádowe źiele/** *& eandem facit cum Britannica Plinij. diuerſas cenſet Matthiol. Britannica non neruis modò & oris malis ſalutaris, ſed contrà anginas quoq; & ſerpentes, folia habet oblonga, nigra, radicem nigram, ſuccus eius exprimitur & è radice. cum Cochlearia aliqui hanc confundunt, ſed Cochleariæ folia ſunt rotunda & concaua, ad modum acetabulorum, ſeu ligularum, nec vim adſtringendi habet, qua pollere Britannicam Dioſcorid. tradit. Gorop. ex Plin.*

Weżownik wielki/ *Vrſin.* **Zmiiowiec.** *Siren. Dracontium maius, Anguina, Serpentaria, Matthiol. Vrſin.* ¶ *Dracunculus maior, Matthiol.* τὸ δρακόντιον μεῖζον. *Eſt & minor dracunculus apud Matthiol.* **Jáſzczórce źiele/** *&* **źiele iec okrągły** / *ab Vrſino redditur.* Ophiuſa *Plinij, Dracontij genus, Dalecamp.* Corinthas *item &* Mænais, *al.* Menais, *idis. ictus ſerpentium protinùs ſanat, & eiſdem ſuccus eius necat. Plin.* Mathios herba, *qua guſtata ſerpentes vetuſtatem deponunt. Lactat.*

Wężownik biały / v. **Obrazki.**

Weżowy / Serpentinus, *Iuſtin.* Omne ſerpentinum genus. Anguinius. *Tibull.* Anguinia caterua. Anguinus: Anguineus. *Cicer.* ὁ ὀφιώδειος, ὀφιακός, οῦ. Serpentigena & Anguigena. *Ouid.* **weżorodny.** ὁ, ἡ ὀφιογενής, ές.

Weżowy iezyk źiele/ **náſieźrzał.** *Siren.* **Nárdá Indyyſká**/ *Vrſin. Ophiogloſſum, Matthiol. Iuni. Vrſin.* τὸ ὀφιόγλωσσον. Lingulaca & lingua *Plinij, Vrſin. Iuni.* τὸ ἑνόφυλλον *vocat Vrſin. quòd vnum folium tantùm habeat, ſed vox Græca inuſitato modo formata eſt. quod ſi librarij errorem putans,* ἐννεάφυλλον *corrigas; non quadrabit ophiogloſſo, & alia herba eſt hæc Plinio. v. Indicem.* μονόφυλλον *potiùs aut* μονόφυλλος, *f.* βοτάνη *dicatur.* Herba ſerpentina, *Vrſin.* Lingua ſerpentina, *Iun. Matthiol.* [*Lancea Chriſti, Officin. Iuni.*

Weżowa ſkórá ſtára zwléczona/ wylinká. Exuuiæ ſerpentis, *Virgil.* Membrana ſerpentis. Senectus anguium exuta. *Plin.* Membrana chelydri. Vetuſtas anguium. *Ouid.* Spolium ſerpentis. Veſtis ſerpentis. *Lucret.* Tergus ſerpentis, *Sili.* Senium, *Stat.* Senium exutus anguis. Vernatio. *Plin. lib. 29. c. 6.* Vernatione quam exuunt (*ſerpentes*) pota. Reduuiæ. *Placiadæ. Gloſſ.* ἡ λεβηρίς, ίδος. *Leberis, idis. f. Cæli. Rhodig.* τὸ σύφαρ, τὸ γῆρας ὄφεως.

Wézwánie / vide **Wzywánie.**

Wezwány / ὁ κλητὸς. Vocatus, *Ouid.* ὁ ἀπόκλητος, προσκλητος. Accerſitus, *Plaut.* Przyzwány.

Wężyk/ máły wąż. Anguiculus, *Cicer.* τὸ ὀφίδιον, ὀφείδιον. Catulus ſerpentis, *Virgil. Noni.*

Wężyk/ *tr.* wężykiem ſię potykáć. Serra, *Cato*, *Gelli.* Serra præliari eſt aſſiduò accedere & recedere *ait Feſt. Implexam phalangem Gaza ex Æliano reddidit.* ὁ μαίανδρος *Heſych.* ἱππασίας γένος, *ſ. flexibus agitando equum.*

Wężykowáty / Sinuoſus flexus: Sinuoſa volumina ſerpentis. *Virgil.* ěſowáty/ ěſem idący. Vndantes habenæ: vndantia lora. *Virgil.* ſnuiące ſię/ ěſowáte/ wężykowáte. ὁ, ἡ ἑλικοειδὴς, ἐς.

Wężymórd ſiele / *Viperina & Scorzonera, barb. Officin. Siren.* Cantabrica *Plinij, Dalecamp.*

Wężyſko/ naśienie węże (iáko ikrá/ ábo mlecz rybi) Anguinum, *ſubaudi ouum, quanquam Robert. Steph. ſubſtantiuum eſſe ait:* Anguinum *Plinio, eſt id quod angues conuoluti & conglomerati, faucium ſaliuis & corporum ſpumis artifici complexu generant. Ouum vocat Plin. globum ex hac ſaliuatione compactum. Cruſta cartilaginea, quaſi acetabulis polypi ſparſa apta ad litium victorias, & regum aditus conciliandos, & ad veneficia. Nugæ.* ὁ ὀφιακὸς γόνος, τὸ ὀφιογενές.

Wężyſko v miérników/ plác wymiérzony ná 10 prętów wzdłuż i wſzerz/ ábo ná ſto prętów kwádratowych. *Spatium perticarum 10 in longum & latum: vel fune 10 perticarum in longum, & latum tenſo incluſum.* τὸ πεδίον δεκάχοινον.

Wgániam / Compello in oppida, *Liui.* Compello in plagas, *Plaut.* Domum aliquem compello, *Cicer.* Inigo, inegi. *Varr.* Inigunt in ſtabula (*oues*) Redigo hoſtem in caſtra, Capuam. *Liui.* Redigo in vrbem, *Plini. iun.* εἰσάγω, ἐπάγω τινά: ἐπωθέω, ῶ. Impello pecus in terram carioſam, *Cato.*

Wglądam w-co / Inſpicio in ſpeculum: in patinas. *Terent.* Inſpecto per impluuium, de tegulis. *Plaut.* Introſpicere mentes hominum: in omnes Reipub. partes. *Cicer.* Introſpicere voluntates, *Tacit.* διαβλέπω, ἐφορῶ, εἰσκύπτω, εἰσκοπῶ, εἰσκόπομαι, διασκοπῶ, εἰσκόπομαι, εἰσορῶ: διασκέπτομαι, & συγγ. τῶν. v. Przypátruię ſię.

Wglądánie / ἡ διάκυψις, ἔμψις. [*Introſpectio.*

Wiáderko / Vrnula aqualis, *Varr.* Sitella *ex ſua origine idem ſignificat: Sed apud Cicer. & Plaut. paulò aliter vſurpatur.* v. Wotowa ſkrzynéczká. τὸ σταμνίον, σταμνάριον: ὁ σταμνίσκος.

Wiádomo/ świádomo. Exploratò nauigare, *Cicer.* po świádomiu. διεσκεμμένως.

Wiádomo ieſt/ wiádoma rzecz ieſt. Scitum eſt, *Terent.* Conſtat inter omnes, *Cicer.* Peruagatus ſermo ciuitatis: res nota atque apud omnes peruulgata: res in vulgus peruulgata. Exploratum eſt mihi. *Cicer.* θρυλλεῖται, διαθρυλλεῖται ὅτι ὑπὸ πλειόνων ἢ πάντων: ὅτι πάντες θρυλλοῦσι: φανερόν ἐστιν ἅπασι: περίδηλον, & γνωστόν ἐστι, *vel* ἐγίνετο: ὁμολογεῖται ὑπὸ πάντων, *vel* πᾶσι, *vel* παρὰ πᾶσι, & παρὰ πάντων: εἰς ἅπαντας γνώριμον.

Wiádomość / Scientia futurorum: ſcientia de aliqua re. *Cicer.* Scientia coniurationis, *Tacit.* Notitia Dei: rerum maximarum. Notio pontificis: cenſoria actoris. Cognitio legum: capere cognitionem alicuius rei. *Cic.* Conſcientia, *Tacit.* In conſcientiam aſſumere aliquem. Ex conſcientia infirmitatis ſuæ hærere. *Quintilian.* z-wiádomośći / ábo z-świádomośći doznánia ſwey ſłábośći. *non reddas* z-ſumnienia. ἡ γνῶσις, εἴδησις, ἱστορία. *Scitus, us. vulgò abſq; auctoritate.*

Wiádomy / v. Świádomy/ Znáiomy.

Wiádrá ćwierć (pomiérnego) Vrna, menſura olei, vini *&c. apud Catonem, Colu.* ὁ στάμνος. *dimidium capit amphoræ teſte Fannio, ſextarios 24. teſte Colu. ac proinde 4 congios,* cztery gárnce. v. Korcá Krákowſkiego.

Wiádrá półćwierći/ *Hin liquidorum menſura apud Hebræos fuit dimidium vrnæ, ſeu duo congij, Villalpand. ex Ioſepho, Aria Montano.* δίχους. *Bicongius.* v. *Indicem.*

Wiádrá połowicá / v. Półwiádrá.

Wiádro poſpolite do wody czerpánia/ noſzenia. Situla, *Plaut. Amphitr.* Si ſitulam cepero, ego illi puteo animam omnem (*i. aquam*) intertraxero. Vrna. *Plaut. Rudent.* Dabitur tibi aqua, cedo vrnam. Hydria. *Cicer. in Verr.* Hydrias grandes in fano. Situlus aquarius. *Cato.* ἡ ὑδρεία. v. Kubeł 2. Craterra, *æ.* Vas vinarium, *vel olearium. Nonio.* Crateram *ſcribit Sipontin.* Creterram *Feſtus, à cratere vaſe vinario.* Situla, *Nonio ex Nænio. Cicer. Varrone.* Aquiminarium, *Vlpian.* Aquiminale, *Paul. IC.* Matella, vas aquarium. *Varro. Noni. Sipontin.* Naſiterna, *Plaut. Varr. Feſt. Lambin. à tribus naſis.* ὁ κάδισκος, καδδίσκος: ἡ ἰβάνη, κάλπις *idem.* & κάλπη, τὸ κρωσσίον. ὁ, ἡ στάμνος. Vrceus aquarius, muſtarius. *Cato.* Nanus *Feſto, vas aquarium humile concauum, quod etiam aqualem concauum & ſitulum barbatum dici aſſerit Scalig.* v. Wodny ſtátek.

Wiádro/ miárá winá poſpolita v nas. *Menſura vel vas 20 congios capiens ſeu vrnas 7. Latinum nomen nullum conuenit, poteſt tamen dici:* Amphora ſemiſtertia, *verbo Varronis: vel* Amphora ſeſquitertia, *verbo Cicer. nam continet amphoras duas Romanas & ſemis. Hendeburgica verò menſura, tres integras amphoras & ſemis capit. i. congios 28.* ἡ στάμνος. *Batus in lib. SS.* wiádro *Vuieco. ſed varia eſt eius menſura apud varios. Liquidorum menſura æqualis modio vel ſato aridorum. Cornel. à Lapide.*

Wiádro ſkórzáne / v. Kubeł ſkórzány.

Wiádrowy / wiádro w-ſię biorący. Vrnalis vrceus: vrnalis trulla. *Cato.* ὁ δεκαλιτὸς σταμνίον. Amphoralis, *apud Plin. vas amphorale eſt, quod amphoram capit. ſed amphora Romana erat 8 congiorum tantùm. poteſt tamen reddi* Wiádrowy/*nam* Wiádro *& vrna variè vſurpantur.*

Wiádrowy ſtół/ ſzáfá. Vrnarium, *Varr. vbi vrnæ reponuntur.* [ἡ σταμνοθήκη.

Wiáduk / vide Świádom czego.

Wiánek / Corolla, *Plaut. Plin. Feſt.* ὁ στεφανίσκος, τὸ στεφάνιον.

Wiánie / vide Wecie.

Wiáno / Opráwá *idem Ianuſonio, Sarnicio, Scerbicio & Groicio. Latinè vulgò Dotalitium, IC. & noſtris Sarnicio, Tucholien. Groicio.* Donatio propter nuptias, *vel* donum nuptiale vxori à marito datum, *IC. ex C.* [*Antidotē etiam & Crinile vocat Priluſius vocabulis confictis à noſtratibus ICtis. Antipherna, n. plur. Greg. Tholoſ. Cuiac. & Hotom. à Græcis* τὰ ἀντίφερνα, *i. doti reſpondentia.* τὰ ἔδνα, *al.* ἔεδνα. Iugalia munera, *Ouid.* ἡ προγάμιος δωρεά. *Harmenopul.* τὴν φερνὴν *Henric. Stephan. dotem vocat, quæ datur vxori à marito. ſed* v. Poſag. τὸ ὑπόβλημον & ὑποβλήμματα, *eſt* ἡ πρὸς τὴν φερνὴν ὑποθήκη. *Heſych. i. pignus loco dotis datum vel aſſignatum ob periculum dotis perdendæ.* ἡ πρὸς τὴν προῖκα ἀντιθήκη, *Pollucl.* ἡ ἀποστολή, *3. Reg. 9. apud Scholiaſten τῶν Septuaginta:* καὶ ἔδωκεν αὐτὴν (πόλιν) ἀποστολὰς τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ γυναικὶ Σαλωμών: *& dedit eam in dotem filiæ, &c. Vulgatus interpres.*

Wiárá / wiérzenie (*actus intellectus*) ἡ πίστις, εως. Fides, *Terent. Cicer.* fidem habeo alicui.

Wiárá cnotá moralna. Fides. vt, Fidem ſeruare alicui. *Plaut. Cicer. Quintilian.* vinowe / ſtawe / obietnice. ἡ πίστις, τὸ πιστόν. Fides eſt cùm fit quod dicitur. *Cicer. Item,* v. Wierność.

Wiárá dar Boży. *ἡ πίστις ἐστὶ φῶς οὐράνιον ᾧπερ ἐκ τοῦ Θεοῦ τι ἀποκαλύπτοντι ὁμογνωμονοῦμεν. Fides eſt lumen cæleſte quo Deo aliquid reuelanti aſſentimur. ignota Ethnicis.*

Wiárá/ relijá/ ſpoſób chwalenia Bogá. vt przyſtał ná te ábo owe wiárę. *Si de re Catholica ſermo eſt: Fidem vel Religionem vſurpabimus.* ἡ θεοσεβία. *ſin ſecùs; ſectam, perfidiam, impietatem, hæreſim, errorem dicemus.* ἡ αἵρεσις, ἀσέβεια. v. Relija.

Wiárdunk / *Duodecim ſeſtertij.* Tridrachmum, *ſeu* τὸ τρίδραχμον *verbo Pollucis vocare poſſumus, apud quem ſignificat nummum trium drachmarum (non eſt autem apud nos genus monetæ, ſed numeri tantùm, vt* kopá / grzywná/ półgrzywny/ *&c.) [Ferto apud Cromer. & in Statutis barbarè vocatur.*

Wiáre pſuie komu / v. Kredyt zépſowáć.

Wiárołomny / *Cochanouio.* Perfidus eſt qui ſocium prodit: perfidioſus, perfidioſiſſimus homo. *Cicer.* v. Niewierny/ *quanquam id non ita verbo Latino reſpondet. & generale eſt, vſitatum tamen. illud verò Poëticum eſt.* ὁ, ἡ ἄπιστος.

Wiáruie ſie / v. Chronie ſie.

Wiáry godźien/ Bonæ fidei eſt, *Sueton.* Conſtat ei fides, *Arnobi. Teſtabilis, Gell. qui teſtis eſſe poteſt. contrà, Inteſtabilis in 12. Tabul.* Sanctus, ſanctiſſimum teſtimonium. Locuples teſtis, *Cicer.* ὁ ἀξιόπιστος, ἔμπιστος, πολύπιστος, πιστὸς, πεφιλημένος: ὁ ἐχέγγυος, πίστιν ἔχει. v. Pewny.

Wiáry náuczam / v. Náuczam wiáry.

Wiaſtá / v. Wiozanká.

Wiátr / Ventus, *Plaut. Cic.* ὁ ἄνεμος: τὸ πνεῦμα. Aëris fluxus, *Plin.* Fluor aëris, *Arnob. Iuni.* Ventus eſt aëris fluens vnda, *Vitruu.* ὁ ἄνεμός ἐστιν ὁ ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος. *Ariſtotel. Ventus eſt aër multus fluens & denſus.* Ventus fit vbi eſt agitando percitus aër, *Lucret.* Flatus, *Cicer. Virgil.* Spiritus, *Colu.* Sationi præſtat eligere ſilentis vel certè placidi ſpiritus diem. *Et Cicer.* Aram quam ſemper demulcet ſpiritus Auſtri. Flabra, *orum. in plurali apud Poëtas pro vento ſumi monet Seruius.* Non illam flabra nec imbres conuellunt, *Virgil. Lucret. Flamen etiam Poëticum. Flamina claſſi contraria. Fugant flamina nubes. Spirant flamina. Ouid.* Aura, *Virg.* Spirant auræ, adſpirant. Volucri fugacior aura. *Ouidi.* Accipit auras quamlibet placido & ſereno die. *Plin. iun. Anima pro vento, Poëticum. vt Acron monuit. Virgil. Quantũ ignes animæq́ valent, i. venti, Serui. Anima follis, Plaut. Aurarum leues animæ, Lucret. Impellunt animæ Thraciæ lintea, Horat. Ventorum præcipuorum nomina infrà habes ex Senec. Vitruu. Plin. Gelli. Nam omnes enumerare inutile, & longum. 47 ſunt apud Plin.*

Wiátr wſchodny práwy. Subſolanus, *Plin. Vitruu.* Apeliotes, *æ. m. Plin.* ὁ ἀπηλιώτης, ου. Solanus, *Vitruu.*

Wiátr wſchodnemu poboczny ku południowi / Vulturnus, *Plin. Vitruu. Senec.* Eurus, *Senec. ex ortu hyemali flat,* Noni. ὁ εὖρος. Eurinus ventus, *Colu.*

Wiátr wſchodnemu poboczny ná północy/ Cæcias, *æ. m. Plin. Vitruu.* ὁ καικίας, ου. *Senec.*

Wiátr zachodny práwy / Fauonius, Zephyrus, Libs. *Senec.* ὁ ζέφυρος.

Wiátr zachodnemu poboczny ku południowi / Africus, *Senec Plin.* Notum, & Liba hunc *vocat Plin.* ὁ λίψ, λιβός. Subueſperum *hic ponit Vitruu.*

Wiátr zachodnemu poboczny ná północy / Corus, Argeſtes. *Senec. Plin.* Zephyrum *hic ponit vel eundem cũ* Argeſte *facit Plin.* Caurus & Iapyx *Horatij, Gellio. Iunio.* ὁ ἀργέστης, ου. ὁ ἰάπυξ, υγος.

Wiátr południowy/ práwy/ śrzedni. Auſter: Notus. *Senec. Vitruu. Virgil. Iſidor.* ὁ νότος. *ab humore. quia* ἡ νοτὶς, ίδος. *humor. Pincerna pluuiarum, S. Auguſtin.* Auſtellus, *diminut. Lucil.*

Wiátr południowemu poboczny ku wſchodowi / Euronotus, *Vitruu. Senec. Plin. à brumali ſolſtitio flans. Gelli.* ὁ εὐρόνοτος. Euroauſter, *Iſidor.*

Wiátr południowemu poboczny ku zachodowi / Altanus, *Vitruu.* Euroafricus, *Iſidor.* Libonotus, *Senec. Plin. medius inter Liba & Notum.* ὁ λιβόνοτος.

Wiátr północny / práwy. Septemtrio. Aparctias, *æ. m. Senec. Plin.* ὁ ἀπαρκτίας. Septemtrionalis, *Colu.* Septemtrionarius, *Gell.* ὁ ὀρνιθίας, ου. Ornithias, *æ. m. Colu. Plin. qui ab aduentu auium ducit, quia à ſeptemtrione aues veniunt.* οἱ ὀρνιθίαι. *Scopa terræ, S. Auguſtin.*

Wiátr północnemu poboczny ku wſchodowi/ ὁ βορέας, ου. *Gelli.* Aquilo. Boreas. *Senec. Plin.* Supernas, *à Vitru. ponitur iuxta Aquilonem. Aliorum 27* τυφωνικὸς, Typhonicus. *&* εὐροκλύδων, Euroaquilo. wſchodopółnocny.

Wiátr północnemu poboczny ku zachodowi / Thraſcias, *æ. m. Plin. Vitruu.* ὁ θρασκίας, ου.

Wiérzę temu iáko Bogu. Jéſt to ártykuł wiáry. *Vulgò. ſed vix Latinè redditur. Eſt hoc de fide. Eſt articulus fidei. Credo tanquam articulum fidei. Latiniùs & elegantiùs ſi loqui voles, dices: Fides huius ſententiæ auctoritate diuina firmata eſt. Hoc oraculum diuinum eſt. Id Prophetarum ore Deus enuntiauit. Id vnum eſt ex ijs quæ Deus reuelauit, & ab hominibus credi voluit. Huic dogmati vel ſententiæ certiſſimo æterni exitij periculo non creditur. Huic veritati ita aſſentiri debes ni æternùm perire velis, ac ſi ab ipſo Deo proferretur. Huic propoſitioni firmiſſimo fidei diuinæ aſſenſu adhæreſcere oportet. Hoc dogma vnum ex capitibus ad credendum à Deo per Eccleſiam propoſitis, qui ſaluus eſſe cupit, credere debet. Huic narrationi tanquam à Deo prolatæ credendum eſt. Qui huic hiſtoriæ non credit, Deo non credit. Huic propoſitioni eadem quæ Deo fides debetur, vel habenda eſt. His diuinam fidem vel Prophetarum fidem ſecuti credimus, aſſentimur. Id ita fore Deus fidem dedit. His dictis fidem & auctoritatem ſuam Deus addidit, vel adiunxit. Hæc dicta fidem & auctoritatem diuinam vel à Deo habent. Illa verò locutio:* Credere fide diuina aliquid vel alicui, *poteſt ferri. Nam ſic Plaut.* Si iſti formidas credere, mea fide crede. *i. ea quam mihi haberes. Sic & Cicer. locutus eſt. Et Patercul. ait:* Cæſar omnium victor regreſſus in vrbem (quod humanam excedat fidem) ignouit omnibus qui ad. *At illa: Id eſt articulus fidei, minùs Latina eſt. Sed, Id eſt articulus fide diuina credendorum.* ὅτι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χρησθὲν νόμιζε: ὅτι χρησμὸν θεῖον εἶναι πίστευε: τοῦτο ὥσπερ Θεὸς πίστιν ἔχει.

Wierz mi / Mihi crede, *Cicer.* Ama me, non libenter vidi. *Cicer.* πιθοῦ μοι: πείθου μοι ἀληθεύοντι.

Wierz kto chce / Ex ingenio ſuo quiſque addat, vel demat fidem. *Tacit.* Fides eius rei penes auctores ſit. *Saluſt.* Τοῦτο ὁ ἐξηγητὴς πίστιν ἐχέτω. Fides tantùm auctores appellet, *Plin.* Τοῦτο πιστεύειν ἢ οὐ, ἑκάστῳ ἔξεστι: ὅτι κατὰ τὸ ἐξηγητοῦ πίστιν λέγω *vel* λάμβανε.

Wierzgáiacy / *propr.* Calcitroſus, *Colu.* Calcitroſus iuuencus, *Vlpian.* Iumentum calcitroſum. Calcitro, *onis. Plaut. de homine vſurpauit, qui calce ferit ianuam. Subſtantiuum eſt, quaſi* wierzgałá. ὁ λακτιστής, πτερνιστής, ὁ. *ſubſtant. At* λακτιστικός, *Adiectiu.*

Wierzgáiacy / *tr.* v. **Niépoſtuſzny.**

Wierzgam / Calcitro, *as. Plaut.* Calcitrant mulæ, *Cicero tranſtulit.* Calcitrat filius, reſpuit, *&c. tr. Nos etiam ſic loquimur:* wierzga ſynaczek / *i.* niépoſtuſzny iéſt. v. **Odwierzgam.** σκινδίζομαι, σκωλίζω, λακτίζω, πτερνίζω: λακτίζω ἐπί. *Calce ferio aliquem.* Wierzgam ná kogo. Peto pedibus aliquem, *Lucret.* **Biię nogámi / wierzgam.**

Wierzgánie / Calcitratus mulæ inhibetur vini crebriore potu, *Plin.* Calces, *Terent.* Quæ inſcitia eſt aduersùs ſtimulum calces? *i. percuſſiones pedum, cum ἐκλείψει verbi, iactare. Donat. ſed Turneb.* Calces *verbum eſſe contendit. & apud Priſcian. in prouerbio Græco, Verbum eſt.* πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτίζετε, *i. aduerſus ſtimulum ne calces, vel calcitres: eodem redit vtrumq;.* ὁ λακτισμός, λαγμός. *At* τὸ λάκτισμα, λάκτισμα. *ictus calce incuſſus.* vdérzenie od koniá wierzgáiacego.

Wiérzyćiel / v. **Pożyczálnik.** *quanquam* Wiérzyćiel / *vt & Creditor apud Quintilian. & Caium latiùs patet, ſ. in emptione, locatione, & alijs contractibus.*

Wiérzyſko / *Locus lignis concidendis deſtinatus. Area lignariorum, vel fabrorum.* τὸ τῶν ξυλοτόμων πεδίον πελεκημάτων πλῆρες.

Wieś / Rus, *Terent. Horat.* Rus ex vrbe tanquam è vinculis euolare, *Cicer.* Ruri, *in ſexto caſu dicendum cenſet Feſt. exemplo Terentij. licet Soſipater etiam* rure *dici aſſerat.* Villa eſt quò fructus ex agro conuehitur, *Varr. Vella, priſcè Varro.* Ager cultiſſimus cum optima villa. Frumenta aut in agris, aut in villis ſunt. *Cicer. Villa Columellæ triplex, vrbana, ruſtica, fructuaria. obſerua villam ad ædificia ſemper referri.* Vicus, *Feſt. In vicis partim habent rempub. & ius dicitur, partim nihil horum, & tamen ibi nundinæ aguntur, & magiſtri vici ſunt &c.* Pagus, *Varr. Horat. Pagi Feſto dicti à fontibus, qui Græcè* πηγαὶ, *& Doricè* παγαὶ, *vel quòd vt Feſt. ex eodem fonte biberent. Pagi, inquit Popma, ſunt villæ ruſticanæ in eodem tractu regionis diſpoſitæ, à pangendo & iungendo. ſeu ſunt partes prouinciæ aut præfecturæ in quibus vici inſunt aliquando & oppida.* (Klucz / włość *noſtri vocant*) *Vici autem ſunt, inquit idem, plures iunctæ domus remotæ ab vrbe, & abſq; mœnibus. Iſidor. vicos ducit à vicinis habitatoribus, qui vias habent ſine muris. aliquando pagi nomen ſignificat vicorum iuxta fontem aliquem ſitorum ſeriem, & tractum ſocietate deuinctum, vt apud Cæſarem* *de Sueuis.* Centum pagos habere dicuntur ex quibus quotannis ſingula armatorum millia bellandi cauſa educunt. *Nam ex vno vico quis credat mille armatos educi potuiſſe?* ἡ κώμη, Χώρα, τὸ Χωρίον : ὁ ἀγρὸς : ἡ ἀγροικία : ἡ ἔπαυλις, ιος. εως. τὸ ἐπαύλιον. *At* ἡ κωμόπολις, *Vicus maior oppidi æmulus, Comopolis, Budæ. Metrocomia eſt vicus, ex quo coloniæ deducuntur. (vt metropolis, ciuitatum matrix) Budæ.* ἡ μητροκωμία.

Wiéść / Fama : rumor : aura rumoris : rumuſculus, *Cic.* ὁ λόγος, τὸ κλέος, ους. ἡ κληδὼν : κληηδὼν : κλεηδὼν, όνος. ἡ φήμη, φήμης : ὁ φημισμὸς : ἡ φάτις : ἡ ὄσσα.

Wiéść ieſt / Rumor eſt : rumor perfertur ex Aſia : rumores ſparſi ſunt : rumoris neſcio quid afflauerat : nihil à te ad nos ne rumoris quidem affluxit. Rumore nuntio audiuimus. Serpit rumor. Perfert, affert aliquid rumor. Fama eſt : fama celebrat, nuntiat : fama ad aures meas peruenit: fama ſurrexit, percrebuit, emanauit: famà aliquid accepi. *Cicer.* Crebreſcit fama, *Tacit.* Fama fert : fama ita tenet : fama traditur, *Liu.* Affertur, *abſol.* & affertur rumor. *Cicer.* Circumfert fama aliquid, *Plin. iun.* Fama in vulgus exierat, *Sueton.* Fama peruaſit, *Tacit.* Vulgauit fama, *Curt.* Perfertur fama: obtinet fama, *Liui.* ἡ φήμη διασκεδάννυται ὑπό τινος: προῆλθε φήμη· φήμη πλανᾶται κατὰ πόλιν αἰφνιδίως: ὁ λόγος, *vel* φήμη διεδόθη εἰς τὴν πόλιν: ὅτι ἅπαντες θρυλλοῦσι: θρυλλεῖται ὅτι, διεθρύλλητο ὡς &c. αἱ φῆμαι ἡμῖν ἀπήγγελον. v. **Powiádáią/ Rozgłáſza ſie/ Słyſzeć.**

Wiéść nie pewna z-tretu / Frigidus à roſtris manat per compita rumor, *Horat. Vnde ſubroſtrani, Cicer. Otioſi rumorum aucupes, vel architectones. Turneb.* Sine capite aliquid manat: cuius non exſtat auctor. Audire aliquid de aliquo ſine capite, ſine auctore. *Cicer.* ἡ φήμη ἀδέσποτος: ὁ λόγος ἀδέσποτος ἐστι, *vel* γίνεται.

Wiéśiołek źiele / wierzbowká/ błágácz. Oenothera, & Oenotheris, & onuris hilaritatem in vino affert. *Plini.* ὁ οἰνοθήρας, ε. ἡ ὄνουρις, ὀνόθηρις, ὀνοθηρὰς : τὸ ὄναγρον: ἡ ὀνάγρα. [*Salicaria, Herbar. Item* v. **Ćwiklá pomorſka.**

Wiéśiennego czáſu / Verno, *Plini.* Radices hyeme creſcere, verno minui. τοῦ ἔαρος.

Wiéśienny / Vernus flos, *Tibul. Plini.* Vernum tempus. *Cicer. Horat.* ὁ ἐαρινὸς, εἰαρινὸς, ἐαρτερος.

Wiéśniáctwo / Ruſticitas *vrbanitati oppoſita. Quintilian.* Hirſutum & dura ruſticitate trucem, *Martial.* ἡ ἀγρότης, ητος. ἀγροικία.

Wiéśniaczká / ἡ κωμῆτις, ιδος. Χωρῖτις, ιδος. *Vicana, pagana.*

Wiéśniak / Ruſticus, *Virgil.* Ruſticus es Corydon. ‖ Sermo vrbanorum & ruſticorum. Ruſticanus quidam. *Cicer.* Ruricola, *Colu.* Ruſticulus non incautus. *Cic.* **wiéśniaczek.** *Paganus etiam vulgò dicitur : Sic ferè apud Iuuenalem, & Cicer.* vide **Nié rycerz / Pogánin/** & **Wiéyſki.** ὁ ἀγρότερος, ἀγρεῖος, ἀγρότης, ου. Χωρίτης, ὁ κωμήτης ου.

Wieſzam co / v. **Záwieſzam.**

Wieſzam kogo / v. **Trzymam ná ſłowie.**

Wieſzam ſie gdźie / Hæreo apud aliquem, *Plaut.* Affixum alicui eſſe, *Cicer.* προσκολλάω τινί. *Item aliter.* Librant ſe aues in aere, *Ouidi.* σταθμάονται, αἰωρεῖονται, ἐναιωρεῖονται.

Wieſze / vide **Obieśić.**

Wiéſzczbá/ wiéſzczbiárſka náuká. Mantice, *es. f. Cicer.* Diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, Chryſippus definit vim cognoſcentem & videntem, & explicantem ſigna, quæ à dijs hominibus portenduntur. Ars diuinationis. Auguratus ſcientia. Augurum ars. Ars extiſpicum. *Cicer.* ἡ μαντεία, μαντικὴ, οἰωνομαντικὴ. *aliud eſt* **Wróżká** / *v. infra.*

Wiéſzczbá / wiéſzczenie powſzechnie. Diuinatio, *Cicer.* Ego augur publicus conſtitui apud te auctorem augurij, & diuinationis meæ. Hariolatio ſuperſtitioſa. Prædictio hariolorum. *Cicer.* ἡ μαντοσύνη, ἡ κληδών. *vt* κληδόνος ἕνεκα. *Ominis gratia.* Coniectatio, *Plin.* Coniectio, *Cicer.*

Wiéſzczbá/ wiéſzczenie z-ptaków. Augurium, *Cicer.* O mea ſemper fruſtra veriſſima auguria rerum futurarum! *Ab auium garritu vel geſtu. Feſt.* Auguratio: auguratus, *us.* Prædictio augurum, *Cicer.* Auſpicium, *Plaut. Cicer. Ouid. è volatu auium prædicit, eſtq́ velut auium inſpectio. Noni.* ἡ ὀρνιθοσκοπία, οἰωνοσκοπία. *huc refer* Tripudium pullorum, *Cicer. quaſi terripudium, ſeu terripauium, ex offa pullorum ore cadente præſagium, quod* Soliſtimum tripudium *Cicer. vocat.* ἡ οἰωνομαντεία, τὸ οἰώνισμα.

Wiéſzczbá z-bydlęcych trzew / Haruſpicina, *Cicer.* Haruſpicium, *Catul. ab hara & ſpecio, Serui. ab haruga, i. hoſtia. Donat.* ἡ ἡπατοσκοπία, ἱεροσκοπία. Extiſpicium, *Sueton.* Extiſpicum ars, *Accius. vt rectè corrigit Nonium Henr. Steph.* Præſenſio per exta, *Cicer.*

Wiéſzczbá z-niebá / ábo z-powietrza. ἡ τερατοσκοπία. Prodigiorum & oſtentorum ſcientia. Obſeruatio cæli. *Seruare de cælo augurum erat, & notare an fulſerit, an tonuerit, an ictum ſit aliquid è cælo. Cicer. de Diuinat.*

Wiéſzczbiárnia / Manteum, *Plini.* τὸ μαντεῖον. Auguraculum vbi auſpicia captabantur, *i. in arce. Feſt.* Teſca, teſqua. *Verri. Feſt. loca augurio deſignata.*

Wiéſzczę powſzechnie / Diuino, *as.* præſentio futura. *Cic.* Aurium tinnitu ſermones de ſe præſentire. *Plin.* Hariolor, *Cicer. Terent.* Addiuino, *Plin.* Quendam ex facie hominum addiuinantem. Omen facio. *Plin.* Capiendi ominis cauſa exire in aliquem locum. *Cicer. Simile eſt :* Seruare de cælo, *i. auſpicia ex viſis, vel auditis in aëre captare. Rectè ominas, Pompon.* μαντεύομαι, διαμαντεύομαι: ἐσδεύομαι, ὄττομαι, ὀττεύομαι. *Ominor, vel auguror.* κληδονίζομαι. *Ominor, vaticinor. Bud.* Mantiſcinatus, *à* mantiſcinor. *vel* manticinatus, *apud Plaut. Captiu. legit Lambin. Camerar. Græco-latina vox (vt vaticinatus) vbi alij legunt manticulatus.* Inauguro, *i. augurium capto. Liui.* Templa (*proſpectum*) capiunt ad inaugurandum. *Idem Liui.* Inauguratò aliquid facere, *i. captato augurio.*

Wiéſzczę z-ptaków / Auguror, & auguro: de aliqua re: ex paſſeribus, ex alitis volatu, ex cantu ſiniſtro oſcinis, ex tripudijs, ſomnijs. Augurium ago. Auſpicor: auſpicium ago, gero, capio: auſpicor tripudio. *Cicer. Auſpico muſtelam, i. ex muſtela auſpicium capio. Plaut. Non hodie huic rei auſpicaui, vt cum furcifero fabuler. Idem,* **Nie wiéſzczyłem / nie pátrzałem ná ptaki/ ná niebo/** *&c. Nos dicimus:* **nie pátrzył ná gwiázdy / ná minucyie / nie ſpodźiewał ſie.** *Prætor auſpicat auſpicium. Næuius.* Magiſtratus publicè auſpicant. *Cæcilius.* **Szczeście probuię z-lotu ptáſzego.** Auſpicia mittere, facere. *Liui.* οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπεῦμαι: ἐπ᾽ οἰωνῶν καθίζομαι.

Wiéſzczę z-trzew / Haruſpicinam facio, *Cicer.* ἡπατοσκοπέω, ἱεροσκοπέω.

Wiéſzczek: wiéſzczbiarz : wiéſzczká. Diuinus, *ſubſtant. Petron. Cicer. Martial.* Mantes, *is. m.* Coniector, *Cic. Terent.* Hariola, *Plaut. à fando, quaſi fariolus. vel ab halando inter diuinandum. Donat.* ὁ μάντις, εως. μαντευτὴς, ε.

Diuinaculus, *Turneb. legit apud Suetō pro vernaculus. item Lamii.* Wießczków v nas niemáß/ coby nauke te vmieli/ chybá z-niektórych ptaków/ abo beſtyy przyrodzonych ſkłonnoſci o pogodźie/ niepogodźie cokolwiek poſtrzegánia/ ábo podánia/ ále grubo/ goſpodarze zwłaßcza przepowiádáią. (nie mowię teraz o Práktykárzach gwiazdárſkich) Wróżkowie v nas ſą/ ále grubi/ i głupi/ i grzechá tym ſie báwiący: kárácby ich trzebá.

Wießczek z-ptaków/ abo ptáßy. Augur, *Cicer.* (*Et Auguratus, us. Cicer. dignitas auguris.* wießczbiárſtwo.) Qui auium cantum intelligunt: magisque ex alieno iecore ſapiunt quàm ſuo, *Pacuui.* Pullarius, *Cicer. Liui.* Interpres auguriorum, *Cicer.* *ὁ οἰωνοσκόπος, ὀρνιθοσκόπος, οἰωνόμαντις, εως.*

Wießczek z-trzew/ Haruſpex, *Cicer. Terent.* Haruſpica, *Plaut.* Extiſpex, *Cicer.* *ὁ ἡπατοσκόπος, ἱεροσκόπος, θυοσκόπος, σπλαγχνοσκόπος.*

Wießczek z-niebieſkich widoków. *Prodigiator, qui ex prodigiis prædicit. & prodigiorum interpres, Feſto.* Interpres portentorum, *Cicer.* *ὁ τερατοσκόπος.* Fulgurator, *Cato. Cicer.*

Wießczek fałßywy/ *ὁ ψευδόμαντις, ιος. εως. falſus vates. ψευδομαντεύομαι, falſa vaticinor. ἡ ψευδομαντεία, falſa vaticinatio.*

Wießczká śie rádzę/ pytam. *μαντεύομαι. Omina, ſeu diuinos conſulo.*

Wießczy/ wießczbiárſki. Auguralis liber. Augurius, *ut,* Augurium ius. *i. augurale. Cicer.* Auſpicalis piſciculus, *Plin. ex quo auſpicium ſumitur.* Haruſpicini libri, *Cicer.* Diuinans, *Cic.* Eſt quiddam in nobis diuinans. Coś wießczego w-nas ieſt. Diuinus, *adiectiu. Cicer.* Melancholicos habere aliquid in animis præſagiens atq; diuinum cenſebat Ariſtoteles. *ὁ μαντικός, μαντευτικός. ὁ, ἡ μαντώδης, εος. ὁ οἰωνικός. Trifatidicus, Auſon. i. valdè fatidicus.* Fatalia carmina in *Culice Virgil. i. μαντώδη ἔπη Oracula quæ reddebant in Dodona quercus fatidica. Ioſeph. Scalig.*

Wießczy/ *aliter. aut* Wießczący. Præſagus, *Claudian. Lucan. Ouid. Virgil. ὁ προμαντευόμενος.*

Wießczycá/ *idem* Łatáwicá. v. Łatawiec 1.

Wietrzę co/ przewietrzam. Inſpiro granaria aquilonibus. Ventilo vinum. *Colu.* Expono ventis: capto perflatus ventorum: *vt,* capere perflatus *apud Colu. eſt. διανεμόω, ἀνεμόω τι: ἐν τῷ ἀνεμώδει τόπῳ τίθημι: διαπνέομαι, καταπνέομαι τῷ ἀνέμῳ τι ποιῶ: τὰς πνοὰς vel διαπνοὰς εἰσπέμπω, παραδέχομαι.*

Wietrzeie/ Fugio, *Cicer.* Vinum fugiens. *ἀποψύχω. exhalo, exſpiro.* v. Wywietrzeć. *ſed hoc perfectum actum ſonat; illud inchoatum.*

Wietrzenie/ Ventilatio, *Plin. de vuis quæ diu pependêre:* ventilatione, *inquit,* vtiles fiunt ſtomacho. *ὁ ῥιπισμὸς, ἡ ῥίπισις, εως.*

Wietrznik/ Triton, *onis. in Vitruu. lib. 1. c. 6.* Supraque turrim tritonem æreum collocauit, dextra manu virgam porrigentem, & ita eſt machinatus, vt vento circumageretur, & ſemper contra flatum conſiſteret, ſupraq; imaginē ſtantis venti indicē virgam teneret. *Porrò effigiē Tritonis deſcriptā habes ſuprà, v.* Morſki człowiek. *Meminit huiuſmodi tritonum Macrob. & Sueton. ὁ τρίτων eſt fluctus, Cerda in 1. Æneid. Tritonem Iunius bracteam ventorum indicem interpretatur.* Petalum *vocat Sipont. è Græca voce τὸ πέταλον quæ ſimiliter bracteam ſignificat. affert idem Plinium, ſed apud Plini. l. 34. c. 8. pentathlum legitur. Pinnam idem vocat Sipont. vnde pinnaculum quia pinna ei addi ſolet, quæ facili motu ventorum flatum indicet. Petaſum etiam Plinij idem Sipont. huc trahit, ſed non rectè.* v. Daßek 2. [*ὁ ἀνεμογνώμων, ονος. rectè dicetur, & propriè. i. ventorum index.*

Wietrzny/ wiátrowy. Spiritalis, *Vitruu.* Spiritale genus machinæ eſt, cum ſpiritus expreſſionibus impulſus, & plagæ voceſque organicōs exprimuntur. Pneumaticus. *Vitruu.* Cteſibius qui pneumaticas res inuenit, *i. quæ ſpiritu impelluntur.* ¶ *Plin.* Cteſibius pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis. *ὁ πνευματικὸς, τὸ πνευματικὸν ὄργανον, οἱ πνευματικοὶ λόγοι.* Pneuſticum dolium *ſeu cadum plenum tibiis, quæ immiſſo ſpiritu ſuaues modulos edebant, fuiſſe apud antiquos ſcribit Dalecamp. in Plini. & meminit eius Seneca.* Ventoſa concha, *Lucan. i. tuba Tritonis vento inflata.* Ventoſus follis, *Virgil. ὁ ἀνέμιος, ἀνεμιαῖος, ἀνεμώδης.* Animalis natura animantis, *oppoſita* terrenæ, humidæ, *apud Cicer. Ventigenus, Lucret.*

Wietrzny/ *aliter.* vide Náwietrzny.

Wietrzyſty/ wiátru doſyć máiący. Ventoſus cæli ſtatus: ventoſa qualitas: ventoſum cælum. *Colu.* Ventoſum æquor, *Virgil.* Ventoſus aër, *Plin.* Wiátrom podległy/ abo wiátrem ruchomy. *ἀνεμόεις, ἠνεμόεις. ὁ, ἡ ἀνεμώδης, πνευματώδης, εος. ὁ πνευματικὸς. ὁ, ἡ φυσώδης, εος. flatu plenus. At ὁ, ἡ δυσήνεμος, magnis ventis expoſitus.*

Wietßeię/ *ἀπαρχαιόομαι, ὕω. παλαιοῦμαι.* Obioleſco, *Cicer. ſcilicet vſu, vel tempore.* Veteraſco, *Cicer. Colum. Vetero, as. Celſ. Vicinum,* Stárzeię ſię.

Wietßy/ Maior, *Cicer.* Wietßy trochę. Pluſculus, *Terent.* Pluſcula ſupellectile opus eſt. *quanquam hoc exemplum Polonicè meliùs redderetur:* wiecey trochę ſprzętu/ abo wietßey gromády ſprzętu/ *quàm* wietßego ſprzętu. *quia quantitas non continua, ſed diſcreta ſignificatur. ὁ, ἡ μείζων, ονος. ὁ, ἡ πλείων, πλείων, ονος. Magis maiores, Plaut. Plerus, Pacuui. Plera pars peſſundatur. & Cic.* Partiti in plera.

Wietßy nie równie/ Multò maior, *pro quo Plaut. magis maior dixit.* ¶ *Liui. autem:* Maior quàm pro numero hoſtium pugna, *Curt.* Maiorem quam pro ſtatu ſonum edebat. *πολλῷ μείζων.* Melior pars diei, *Virgil. i. maior, v. g. 7 horarum matutinarum. Paul. IC. Turneb.*

Wiewam ná kogo/ Facio ventum, *Plaut. Curcul. quanquam ambigua eſt ibi locutio, tamen & hunc ſenſum recipit. & habet eam alter Comicus C. Licinius Imbrex. qui ait:* ſibi ventulum facere tunicula. Ventulum facere (*flabello*) *Terent.* Tenui flabello ventos mouere, *Ouid.* Ventilo, *Sueton.* Ventilante aliquo cubabat. *ῥιπίζω τῇ ῥιπίδι τὸν ἄνεμον κινῶ: ἐπιπνέω, καταπνέω τινά.*

Wiewánie/ v. Powiewánie/ Wietrzenie.

Wiewiórká/ Sciurus, *Martial. ὁ σκίουρος: ἡ σκιὰ, vmbra. ἡ οὐρὰ, cauda. quòd cauda ſe inumbret. ὁ καμψίουρος, à flexu caudæ. ὁ ἵππουρος, caudâ magna, quaſi equina.* Inamabilis ſciurus, *Martial. Vide quàm diuerſi guſtus humani. apud nos amabilis admodùm pueris, feminis. Similis ſciuro eſt mus Auellanarum, Geſner. ex Alberto. Georg. Agricola.*

Wieyſki/ Ruſticus, *Cicer.* ruſtica vita: mores ruſtici. Ruſticana vita: parſimonia. *Cicer.* Villaticus canis, *Colu.* Villaticæ alites. Villaris gallina, *Plin.* Paganus focus, *Ouid.* Pagana fercula, *Propert.* Pagana lex, *Plin.* Paganicus, *Martial.* paganica pila: *à villis vel pagis dicta. Rader.* Ruralis, *Macrob.* rurale opus. Rurale officium, *Firmic.* Rurales falces, *Cæſar.* Rureſtris, *Apul.* rureſtre vocabulum. Ruricola bos, *Ouid.* Vicanus homo, *Cicer.* Ruſticulus libellus, *Mart.* przy

grubßym.

grubſzym. ὁ ἄγροικος, ἀγροικόμενος, ου. ἀγροικικὸς, ἀγρονόμος, ου. κωμητικὸς, χωρικὸς, χωριτικὸς: ὁ ἡ ἀγρόνομος. *Vicinalis via, ICtis. quæ ad vicos ducit, licet potius à vicinia ducta vox videtur.* v. Sąśiecki. *Villanus, Sipontin. Budæo.* Paganalis, *Varr.* Paganalia. Paganicæ feriæ. *i. pagorum feſta. Simile quid,* Kiermaſz we wśi.

Wieyſki żywot/ Ruratio, *Apulei.* Vita ruſtica: Ruſticatio. *Cicer. Colu.* Ruſticatus, *m. Cicer.* ἡ ἐν ἀγρῷ δίαιτα. ἡ ἀγροικία, ἀγραυλία.

Wieyſki żywot wiodę/ Wśia śię báwię: we wśi mieſzkam. Ruſticor, *Cicer.* Villicor, *Afrani.* In Arpinos explodam hominem vt villicetur. ἀγροδίαιτός εἰμι: ἀγραυλέω, *ſtabulor vel pernocto in agro.* Ruro, *as. Plaut.* Ruror, *Varr.* i. Rure moror, *Martial. alij explicant: opus ruri facio.* Villicor, *Pomponi.* Ego rus eo, vt aliquot diebus villicer, *i. ruſticer. Sipontin.*

Wieyſkie / po wieyſku. Ruſtice loqui, *Cicer.* Ruſticiùs, *Horat.* Ruſticatim tangam quæ vrbanatim neſcio, *Pompon.* ἀγροίκως, χωριτικῶς.

Wieża / Turris, *f. Cicer. Cæſar.* ὁ πύργος, τὸ πύργωμα: πυργόω. *Turrim erigo.* Burgus, *Veget.* v. Zamek 3.

Wieża / *aliter, Carcer nobilium Polonorum propriè qui in turribus arcis & ciuitatis eſt, licet & in alijs ædificijs aliquando eſſe ſoleat,* v. Wieźienie 3. *Item ſonat non locum tantùm, ſed pœnam etiam carceris. vt,* ſkazano mu wieżę / *id eſt,* śiedzenie w-wieży. *idem* Wieźienie 1.

W-ieżdżam do kąd/ Inuehor in portum. Inuehitur victor in Capitolium. Infero me in vrbem. Aſcendo equo ripam. *Cicer.* Ingredior curru aliquem locum, *Ouid.* εἰσελαύνω τι, εἰς τι: ἐπιβαίνω τι, τινὸς: ἐνσπαίω, ἐνσπαίζομαι.

W-ieżdżam w-máiętność czyię / Irruo temerè in alienas poſſeſſiones. Inuolo in poſſeſſionem. *Cicer.* εἰσπηδάω τι. ἐπιβαδίζω τι. *In poſſeſſionem agri graſſari, Budæ.* εἰσορμάω, ἐφορμάω εἰς *vel* πρός τι.

Wieźień / Vinctus, *Plin. iun.* Nam nec ipſe vſque vinctos habeo. Carcer, *pro homine carcere digno. Terent. & Lucili.* carcer, vir carcere dignus. Carcerarius, *Donat. probroſa vox, cùm vinctus ſit indifferens.* ὁ δεσμώτης, ὁ δέσμιος. Cuſtodia, *Sueton.* Et nec niſi ſecretò atq; ſolus pleraſque cuſtodias receptis in manum catenis audiebat. *Senec.* Eadem catena cuſtodiam & militem copulat. *& Paul. Hotom. Turneb. & Plin. l.21. c. 3.* Inde eductam cuſtodiam bibere iuſſit, *ſ. venenum. Turneb. Dalecamp. Vicinum,* Poymániec. Addictus *Quintiliano, eſt homo liber, quem lex creditori ſeruire iubet, donec ſoluat debitum, quod vbi facit liber eſt.*

Wieźienie / zátrzymánie gdźie poniewolne / ábo przynamniey nieſwobodne. Cuſtodia, *Cicer.* Dare, tradere aliquem in cuſtodiam: is fuit in cuſtodia regia: includere in cuſtodias aliquem. Aſſeruari priuatis cuſtodijs. Militari cuſtodia haberi: haberi in cuſtodia. *Tacit.* Teneri in cuſtodijs, *Saluſt.* ἡ εἱρκτή, εἱρκτή: ἡ φρουρά: ἡ φυλακή. *Phylaca, æ. Plaut.* Vincula, *orum. Cicer.* mandare aliquem æternis vinculis. *Schard. ex Dig.* in vinculis eſt, *qui publica cuſtodia coërcetur, vel qui à prædonibus, latronibus, vel potentioribus vi tenetur ſeu vinculis, ſeu parietibus. ‖ Venulei. in vincula publica aliquem conijcere.* ὁ δεσμός: ὁ εἱργμός. ‖ τὰ δεκανικά, *Nouell. Iuſtinian. Decanica Eccleſiarum, Iulian. Anteceſſor. i. carcer Eccleſiaſticus, Meurſ.*

Wieźienie ſwobodne / Libera, liberalis cuſtodia: teneamus eum ſeptum liberali cuſtodia. *Cicer.* Senatus decreuit, vti abdicato magiſtratu Lentulus itemque cæteri in liberis cuſtodijs haberentur, *Saluſt.* Retrahitur in vrbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum. *Tacit.* Proconſul æſtimare ſolet, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, an fideiuſſoribus, an ſibi. *Vlpian.* ἡ ἄδεσμος φυλακή.

Wieźienie / budowánie ſámo ábo mieyſce gdźie trzymáią więźnie / Tárás / kłuzá / wieżá / *&c.* Carcer, *m. Cic.* Cur carcer ædificatus: duci, contrudi, condi in carcerem. *In ſingulari hac tantùm ſignificatione vſurpatur, Seru.* Carcer, ſceleris luela, *Lucret. Lambin.* Cuſtodia, *Colu.* Explorent, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæque ſint. Condere aliquem in cuſtodiam. *Tacit.* Educere è cuſtodia, *Cicer.* Pœnalia clauſtra, *Ammian.* ἡ εἱρκτή, ἡ φυλακή, ὁ εἱργμὸς, τὸ δεσμωτήριον. Ferriterium, *Plaut. vbi ferrum teritur à compeditis. ſic Gruter. Douza. Meurſ. Taubman.* Ergaſtulum, *Exod. Hieremi. Vicinum,* Kłodá 3. Ciemnicá.

Wieznę / vwieznął / záwieznąć. Inhæreo: inhæreſco in. In viſco, in ſordibus inhæreſcere. Hæreo in ſalebra: in ſcribendo, in iure, in Prætorum tribunalibus: hæſit ferrum in corpore: hærere in iniquitatibus. *tr. Cicer.* Hæſitat frumentum in vadis, *Liu.* Hæſitare in luto, *Terent.* Nunc homo in medio luto eſt. Hæret hæc res, *Plaut.* Innecti, *Tacit.* Impediuit ipſus ſe in plagas, *Plaut.* Obhæret equus in flumine, *Lucret.* Implicor aliqua re: illaqueor: irretior. *Cicer.* ἐμπλέκομαι τῷ *vel* τινι: προσέχομαι τινι *vel* ὑπό τινος: ἐνίσχομαι τῷ: ἐνέχομαι τῷ: ἐμποδίζομαι, παρεμποδίζομαι. v. Wikłánie.

Wieźnię co / kogo: wieźniſz / wieźiſz: wieźił / vwieźnić co. Illigo aliquem, *Horat.* Illigare ſe periculo depoſiti, *Vlpian.* ἐμπλέκω τινά. Impingere nauem, *Quintilian.* ἐμπήγνυμι ναῦν. Intrico peculium, *Vlpian.* κατέχω τινὰ τῷ: συγκατέχω τινά. v. Wikle.

Wieźnię kogo / *aliter.* w-wieźieniu trzymam. Aſſeruo aliquem: aſſeruo priuatis cuſtodijs. *Cicer.* Habeo in cuſtodia aliquem, *Tacit. paſſiuè vſus. haberi.* Teneo in cuſtodijs, *Saluſt. paſſiuum habet.* Attinere carcere aliquem, *Tacit. attineri habet.* Frenare carcere, *Virgil.* Retinere aliquem in vinculis, *Saluſt.* Tenere vinclis, *Virgil. Ouid.* Clauſtris pœnalibus aliquem retinere, *Ammian.* ἔχω ἐν φυλακῇ τινά: δεσμεύω, δεσμέω τινά: ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἔχω: ταῖς ἁλύσεσι δεδεμένον κατέχω. Detineo compede aliquem, *Horat. Vicinum,* Trzymam w kłuźie.

Wieźnienie kogo o dług / Nexus, *m. Cic.* ὁ δεσμός. ὁ ἡ ἐγκαλοσκελὴς, έος. *i.* ἐν κάλοις δεδεμένος διὰ τὸ μὴ ἀποδιδοὺς τὰ χρέα. *i. vinctus ob æs alienum.*

Wieźniów ſtróż / v. Taráſowy.

Wiezowy/ ὁ πτελέϊνος. ὁ ἡ πτελεώδης, εος. Vlmeus, *Plaut.*

Wiezowy laſ / Vlmarium, *Plin.* [ὁ πτελεὼν, ῶνος.

Wiezożołd ſámiec/drzewo cudzoziemſkie wiezowi i dębowi podobne żołądź rodzące. *Vrſin.* Ilex, *f. icis. Virg. Horat.* ἡ πρῖνος. *Theophraſt. & Heſychio* ἴλεξ πρῖνος. *Gilm ſeu Ilm reddit Boëmus interpres Bibliorum. quæ arbor huic ſimilis eſt.* v. Wiąz. *Suberi item ſimilis eſt, ſed fructum glandi ſimilem fert, eſu ſuauem.* Prinus, *in SS. libris. i anceps Græcis.* Smilax. Aquifolia. *Plin.* ἡ σμίλαξ, ἡ ἀρία, *Theophraſti. eſt ilex arbor glandifera, ſemper virens. Robert. Conſtantin.* v. Dąb. *Eſt etiam ilex frutex non arbor.* v. Szárłat krzewinká.

Wiezożołd ſámicá/ Korkodąb. Phellodrys, *f. Matthiol. Vrſin.* ἡ φελλόδρυς, υος. *Ilicem feminam aliqui vocant apud Plin.* ἡ πρῖνος θῆλυς. [*Cerriſuber vulgò apud Matthiol. dicitur, quòd cerro & ſuberi ſit ſimilis.*

Wiezożołdowy ábo debowy / Iligneus, *Colu. Plin.* Ilignus, *Plin.* Iliceus, *Stat.* Trabes iliceæ. ὁ πρίνινος; ὁ ἡ πρινώδης, ες. *At* Acylos, *f. Plin. eſt fructus ilicis, glans:* ἡ ἄκυλος, & τὸ ἄκυλον.

Wiezożołdowy gay / Ilicetum, *Martial.* [ὁ πρινών, ῶνος.

Więzy / łyká / troki / łáncuch. Vincula, *n. plur. Cicer.* Iniicere alicui vincula: abripi in vincula. οἱ δεσμοί, τὰ δεσμά. Neruus, *Plaut.* Noctu neruo vinctus cuſtodibitur. *Gelli. ex 12. Tab.* In neruum ibit. *& Terent. Phorm.* Corripere in neruum aliquem, *Plaut.* Neruus *Feſto, vinculum etiam ferreum quo ceruices pedéſue impediuntur. Plaut.* Ædepol neruo ceruices probas! *Item,* Neruus *vinculum ligneum, Scaliger. ex Tertulli. Neruum,* ξυλοπέδη *Gloſſ. Feſtiue Cato apud Gelli. l. 11. c. 18. priuatorum fures in neruo & compedibus ætatem agunt, publici in auro & purpura viſuntur. Ad quod dictum alludit Iuuen. Satyr. 13. Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.* Catenæ, *Plaut. Cicer.* αἱ ἁλύσεις. Boiæ, *Plaut. vincula ferrea, lignea. Feſt.* Copula, *Plaut.* Quæritant me, in manibus geſtant copulas. *i. vincula, Lambin.*

Wieżyczká / Turricula, *i. parua turris, Veget. Sipontin. Tranſtulit alio Martial.* v. Roſtkowa puſzká. τὸ πυργίον, ὁ πυργίσκος.

Wieżyczki źiele / *Turritis, Siren.*

Wieżyſto / πυργηδόν. *Turris inſtar.*

Wieżyſty / Turritus, *Virgil. Ouid. Turrifer, Ouid. Poëtic. Turriger, Virgil. Ouid. Poëtic.* ὁ πυργοφόρος, δίπυργος, πολύπυργος, πυργωτός, ὁ.

Wiadł / kurzáwá / miećielicá / záwierucha. Turbo niuoſus, aut pulueruléntus. Puluereus turbo, *dicit Claudian.* Turbo agens hiemem, *Virgil.* Niues glomeratas agit Corus, *Sili.* Kurzy śie / wiadł ieſt. ἡ δίνη ἀνέμων κονιορτώδης, ὀμβρώδης: ἡ ἄελλα ἀγάννιφος: ἡ συστροφὴ ἀνέμων νιφόεσσα. Plurimus auſter inglomerat noctem tenebroſa volumina torquens. *Stat.*

Wiiádło / kołowrátek do nići. *Rhombũ Ouidij, Iuni. & Henricpetri Germanicè reddit* Garnwinde/ *quod nobis* wiiádło *ſonat. ſed apud Ouid. & alios Latinos rhombus aliud ſignificat.* v. Wrzećiono / Céwká. *Neq; verò inſtrumentum hoc vllam habet cum rhombo ſimilitudinem, ſed cum decuſſe potiùs, vel cum ſeßibulo pauonum, apud Colu. l. 8. c. 11. deſcripto, ex perticis tranſuerſis exemptilibus paxillo ſuperpoſitis. quare hac periphraſi potiùs vterer, & dicerem, perticas tranſuerſas lanificarum in paxillo circumagi ſolitas. vel ex Vitruu. & Colu. perticas decuſſatas aut decuſſatim iunctas in paxillo verſatiles. Iunius alibi vocat Harpedonen ex Critia Græco, cui vt & Laſcari* ἡ ἁρπεδόνη *eſt inſtrumentum, quo rotando fila glomerantur, Germanicè* Garncrone. *Girgillus in Theſauro Robert. Steph. & in Calepino Henricpetri explicatur inſtrumentum quo fila reuoluuntur, ſed Iſidoro aliud ſignificat. vide* Kółko 4.

Wiie nići / v. Zwiiam nići.

Wiie ábo plotę wieniec / Vieo corollam, *Enni. Varro.* Necto coronam, *Horat.* Texto ſertum, *Senec. Medea.* Plecto, *is. plexui. Lucret.* Redimere caput coronis, plexis floribus & folijs. *& Turneb. Plectilis corona, quæ plectitur & innectitur è ramulis.* πλέκω στέφανον, στεφανοπλοκέω, ῶ.

Wiie śie wąż / v. Snuie śie / Zwiia śie.

Wiie śie co / *tr.* v. Wiąże śie co.

Wikłe co / plotam / motam / *propr. & tr.* Inuoluo, *Plin.* Aranei lacertarum catulos primùm inuoluunt. Obſcuris vera inuoluens, *Virgil. tr.* Inſerto dextram catenis, *Stat.* Intricare aliquem, *Plaut.* Intricare peculium, *Vlpian.* Irretio aliquem veſte, illecebris, iudicijs iniquiſſimis. Irretitus laqueis legum. Implico aliquẽ religionibus, ſocietate aliquorum: cauſa alia in aliam implicata: res controuerſijs implicata. *Cicer.* Soluas quod malè implicuiſti, *Senec.* Implicare colla laqueis, *Ouid.* Nexo, *as. Virgil.* Nexantem nodis. Perplexor, *tranſtulit ad ſermonem Plaut.* Conijcio in tricas aliquẽ, *Plaut.* Impedio aliquem meis conſilijs, *tr. Terent. Impedicare caſsibus aliquem, Ammian.* Illigo, *Horat.* Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimæra. Illigare gentem aliquam bello, *Liui.* Innecto, *Virgil.* Innexa columba pedem vinclis. ἐμπλέκω, περιεμπλέκω τί: ἐνδέω τινὰ τινί: πλέκω, ἐμπλέκω, ἐνείρω, ἐξειλίσσω, ἐγκυκλέω. ἐγκυκλίζω τινὰ εἰς τι: πλεγματόω: ἐγκαλινδέω τινὰ τινί, ἐγκομβόω. *Vicinum,* Wieżnie co.

Wikłe śie / vplątáć śie / vwikłáć / *propr. & tr.* Inuoluere ſe laqueis, *Cicer.* Induere ſe, *Cicer.* Dum ſe expedire vult, induit: induit ſe in laqueos: in id quod timebat ſua confeſſione induitur. *Idem,* Cur vos induitis in eas captiones quas nunquam explicetis? Implicor, *Plaut.* Implicitus ſum muliere. Vwikłałem śie / vwiązłem / zámiłowałem śie niewiáſty. *Potes etiam reddere:* Opártoliłem śie / *i.* ożeniłem śie nędznie / vbogo / młodo / nieporządnie. Conuoluor, *Plini.* Conuoluuntur in ſe dracones. Innector, *Virgil.* Vinclis innexa pedem columba. Præpedior aliqua re. *Plaut. Terent. Plura ſi lubet forma ex Actiuo.* ἐμπλέκομαι, ἐγκαλινδέομαι τινι, *&c.*

Wikłé mi śie / wiié mi śie / mietlé mi śie. Modò in memoria habui, *Terent.* Verſatur mihi in labris primoribus. Satin' intra dentes latuit vir minimi pretij! *Plaut.* Abowiem bákámut długo mi śie wikłał/ ná końcu mi ięzyká iuſz był. ἐν ἄκροις τοῖς χείλεσί μοι ἦν, *vel* ἐστί. *In ſummis labris mihi erat vel eſt. In lingua modò nomen habui. Nomen tantùm non effero. Obuerſatur id animo meo.*

Wiłá / v. Głupi/ Szalony. *Vnde* Náwiłał/ *i.* oſzálał. *In Cantico vulgari antiquiſſimo, de Epulone Euangelico habet:* O bogaczu wiło/ Dawáć prze Bog było/ Pokić śie godźiło.

Wilcza chorobá / gdy kto źrze wiele / á niemoże śie nádieść. Phagedæna, *Plin. Henric. Stephan.* ἡ φαγέδαινα.

Wilcza kniéć źiele / *Limeum biſolium, Siren.* Lœmeum *apud Plin. legit Dalecamp.* τοῦ λοιμοῦ. Lœmeum *eſt, ait Plini. herba qua ſagittas in venatu tingunt medicamento quod* Venenum ceruarium *vocant.* Jeleni truć. *Dalecamp. idem vocat* Belenion βελένιον, *Galen.*

Wilcza ogań źiele / Wilczy ogon / wierzbówká. Lyſimachia, *Plin.* ‖ *Lyſimachia purpurea, Siren.* ‖ *Lyſimachia altera, Matthiol. Siren.* τὸ λυσιμάχιον.

Wilcza ſkórá / ἡ λυκεία. *Lupina pellis.* ἡ λυκῆ, *ſubau.* δορά.

Wilcza ſtopá / ábo łápá. v. Troiánek.

Wilczáty / ὁ, ἡ λυκοειδής, έος· ὁ λυκόχροος. *Lupi ſpeciem colorem referens.*

Wilcze / *Aduerb.* λυκηδόν. *Luporum more.*

Wilcze bobki źiele / *Sparganium, Matthiol. Siren.* τὸ σπαργάνιον. Jeża trawá/ *Vrſin. Gladiolus paluſtris.* Xiphidion & butomos *Sirenio.* ξιφίδιον, *Theophraſt.*

Wilcze łyko mnieyſze / źiele. Chamædaphne, *es. Plin.* ἡ χαμαιδάφνη. *Laureola minor ſeu mas. Sirenio.*

Wilcze łyko wietſze / źiele. Daphnoides, *n. Plin.* τὸ δαφνοειδές. *Laureola, Matthiol.* (*Mezereum Officin. ſed falſò ſic vocari cenſet Matthiol.*

Wilcze igły / V. Zoráwie noſki.

Wilcze wezły źiele/ Pſeudoapios, f. *Matthiol. Siren.* ἡ ψευδάπιος.

Wilcze/ wilczątko. *Catulus lupi.* ὁ λυκιδεὺς, ἑως.

Wilczek / ἡ λυκαινίς, ίδος. Parua lupa. Lupulus. *Multa animalium nomina Graeci & Latini diuerſo genere à noſtro efferunt.*

Wilczooki kámień drogi/ Lycophthalmos, *f. vel m. ſ. gemma aut lapis quatuor coloribus cõſtans, rutilo, ſanguineo, cãdido, & in medio nigro inſtar lupi oculi. Plin.* ἡ λυκόφθαλμος.

Wilczooki/ Lycophthalmus. ὁ, ἡ λυκόφθαλμος. *Lupinos habens oculos.*

Wilczy / Lupinus, *Cicer. Propert.* ὁ λύκειος. ὁ, ἡ λυκώδης, εος. ὁ, ἡ λυκόφρων, ονος. *Lupino animo.*

Wilczy groch / v. Gęſia wyká.

Wilczy mlecz/ wilcze mleko/ pśie mleko/ źiele, *Vrſin.* Tithymalus: Herba lactaria. *Plini.* Lactuca marina, *Colu. Celſ. Siren.* ὁ τιθύμαλος. τὸ τιθύμαλον. *Septem eius ſpecies apud Dioſcoridem, & Plinium. Primus* Tithymalus *eſt mas.* Characias, *ae, m. Plin.* ὁ χαρακίας, ου. **Wilczy mlecz pierwßy.** 2. Tithymalus *femina.* Myrſinites, *ae, m.* Caryites, *ae, m. Plin.* ὁ μυρσινίτης: ὁ καρυΐτης, ου. **Wilczy mlecz wtóry/ Cypárek wierßy.** 3. Tithymalus paralius: tithymalis *Plin.* ἡ τιθυμαλίς, ίδος. **Wilczy mlecz trzeći.** *Eſula marina, Siren.* 4. *vide* **Kołowrót źiele.** 5. v. **Soſnká máła.** 6. v. **Czártowe mleko.** 7. v. **Romanowe źiele wielkie.** *In voce* tithymalus, *produxit a Serenus, fortè ſecutus eos, qui* τιθύμαλλος *ſcribunt. ſed vitioſè Henric. Stephan.*

Wilczy kamień / Syrites, *Plin. Lapis qui in veſica lupi inuenitur.* ὁ συρίτης, ου.

Wilczy łowiec / Luparius, *Serui.* [ὁ λυκοθήρας, ου.

Wilczy pieprz/ źiele. Thymelaea, *Matthiol.* ἡ θυμελαία. *Plin. non diſtinguit, ſed vnum fruticem vocat.* Thymelaeã, Chamelaeam, Pyros Achnen, Caſiam, Cneſtron, Cneorum. ἡ θυμελαία: χαμελαία: πυρὸς ἄχνη: τὸ κνῆστρον: κνέωρον. *Sireni.* Cneorum *vocat* **Drzéwlegwá.** *Dalecamp. Cneorum album Anguillare, vocat Lauendulam marem & feminam. Cneorum nigrum, roſmarinum.*

Wilczy pieprz mniéyßy/ *Piper montanum vulgò, Matthiol. fructus eius* Coccognidium, *Plin.* κνίδιος κόκκος. *Granum Cnidium Latinis, Cluſ.*

Wilczy pieprz wiekßy / ἡ χαμελαία. *Mezereum Arabum, Matthiol.* Chamelaea, *Vrſin.* (*Scalig.*

Wilczycá/ Lupa, *Plin. Virg.* ἡ λύκαινα. Lupus femina, *Enni.*

Wilczyſko / *Sic terminata vocabula, deriuata ſunt, & ſignificant primitiuum ſuum magnae molis, aut deforme, ſeu agreſte: vt.* wilczyſko/ pśiſko/ zaieczyſko/ *de animalibus: de aliis quoq́;* nożyſko/ wozíſko/ bábſko/ *&c. i. lupus, aut canis ingens & foedus: currus vaſtus & ruſticanus: anus deformis, vel ſordida.* ὁ ἀγελαῖος, ἄμετρος, ἀμορφώδης λύκος *&c.* v. **Chłopiſko.**

Wilgnę/ wilgnieie / wilgotniéie / wilßeie. Humeo, *Ouid.* Arbor humet lacrymis. Humeſco ſpumis. *Virgil.* Humeſco poculis, *Horat.* Humeſcentes oculi, *Plin.* Vueſco, *Lucret.* Veſtes in littore vueſcunt, *i. humeſcunt. Lambin.* Humificum ſuccum ex aëre ducere, *Cicer. ex P.* Madeſco humore, *Quintilian.* πλαδάω, ἰκμάζομαι, διικμάζομαι, νοτιάω, νοτέω, ὑγραίνομαι, φλυδάω.

Wilgotno / ὑγρῶς. *Humide.*

Wilgotno/ odwilgło ná deßcz/ ábo po dżdżu. Subſtillum tempus *Feſto, ante pluuiam pene vuidum, & poſt pluuiam non perſiccum.* τὸ ὕφυγρον. *Sudum Verrio, eſt ſubudum, ſed auctorum omnium ferè exempla volunt (ait Feſt.) vt ſiccum ſignificet quaſi ſeudũ ſine vdo, vt ſecurus ſine cura.*

Wilgotność/ wilgość / wodniſtość. τὸ ὑγρὸν, ἡ ὑγρότης, ὑγρασία. Humor aquae, *Lucret.* Humor aquatilis, *Varr.* Humor terrenus, marinus: humor allapſus extrinſecùs, vt in tectorijs. *Cicer.* Humor linguae, *Ouid.* Vuor, *oris. vnde vua, vuidus, Varr.* Succus terrae, *Cicer.* Vligo terrae, *Varr. Virgil. Colu. de terra tantùm dicitur. quia eſt naturalis humor terrae, nunquam ab ea recedens. inquit Serui.* ἡ νοτίς, ίδος. ἡ νοτία. Halitus terrae, *Plin. Quintilian.* Humidum paludis, *Tacit.* Exhalatio nebuloſa, *Plini. pro eo quod exhalatur.* Exſpiratio terrae, *Cicer.* ἡ ἰκμὰς, άδος. ἰκμασία, τὸ πλαδάρωμα, τὸ πλάδον, ὁ πλάδος. *humor ſuperfluus.*

Wilgotność kleiowáta/ Lentor reſinoſus terebinthi: piſcium ſaliuarius lentor. *Plin.* Craſſus humor calami, *Perſ.* ἡ γλισχρότης, ητος. τὸ γλοιῶδες.

Wilgotność / ábo wodniſtość w-ćiele ludzkiem biała/ iedná ze czterech przédnich. v. **Flegmá** 1.

Wilgotność/ pare wydáię/ wypußczam. Vaporo, *Plin.* Vaporant aquae. Exhalo, *Plin.* Tenues exhalat nebulas. Exſpirat auras amnis. *Plin.* Exſudat grauis halitus faucibus, *Perſ.* Halo, *as. Virgil.* Halant arae ſertis (*pro ſertis in aris*) Halito, *Enni.* ἀάζω, ἀποθυμιάω, ἀτμιάω, ἀτμίζω.

Wilgotnośći wychodzenie / wydawánie. Euaporatio, *Senec. Macrob.* Reſpiratio aquarum. Exhalatio terrae. *Cicer.* ὁ ἀασμὸς, ἀτμισμὸς, ἡ ἄτμισις: ἀναθυμίασις, ἐκπνοὴ, ἀποπνοὴ, ἀπόπνευσις.

Wilgotnośći iákiey w-ćiele náßym zbytek / Cacochymia, ἡ κακοχυμία. *Cùm aliquis humor ex quatuor, vel omnes corrupti redundant in corpore.* Plethora *verò,* ἡ πληθώρη, τὸ πλῆθος *eſt, cùm omnibus quatuor humoribus corpus aequaliter, ſed plùs quàm vaſa eorum, vel vires corporis ferre poßint redundat, Gorr. Cal. Rhodigin. Biſciola.*

Wilgotny/ wilgny/ wilgi. Humidus dies, *Ouid.* Humidum lignum, *Cicer.* Humens capillus, oculus. *Ouidi.* Humectus locus, *Varr. Cato.* Humectiſſimum corpus, *Macrob.* ¶ *Humificus ſpiritus lunae, Plin.* wilßący. *Humifer ſuccus, Cicer. ex P.* Humidulum linum, *Ouid.* Succoſus, *Colu.* Terra ſuccoſa: ſuccoſum caelum. Succidus homo, *Plaut.* (*à ſucco, i. ſcreator, ſputator.*) Vuidus caeli ſtatus: vuida terra. *Colu.* Vuida gemma in palmite, *Ouid.* Vdus, *Ouid.* Vda terra. Vliginoſus ager, campus, *Colu. Varr.* Auſtrinus dies, *Colu. ſ. auſtro flante.* ὁ νότιος, νοτερός. *& auſtralis & humidus.* Vaporifer, *Stat.* Vietus, *Cato.* Salicta vietis locis ſeri oportere. Vaporoſus, *Apulei.* ὁ, ἡ πλαδώδης, ἀλυκώδης, εος. ὁ ἀτμιδοῦχος, ἰκμαλέος, ἔνικμος, νοτερὸς, νοτηρὸς. ὁ, ἡ νοτιώδης, εος. ὁ ὑγρὸς, ἔνυγρος, ἔφυγρος, ὕφυγρος, πάρυγρος, φλυδαρὸς, μυδαλέος, πλαδαρὸς, πλαδόεις, εντος.

Wilia/ Wigilia. Vigiliae, *Plaut.* Vigiliae Cereris. Peruigilare Veneri te vouiſti. *Idem.* Peruigilium ſacrum nocturnum, quo vigiliae tota nocte ducuntur. *Gell.* Priapi genio peruigilium deberi. *Petron.* ἡ προτέρα, ἡ νυχεία, ἀγρυπνία: παραμονὴ, *Codino. quaſi expectatio feſti. non vt ineptè Iunius ſtatiuam feriam vertit, a Meurſio, & P. Gretſero notatus.* ὁ παννυχισμὸς. Pannychiſmus, *Arnob. de ſacris ethnicorum nocturnis.* Peruigilatio nocturna, *Cicer.* (*&* παννυχίζειν. Peruigilare noctem, *Cic.* Peruigilio nocturno colere aliquem, *Sueton.*) ἡ προεόρτιος ἡμέρα, *praecedens feſtum dies. ſicut* μεθέορτος, *ſequens feſtum. Habebant ethnici etiam ſua ſuperſtitioſa peruigilia, ieiunia, & puras noctes, aliquando decẽ continuas, vt ex Propert. Apulei. Liui. cõſtat.* Secubitu (*viri ab vxore, vel amica toro diſcreto*) cultam Cererem *ſcripſit Ouid. & non pudeat*

Chriſtianos ethnicis hac in re pares aut etiam ſuperiores non eſſe. Caſtum Apul. vocat Iſidis, quo decẽ diebus continuis ieiunabatur. Præcidaneas ferias *vocat Gell. quòd præcedãt dies feſtos, e in i mutato, vt apud eundem Gell. præcidanea porca quæ pridie cæditur.* τὸ προσάββατον *apud Hebræos dies præcedens Sabbatum.* ‖ *Eius noctis ſilentio cui dies feſtus S. Petro illuxit.* **W-wilio S. Piotrá.**

Wilija rzeká Litewſka / *Vilia, æ.*

Wiliié zá vmárłych/Funeralia *vocat Iun. &* Ferale murmur *ex Claudia. Iuſta funebria, ex Liui. Mortualia, ex aliis.* τὰ νεκύσια. *Epicediũ etiã poteſt dici.* τὸ ἐπικήδειον. *Preces funebres.*

Wiliié [illegible] vmárłego ſpiewáć / *Funeralia canere: funebri pſalmodia alicui parentare.* τὰ ἐπικήδειά τινι ᾄδειν: τὰ νομιζόμενά τινι νεκρῷ ᾄδειν ποιεῖν: πρὸς τὸν νεκρὸν ψαλμῳδεῖν.

Wilk zwierz poſpolity / Lupus, *Cicer. Virgil.* ὁ λύκος, μηλοφάγος, μηλοφόνος, *epitheta, i. oues vorans. Lupi ſenes facilè capiuntur: de induſtria enim paganorum adeunt tuguria quaſi pertæſi vitæ, cùm ſentiant ſe longæuos, & præ ſenio edentulos, ex raptoq́ viuere ampliùs non valentes. Albert. Magn. & Mizald.*

Wilk Murzyńſki / **ábo wilk mieſzániec.** Hyæna, *Plini. Animal lupo minus, cæterùm ſimile, collo breui, inflexibili, maculis nigris diſtinguitur, pro dentibus habet os continuum, vtrumq́ ſexum alternis annis gerit, humanæ carnis auidiſſimum, ſic vt ſepulchra eruat. canes vmbra eius contactu obmuteſcunt, teſte Plin. qui mira de hoc alia ſcribit. In pupillis oculorum lapides prognatos geſtat, qui linguæ hominis ſubditi futura prædicere faciunt, proptereaq́ conueniunt magicis, Solin.* ἡ ὕαινα. ἡ γλανός. *Busbequius ſe id vidiſſe in ſua peregrinatione ſcribit. Crocuta item eſt fera Æthiopica, lupo & cani ſimilis, nam ex lupo & cane naſcitur. Plin. l. 8. c. 21. non ex hyæna & leæna, vt vitioſe habetur eodem lib. c. 30. vbi pro Crocuta rectè Leocrocutam ponit Dalecamp.* ὁ κροκόττας, α. *Heſychio. Hyænia gemma, Plini. oculis hyænæ ſimilis.*

Wilk robak wrzodowy / **ábo wé wrzedzié ſie rodzący.** *Siren.* ὁ ἕρπης ἐσθιόμενος. *Herpeſtiomenes, Sirenio. Rideo fabulam, quam toties de hoc lupo audiui, cum nimirùm aſſi caponis nidore ex cauo hulceris ad paſtum euocari, quod ni fiat, vehementer arrodere carnem hominis, & euocatum necare letale eſſe; ſtatim enim hominem illum, in quo natus erat emori. An de hoc locutus ſit Sirenius incertum eſt, ego non arbitror, nam vir non è vulgo erat. Nec nomen certè hoc ab illo poſitum, nec rem ipſam aliis verbis apud vllum ſcriptorem legi.* ἕρπης *enim* ἐσθιόμενος *ex quo ipſe Latinam vocem conglobauit, eſt hulcus Celſo. Gorr. Plini. &c. v.* **Wrzód** *4. Apud Colu. l. 7. c. 5. eſt vermiculus ſub tuberculo latens in ouibus, qui exſcindi ſolet cautè. ſed hoc aliud eſt. & l. 6. c. 16. neglecta vlcera ſcatere ſolent vermibus, quod etiam aliud eſt. Rhod. l. 7. c. 27. ſimile quid de verme* Dryino, *i. quercuum peſtilentiſſimo affert ex Ægineta, &* Nicandro. *Et Broda. l. 4. Miſcell. c. 31. de beſtiola Surdo.*

Wilk v drzew / Stolo, *onis. in Varr. Plin.* Spado, *m. Colu.* Nepos in vite, *Idem.* Soboles vitium è radicibus caudicum ſuper terram fuſa, *Gell.* Suffrago, *apud Colu.* Soboles radicibus vitis adhærens quæ explãtatur. Pampinarius *item* palmes ſeu ſarmentum, aut virga abſcinditur, vt & pampinus inutilis *apud Columel. vnde Pampinare.* Pulli arborum, *Cato. Plin. qui ex radicibus enaſcuntur.* **odroſtki.** Pulluli etiam ex radicibus prominentes, *legitur apud Plin. vnde pullulo, &c.* Fruticatio inutilis, *Plin.* Soboles denſa radicibus pullulans, *Plin.* ὁ μόσχος, τὸ μόσχιον: αἱ [illegible], παραφυάδες, τὰ ἀναβλαστήματα, παραβλαστήματα. **wilki obcinam**/ μοσχεύω.
ſtolones puto. μοσχεύματα. *Spuria vitulamina. Sapient. 4.*

Wilk kuchenny żelazny / Crateuterion, *Iun.* τὸ κρατευτήριον *Polluci.* ὁ κρατευτής, ᾶ. *Homer. Polluci.* τὸ κρατευτήριον σιδηροῦν, *vel* τὸ σιδήριον πυροβαμοῖς *Ferramentum foci.*

Wilk zielé / *Vrſin.* v. **Liśi ogón**/ **Zárázá** 2.

Wilkołcza chorobá/ Lycanthropia, *Valleſio, Iunio.* ἡ λυκανθρωπία, ὁ λυκάων, ὁ κυνάνθρωπος, ἡ κυνανθρωπία. *Gorræo. Melancholiæ ſpecies quæ in Februario accidit. Gorr. Lupina inſania. Valleſio. Quando ex humorum vitio & atræ bilis exceſſu, affectus quidam lupini & odium in greges, vel homines, deſideriumq́ eos inuadendi, lacerandi, vorandi mentem occupant. Delrio.*

Wilkołek / ὁ λυκάνθρωπος. *Lycanthropos: Lycaon Cæli. Rhodig.* Homo in lupum verſus, transfiguratus, *ex Plin.* Verſipellis *propriè, Plin. l. 8. c. 22. vbi ſic habet: Homines in lupos verti, rurſusq́ reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia fabuloſa, &c. Vnde tamen iſta vulgo infixa ſit fama, vt in maledicta verſipelles abeant, indicabitur, &c. Hæc ille. refert ibidem originem fabulæ. Alludit ad id & Plaut. in Amphitr.* Nam verum eſt quod olim eſt auditum fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines, & ſæuas beluas manſitaſſe, *&c. (Voce tamen hac verſipellis, Plaut. & Lucil. tranſlata vſi ſunt pro aſtuto) Tales, inquit Delrius, licet lupos ſe putent, & lupinam ſæuitiam imitentur, aliis tamen vt ſunt homines videntur. neq́ magia hæc, ſed morbus eſt. Poteſt tamen id fieri, & arte magica, vt aliis etiam lupus, canis, felis, videatur aliquis. quod quomodo fiat, docet idem l. 2. Magicarum q. 18.*

Wilkom/ ἡ ἄμυστις, ιος. & ιδος. Amyſtis Threiicia, *Horat. Lanin.* ‖ *Crater philoteſius. Eraſm.* ὁ φιλοτήσιος κρατήρ. *qui conciliandæ amicitiæ gratia præbibitur. Henr. Steph. dicitur &* ἡ φιλοτησία. *Vnde Demoſthenes.* προπίνω σοι φιλοτησίαν. Decuma fons, *Plaut.* Propino tibi decuma fonte, *i. decumana ſeu grandi cratera. Douza. nam fons genere femin. apud Scaurum eſt cratera. & Scalig. ad Manilium, fontem interpretatur* κάλπην. *i. vrnam ſeu crateram. alij aliter, vide Taubman.* Φρέαρ ἀργυροῦν, *Athenæ.* Argenteus puteus. *de poculo grandi, quod nec elephas ebiberet, vt idem ait.* Anancæum, *Plaut. Rudent. vbi poculum etiam magnum vocat. habet hanc vocem & Noni. ex Varr. quaſi* ἀναγκαῖον. *i. neceſſarium, quod in potandi certamine neceſſe erat ebibere. Turneb. (*ἀνάγκη *Heſychio, iudicialis clepſydra, cui ſimile hoc poculum) alij interpretantur poculum letale, quale fuit cicuta, vel Lethæum, aut vltimum ante mortem, quale Ancæi fuit. Meurſi. Simile illud Plauti.* Dij faciant vt id bibatis, quod vos nunquam tranſeat. *i. enecet vos. vſurpant & Poloni quid ſimile, ſed oppoſito ſenſu.* **Piy by ćie w-tobié nié zoſtáło.** *videtur eſſe maledictum, cùm ſit ſanens ſaluti optatum, ſed ſenſu ambiguo obuolutum.*

Wiłuié / v. **Száléie.**

Wilżéie / vide **Wilgne.**

Wilżyná źiéle / vide **Liśi ogón.**

Winá/ **przéwinienie.** Culpa mea, tua eſt. *Plaut. Martial.* Culpas omnes in vno ineſſe, *Cicer.* Vitium, *Cicero.* Meum vitium erit, ſi *&c.* tam eſt in vitio quàm *&c.* Noxia, *Cicer.* Noxiæ pœna par eſto. Noxiam remittere, *Plaut.* Noxiam mittere, *Teren.* Noxa, *Liu.* Omnis penes milites noxa erat. Eleuare noxã alicuius. *Tacit.* Quod in minimis noxis & leuioribus peccatis, *Cicer.* Beneficium, *pro culpa vel opera. Andr. Schott. ex Boëtio, Vlpian. Cod. &c. Noxitudo, Acci. i. noxis. Nonius.* Fraus, *vt cùm Cicero & Liu. dicit:* Ne ſit mihi hoc fraudi. *i. ne*

mihi vitio vertatur, vel noceat. Meritum, *Cicer.* Non meo merito obtrectatores inuenio. Ex merito quicquid patiere ferendum eſt. *Ouid.* *caue reddas* z-zaſługi/ *ſed* dla winy. Crimen auri, veneni, proditionis. *Cicer.* τὸ ἔγκλημα, κατηγόρημα, ἡ αἰτία: ἡ πλημμέλεια, *omiſſum quid. vt* ἡ ἁμαρτία, *Commiſſum. Cic.* Piaculi contracta commiſſio, *Arnobi.*

Winá pieniężna / Mulcta, multa. *Cicer.* Pœna, condemnatio pecuniaria. *Vlpian.* Depenſum, *Paul. I. C.* ἀποτίνησις, *Depenſum. Gloſſ.* ἡ ζημία, τὸ πρόστιμον, τίμημα, προστίμημα, ἐπιτίμημα: ἡ θωὴ τὸ ἄποινον, *pretium loco pœnæ.* Aeſtimata pœna. *Feſt. Gelli. Auſon. Auguſtin.* Aera, *in plur. Plaut.* Aduorſum legem à me cepit pecudem æraque. *Varro apud Nonium:* Aes defraudaſſe cauponem, cauponam luto obleuiſſe, tum portitores æra indixê, *i. indixiſſe multam pecuniariam. Lipſ. Taubm.*

Winá práwna / v. **Przęſądy.** Koc 2.

Winá wedwóynaſob / v. **Swóynaſobna winá.**

Winá obrodzenie / Vindemia, *Virg.* Pendet arboribus vindemia. Modicas vindemias colligere. *Plin. iun.* ἡ φορὰ ἀμπέλων. Vindemia matura, *Colu.* οἱ βότρυες πεπεμμένοι, *à* πέπω. *vel* πεπεμμένοι, *à* πέσσομαι. ‖ Percepta, collecta vindemia. *Vlpian.* Vindemia in cella, *Colu.* **Wino zebráne.** οἱ βότρυες συλλεχθέντες. Vindemiola, *Cic. diminut.*

Winá zbieráćz / Vindemiator, *Colu. Plin.* Vindemitor, *Ouid. Seneca de morte Claudij. Vindemiator apud Horat. quadriſyllabum legit Chabotius, ob ſecundam ſyllabam longã. quomodo Poloni legunt & proferunt* miá-ſto/ vmiá-tam/ *&c. Vindemator, Porphyrio.* ὁ τρυγητής, ἧρος. τρυγητὶς, ἐ. οἱ δρεπεῖς, *&* δρεπανεῖς, *plurale.*

Winá zbieránie / Vindemia, *Varro.* Vindemiam facere, & vuas legere. Quæ præparanda ſunt vindemiæ. *Colu.* ὁ τρυγητὸς, ὁ τρυγητὸς, ἡ τρύγη. *At* ὁ τρύγητος *eſt,* ὁ τοῦ τρυγᾷν καιρὸς. *Vindemiæ tempus.* vide **Oſtátków zbieránie.**

Windá ledáiáká / Tractoria machina: tractoria machinatio: tractorium organum. *Vitru.* τὸ ἀνάλημμα. Carcheſium, *Vitru. machina nautica exponendis oneribus è naui.*

Windá proſto ſtoiąca / Káſar. Ergata, *æ. Vitru. Philand. Bud.* ἡ ἐργάτης, ὁ ζυγὸς *eſt axe recto, non iacente, & verſatur obnitentibus & circumeuntibus vectiariis. Philand. Huc refer machinam 4 tignis erectis fibulatis conſtantem, qua in pontibus extruendis ſublicæ adiguntur. Buda. Eſt item machina, quam duabus vel tribus rotis conſtantem vnus homo mouens, pondera tollit ſurſum.* Succula, *Vegetio. Iunio.* ὁ ὄνος, *Iunio.*

Windá poprzeczna ábo leżąca / Succula axe porrecto & iacente. *Budæus. Philand. Turneb. ex Vitruuio, Catone.* ὁ ὄνος, ὀνίσκος: ὁ ὄνος. *Machina quam immoti vectiarij brachiorum ductu verſant. Succula iacens ad parietem duobus tignis nixa. Budæus.*

Windá klub wiele máiąca / Machina triſpaſtos; pentaſpaſtos, polyſpaſtos. *Vitru. à tribus, quinque, pluribus orbiculis.* πολύσπαστον *&c.*

Windarz / ço windámi co robi / Káſárnik. ὁ ὀνηλάτης. Vectiarius, *Philand. Bud. qui vecte verſat machinam. Vitruuius ferè eodem modo vſurpat.* v. **Práſownik.**

Windowánie / Subductio, *ſ. onerum in naues. Cæſar. Ductionem vocat* ἀντίσπαστον *Turneb.* Ductio: tractoria ratio, onerum elatio. *Vitru.* ἡ ἀνολκή.

Windowe liny / Ductarij funes. *Vitru.* Subductarij funes, *Cato, Turneb.* οἱ κάλοι ἐπαγωγοὶ τοῦ ἐπισπάστου.

Windowy goździ / hák dla liny. Porculus, *Cato. Turneb. quòd à ſucula inſtar porculi pendeat.* ἡ χοιρεία.

Windowe wreby / ábo zawiáſy / gdźie bieguny chodzą. Chelonium, *Vitru. Philand.* ἡ χελώνη, τὸ χελώνιον.

Windowe drągi / Vectes, *ium. m. Vitru. Philand. à Vectis, is.* οἱ κόντοι, *Ariſtot.*

Windowy wał / ὁ ἄξων τοῦ ἐργάτου. Axis ſucculæ, *Philand. ad Vitru.* Succulam *vocat Cato interprete Turnebo. à ſimilitudine ſcrofæ, nam in medio habet vncum, porculum dictum, cui funis alligatur, qui circumplicatur ſucculæ, dum ea verſatur. Turneb.* ὁ ὄνος. *Ariſtot. Philand.*

Winduię co / Onus trochleis extollo, ad ſummum perduco: ad altitudinem ſubleuo. *ex Vitruuio. Organicè vel mechanicè aliquid moueo. Budæus.* ὀνέω, ὀνέομαι, καθέλκομαί τι.

Wine náłożuię / v. **Nákłáduię winę.**

Winę odpuſzczam / v. **Odpuſzczam winę.**

Winę płácę / v. **Płácę winę.**

Winę ſkłádáć / nakłádáć komu / v. **Skłáduię winę.**

Winę przepadam / v. **Przepadam winę.**

Winę biorę z-kogo / Multo aliquem, *abſolutè. Cicer.* Multo aliquem pecuniâ, *Cicer. Curt.* πράττομαί τι χρήματα: τίμημα ἐπάγω τινί. *Exigo mulctam ab aliquo.* vide **Penowáć kogo.**

Zakonnik / Religioſus vir. *Nonie religioſi, qui quaſi relinquoſi cæterorum omnium ſacrificijs deſeruiunt. Similiter Maſſurius apud Gelli. Religioſum eſt, inquit, quod propter ſanctitatem remotum ac ſepoſitum à nobis eſt. Verbum à relinquendo ductum. Nigidio Figulo apud Gellium. Religioſus is appellabatur, qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſe alligauerat. Addit Gellius: Religioſum deinceps pro caſto atq; obſeruante cohibenteq; ſeſe certis legibus finibusq; dici cœptum. Sed quia apud Latinos vox Religioſi adiectiuũ eſt: vſurpandum eſt addito ſubſtantiuo, vel ex adiunctis verbis ſatis ſubaudito & intellecto. Religioſus vir. Religioſæ vitæ cultor. Homo è familia S. Franciſci. è familia S. Dominici. qui S. Franciſci diſciplinam colit.* ὁ θρησκευτής, ἀσκητὴς, οῦ. [*Regularis in iure Canonico.*

Zakonny / zakonne vſtáwy / zakonne ábo zakonnicze obyczáie. *Religioſorum mores, leges: religioſis proprij mores &c.* ὁ τῶν θρησκευτῶν, ἀσκητῶν. *Religioſi mores, religioſæ leges, ædes &c. aliud ſonant. vide Indicem.*

Zakonodawcá/ *idem* Práwodawcá. *Sed ferè Deo, Chriſto, & Moſi tantùm* zakonodawcá *tribuimus.*

Zakonokáżcá/ v. Práwokáżcá.

Zakonu dánie ábo ſtánowienie / ἡ νομοθεσία. *Legiſlatio, ad Roman. 9.*

Zákopywam co / Defodio in terram aliquid, *Lucretius.* Defodio theſaurum, *Cicer.* Defoſſum eſſe theſaurum ſub lecto: nouaculam in comitio: defoſſum aurum multifariam. Obruo theſaurum alicubi: Crocodili obruunt oua. *Cicer.* Obruo aliquid tellure, *Ouid.* Obruo aliquid in terra. Infodio ſarmenta. *Cato.* Infodio corpora terræ, *Virgil.* Tot annis infoſſi durauerunt, *Plin.* Humare taleas, *Colu.* Inhumare taleas, *Plini.* ἐπισκάπτω τι, κατορύττω τι κατὰ γῆς: κατορύττω τι ἐν τῇ γῇ. Præfodio aurum, *Ouid.*

Zákorzeniam co / ῥιζόω τι. *radices aliquid agere curo. Lege ſequens membrum.*

Zákorzeniło ſię co / Radicatum eſt aliquid multis fibris, *Plin.* Tot radicibus nititur malum habiturum fundamentum & radices altiores. Altiſſimis defixum eſt radicibus. *Cicer.* Altis radicibus nititur, *Quintil.* ἐρρίζωται, βαθυρριζότατόν ἐστι. *Vicinum,* Korzenię ſię.

Zakowſki / Scholicus, *Gelli.* σχολικός.

Zákrocam co / Intorqueo petiolos pomorum, *Columell.* Intorqueo mentum, *Cicer.* Obtorquere collum alicui, *Plin.* Obtorta gula alicui, *Cicer.* Retorqueo ſarmentum. Specus retorti in cochleam. *Columel.* Ceruices retortæ, *Plin. iun.* Torqueo collum, *Liu.* Ceruices oculóſque torquere, *Cicer.* Prætortum caput ſarmenti, *Columel.* à prætorqueo. Replico ſurculum ad vitis caput. *Cato.* στρεβλόω, ἀναστρέφω, διαστρέφω, ἐπιστρέφω, παραστρέφω τὸν ὀφθαλμὸν, τὸ στόμα: ἀντεστραμμένως ἔχειν *vel* κεῖσθαι τινὸς, τραχηλίζω τινά.

Zákrocam ſzyię / v. Szyię komu zákrocam.

Zákrádam ſię/ παρεισδύομαι εἰς τὸν οἶκον. *Furtim irrepo aliquò vel deliteſco. quanquam animum ſurandi ferè adſonat.*

Zákrapiam ſię / kogo czym. *Aſperge mihi vel alteri ſitienti vel ægro (nam in hac materia, vt plurimùm vſus eſt) modicum vinum, aquam &c. Idem eſt modicè bibo vinum.* Aſpergo alicui aquam, *Plaut.* Obſipo alicui aquulam, *Idem. i. aſpergo, obijcio. ſed Plaut. allegoricè vſus eſt, vt & nos dicimus:* Zákropić / i. ochłodźić. *Aſpergunt etiam fabri carbonibus in foco aquam, vt magis concipiant & conſeruent ignem. Item coqui, molitores, alij alia ſua.* ἐπιβρέχω στόμα τῷ ὕδατι: ἐμβρέχω ὕδωρ τῷ: διαρραίνω, καταρραίνω, ῥανίζω τὴν ἐσθῆτα ῥοδίνῳ: ἐπιρραίνω τινὰ βραχὺ ὕδατος.

Zákropić kogo czym / *Tranſlato ſenſu.* Refrigerare teſtẽ, *Quintilian. i. perturbare. Budæ. Cicer. de teſte quodam.* Reprehenſus conuictus fractuſque diſceſſit. zákropiony / ábo iák zmyty. καταψύχω τινά. ψυχρολογῶ *vel* ψυχρῶς ἔχειν πρός τινα, τι.

Zákrawam cudzego / ſąśiedzkiego / *proprio ſenſu.* v. Vymuię czego / & Zárzynam czego 1.

Zákrawam / (tranſlato ſenſu) páńſkiego/ włoſkiego *&c.* vide Páńſkić / Po włoſku / Po oycowſku / Iáko bydle / Pachnę 3.

Zákreſzam co / *propr.* zárzynam/ náznáczam póki vrznąć/ vćiąć. Præcido, *Cicer.* Præcide *inquit,* ſtatue aliquando quod lubet. *Tranſlatum à fabris inquit Budæ. qui præ-*

cujus lineam ducunt. ſic venditores ſerici laceraturi aliquid, prius præcidunt, i. incidunt. ἐπιτέμνω.

Zakreſlam co/ *tr.* v. **Okreſlam co** / **Naznáczam czáſ.**

Zákret / **zákrzywienie** / **zawrot.** Flexus itineris, *Cicer.* Flexus curſus, *Sil.* Flexus in via. Flexio (*curſus vel itineris*) Inflexio helicis, *Cicer.* ἡ ἐπικάμψις, διακαμπή. Mæander, *Cicer.* Quos tu Mæandros *&c.* flexionesque quæſiſti! *translatio eſt à Mæandro flumine flexuoſo.* Mæander in veſte, *Virgil.* Mæandrum, *n. Feſt.* ὁ μαίανδρος. Verſura in porticibus, *Vitruu.* Flexuræ vicorum, *Sueton.* τὸ σκολίωμα, ἡ κάμψις, εως, εος. Flexus Labyrintheus, *Catull.* τὸ λαβυρινθῶδες. Anfractus, *Varr.* Leges iubent in directo pedes octo, in anfractu decem. *i. in flexu ab ambitu & frangendo.* ἡ ἕλιξ, κος. vide **Zatoki.**

Zákrycie/ *Aduerbium.* ἐπικεκαλυμμένως. Tectè, *Cicero.* v. **Potáiemnie.**

Zákrycie/ *Nomen.* **mieſce oponámi zábite.** Poſtſcenium, *propriè locus in theatro poſt ſcenam, vbi multa fiebant quæ à ſpectatoribus audiebantur tantùm non cernebantur. At Lucret. à theatro tranſtulit ad vitam humanam, poſtſcenia vitæ vocans, quæ clam domi faciunt mulieres, diuerſa ab ijs quæ foris oſtentant. Poſcenia legit Turneb. vt proſcenia. Poſtſcenia, Lambin.* Opertum, *n. Cicer.* Opertum Bonæ deæ. τὸ σκεπαστὸν, σκεπαστήριον, σκεπανόν.

Zákrycie / **to czym zákrywáią.** Integumentum ad occultandum aliquid, *Cicer.* τὸ σκέπασμα, σκέπαστρον, συγκάλυμμα. v. **Zaſtoná** 1.

Zákryſtyia/ Sacrarium, *Cicer. Liui. Locus in quo res ſacræ ſeruantur, Iſidor. Sacrarium, repoſitorium ſacrorum interpretatur Sipontin. Sacrum veſtiarium. Sacri inſtrumenti camera. Supellectilis ſacræ cella.* τὸ ἱερατεῖον, σκευοφυλακεῖον, τὸ διακονικόν. *Codin. eò quòd ibi miniſtri ſacras veſtes ad diuina officia peragenda induant.*

Zákryſtyian/ Æditnus, *Varr. Plin.* v. **Kośćielny** 3. Hierodulus, *Firmic.* ὁ ἱερόδουλος, ὁ θυωρός. *Ioann. Epiſcopus Citri.* σκευοφύλαξ, *Balſamon. qui* τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν ἔχει. *ſacrorum cimeliorum curam habet. Et Codin.* σκευοφύλαξ κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. *habens in ſua poteſtate ſacram ſupellectilem.* Sceuophylax, *Gretſer. Iiſdem videtur ſeruire ex parte Camiſatorum nomen Citrij licet barbar.* (*à Camiſijs ſeu ſuperpelliceis veſtibus deductum. nam & Codin. Camiſias* ἐπάνω τῶν ἱματίων, *ſupra veſtes collocat*) *hi ferendis ad altare carbonibus & ſacris lebetibus calefaciendis occupabantur, vt aqua feruens calicibus infunderetur tempeſtiuè. ſolent enim Græci, vt colligitur ex Liturgia S. Chryſoſtomi, & in Theoria rerum Eccleſiaſtic. Germani. & in expoſitione Liturgiæ Cabaſilæ, calici conſecrato infundere aquam calidam à feruore dictam* ζέον, *vt ſicut ex latere Chriſti vtraq;* θερμότητος πεπληρωμένα *profluxerunt; ita hæc myſteria percepturis ſanguis & aqua cum feruore adſcititio propinaretur.* ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαυόντων *i. quaſi ipſum Chriſti viuificum latus ore appoſito cõtrectarent. Quæ conſuetudo an ſit rationi conſentanea? quilibet iudex eſto. ait Gretſer.*

Zákrywam co / *propr. & tr.* Tego lacrymas, *Ouid.* Tego inuolucris aliquid: prudentiam ſimulatione ſtultitiæ: ſententiam meam. *Cicer.* Contego fimo aliquid, *Plini.* Tumulus contegit corpus: contegit libidines pudore & temperantia. *tr. Cicer.* Intego crines caſſide, *Stat.* Obtego, *Cato.* Lingua bubula obtegito. *Plaut.* Obtegere errata, *tr.* Obtecta domus arboribus, *Virgilius.* Protego aliquid fronde ab imbri, *Plin.* Prætexo, *Virg.* Prætexunt puppes littora. Mincius (*fluuius*) arundine prætexit ripas. *Ouid.* Prætexta velis littora. *Plin. iun.* Quæ ſaxa ſomnum tantum prætexere t. *ſ. dormiente te.* Prætexerunt ripas ædificia, *Senec.* Occulo multa terra aliquid, *Virgil.* Occulit ſylua feras, *Ouid.* Occulo puncta argumentorum, *Cicer.* Adoperio, *Columel.* Adopertas radices oſtendit. Adopertum caput. *Liui.* Operio luctum. *Plin iun.* Conuelo aliquid, *Plin.* Plaga arboris conuelata. Conuelo aliquid argumentis, *tr. Gelli.* Obtexo, *Virgil.* Cælum obtexitur vmbra. Fretum velorum vmbra obtexitur. *Statius.* Subtexuit vmbra cælum, *Virgil. Stat.* Præuelo, *Claudian.* Flammea præuelatura pudorem. Velo latus pennis. *Ouid.* Velo aliquid extrinſecus adiumentis, *Tacit.* Velo ſcelus ſcelere, *Senec. Hippolyt.* σκέπω, σκεπάω, σκεπάζω, συσκεπάζω, ἐπιμύω, σιγῶ, στεγάζω, ἐγκαλύπτω. Obcæcare foſſas, *Columel.* τυφλόω, ῶ. *tr. Vicinum,* **Záſtániam** / **Okrywam.** Celo, *Terent.* Benè diſſimulatum & celatum amorem indicans. *Sero, is. apud Varron. inuſitatum.* v. **Zámykam** 1. **Záſtániam.**

Zákrywánie / **pokrywanie.** ἡ ἐπικάλυψις, συγκάλυψις, κατακάλυψις. *Actio tegendi, velandi. Obtentus.*

Zákrzatnąć śie / Accingere ſe, *Liui. Virgil.* Incumbere omni ſtudio ad aliquid. Incumbere in curam aliquam: toto animo & ſtudio in aliquid. *Cic.* Intendere curam alicui rei, *Plin.* Intendere laborem & ſtudium in aliquid, *Plin. iun. Quintil.* σπουδαιότατά τινι τῶν προσέχειν: προσκαρτερεῖν τινι: διατείνεσθαι πρὸς τὸ ἔργον: διατείνεσθαι πράττειν τὰ κάλλιστα: διατεταμένως ποιεῖ ἐν ἐργασίᾳ. v. **Przykładam chęći** / **Przypilnowáć.**

Zákrzywiam co / v. **Zaginam.**

Zákrzywiam gębę / v. **Wykrzywiam gębę.**

Zákrzywiam ná dół / ἀγκυλόω. Recuruo, *Colu.* γρυπόω. Aduncum reddo. *At* γρυπαίνω, Recuruor. *Colum. Ouid.*

Zákrzywiam ku górze / ἀνασιμόω. Reſimum facio.

Zakrzywienie / Ancon, *Vitruu.* Ea regula habet ancones capitibus extremis ad normam coagmentatos. ὁ ἀγκών, ῶνος. *Conflexus, us. Budæ. Henric. Steph. & apud Plini. Conflexa in cubitos.* Geniculus, *Vitruu. In canali flexus & nodus acutus, Philand.*

Zákrzywienie ná dół czego / Aduncitas roſtri. *Cicer.* ἡ γρυπότης, γρύπωσις, ἐπιῤῥυγχίς, ἡ ἐπικαμπή.

Zákrzywiony/ Recuruus, *Ouid.* Recuruum æs. Recuruatus. *Colum.* Reflexum telum, *Sil.* Camurus, *Virgil.* Camura cornua, i. *in ſe redeuntia. Macrob.* ὁ, ἡ ἐπικαμπής, ἐος. ὁ ἐπικάμπτος, ἐπικαμπύλος, παλίγναμπτος. Obunca falx, *Arnob.* Obuncula cingula, *Titinu. Noni,* Conflexus, *xi. Plin. ſuprà.*

Zákrzywiony ná dół / Aduncus naſus, *Horat.* Aduncum roſtrum auis, *Plin.* Aduncus vnguis, *Cicer.* Hamatus vnguis, *Ouid.* Inflexa in ſe cornua, *Plin.* Scalpratum ferramentum, *Columel. i. inſtar ſcalpri aduncum.* Recuruum roſtrum, *Claudian.* Vncus vnguis. *Lucret. Plin.* Vncus dens: vncus vomer. *Virgil.* ὁ ἀγκύλος, γρυπός. *de aliis rebus præter hominem.*

Zákrzywiony ku górze / Repandus calceus, *Cicer. i. ſurſum patens. Sipont.* Reſimus, *Varr.* Reſima labra. Reſimis naribus bos. *Colum.* Reſimum roſtrum hippopotamo, *Plin.* Reſima lamina, *Celſ.* Obuncus, *Virgil.* Obuncum roſtrum vulturis. Obuncus aquilæ morſus. *Claudian.* Reduncus, *Ouid.* Roſtrum reduncum. Recuruum, *ſurſum verſus ſpectans. Colum.* Puppis recurua. *Ouid.* ‖ *Repandi-roſtrum pecus, adiectiue apud Pacuuium. ſed Quintilian. hanc vocem duram vocat.* ὁ ἀνάσιμος, ὁ ἀνακαμφθείς.

καμφθέν. Remillum *Lucilij*, repandum *eſt Feſto.* Vrbus *ſeu* vruus, *Varroni eſt ὁ ἀνάκαμπος. i. ſurſum verſus reflexus, ſeu recuruus. interprete Turnebo. & Ioſeph. Scaliger.* Vrinare *inquit Varro, eſt* mergi in aquam in vrbum. (*i. inſtar vrnæ quæ deprimitur & effertur*) Vrbum eſt *inquit idem, quod ita flexum eſt, vt redeat ſurſum verſus, vt in aratro quod eſt* vruum eius. (v. **Nóſad**) Silus *item ſurſum verſus repandus, Scalig. vt* Sila galea, *Feſto.* σιμὸς, *Scalig.*

Zákup ábo zákupne/ ábo myto w-przód dáne ná co ndźiećemu. Auctoramentum, *Sueton. Tiber. 7.* Gladiatorium munus dedit rudiarijs quibuſdam reuocatis auctoramento centenûm millium. *Auctoramentum inquit Leuin. in hunc locum Suetonij, apud Horatium 2. Satyr. 7. eſt tam actus ipſe, quo laniſtæ ſe ad ferrum pretio dabant, quàm inde nata obligatio, ac etiam merces ipſa qua conducebantur. & propriè quidem de gladiatoribus dicitur, ſed de alijs etiam pactionibus vſurpatur apud ſcriptores. ait idem Leuin.* τὸ μίσθωμα. *At* τὸ δωροδόκημα, *munus quod corrumpendo iudici datur.*

Zákupowánie ſedźiów / Przédárowánie. Largitio, *Cic.* Tribum aliquam turpi largitione corrumpere. Corruptela ab reo. Philippus largitionem corruptelam dixit. *Cicer.* Redemptio iudicij. *Cicer. in Verr. i. negotium corrumpendorum iudicum. Manut.* ὁ δεκασμὸς, ἡ δωροδοκία.

Zákupowánie czégo / ἡ πρὸ πάντων γινομένη ἀγορασία. *Emptio anteuertens omnes emptores.*

Zákupienie / ábo zákupowánie dóbr poſpolitych. vide **Naiem** 3.

Zákupiony/ náięty ná co. ὁ μισθωτὸς. Auctoratus (*gladiator*) *Horat. & Plin.* Auctoratus vindemiator, *i. qui ad omne periculum conductus eſt. dicitur & de aliis qui operam pretio ad omnia duriſſima locant. Leuin. in Horat.*

Zákupiony/ *aliter.* v. **Przédárowány.**

Zákupnik / v. **Przékupień** 1. **Sámokupiéc.**

Zákupnik dóbr poſpolitych / v. **Naymácz** 3.

Zákupnik/ ábo zákupień tákowy zbożá. Dardanarius, *Vlpian. Turneb. Hotoman. qui annonam ſupprimit, donec cariùs vendere poßit, ex genere propolarum ſeu proxenetarum eos ICti eſſe aiunt. &* τοὺς ἀνακαπηλεύοντας, ἀνακαπηλευτὰς *vocant. à Dardano quodam mago dictos vult Turneb. ad alias etiam merces præter frumentum extendit hoc vocabulum Vlpian. & Cuiac. & Dardanarios vocant, qui alia ſimiliter ſupprimunt. Timiopolas & præmercatores vocat Hermol.* ὁ τιμιοπώλης, *qui carè vendit.* Manceps, *Plin.* Aliquis præualens manceps annonam flagellat. *Gregor. Nazianz.* τοὺς σιτώνας καὶ σιτοκαπήλους καὶ τηροῦντας τὰς τῶν καιρῶν δυσκολίας *appellat. i. Frumenti propolas tempora ſociorum difficilia captantes, ſeu caritatem obſeruantes. vide de his &* **Przékupień** 1.

Zákupnik ſedźiów vrzędnych/ Sequeſter, *Cicer. apud quem pecunia ad corrumpendos iudices deponitur, Aſcon. Buda.* Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo vſus eſt, *Cic.* Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe, *Idem.* Diuiſores *etiam* ſodales, largitores, corruptores *vocat idem Cicer.* ὁ μεσέγγυος, *vel* μεσεγγυώμενος ἐπὶ τῆς δωροδοκίας: μεσεγγυᾶσθαι εἰωθὼς ἐν τῇ δωροδοκίᾳ: ὁ προπώλης: ὁ δωροδοκῶν.

Zákupuię co/ Præmercor piſces, *Plin. i. ante alium emo. Plaut. Epidico.* Tempore iſtam gnato tuo ſumus præmercati, *ſ. ancillam, i. antequam filius tuus mercaretur. Lambin.* Pigneror, *Sueton.* Fidem militum præmio pigneratus eſt. Redimo. *Cicer.* Qui merces redimunt vt ſtatim vendant: Redimo veſtigalia. *Idem,* Redimere delatorem, *i. pecunia à delatione deducere. Vlpian.* v. **Przédárowáć/ Náymuię ſię.** προπωλέω, προπώλης εἰμί: πρίασθαι πρὸ πάντων [προπρίασθαι *proprium, ſed caret auctore. i. anteuerto omnes emptores.*

Zákuśić czégo/ Záſmákowáć. Guſtare de aliquo, *Horat.* Si ſemel de ſene guſtarit, vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto. ἀπογεύεσθαι τοῦ.

Żal/ żáłowánie/ żáłość/ Ból/ *tr.* Pœnitentia ſera, *Liui.* Vulnus ex orbitate, *tr. Quintilian.* Vulnus inconſolabile, *Ouid.* Vulnus iniuriæ ſanare: vulnera domeſtica, *tr. Cicer.* Dolor, *Cicer.* Inurere dolorem alicui. Infixus animo hæret dolor, ‖ *Dolentia, æ. Neuius apud Gellium.* Cordolium, *Plaut. Ciſtell. & Pœnul.* **Gryźienie ſię.** Morſus dolor: acer morſus doloris: morſus animi & contractiuncula. *Cicer.* Mœror, ægritudo eſt opinio & iudicium magni præſentis atq; vrgentis mali. Ægrimonia. *Cicer.* ἡ μεταγνώσις, μετάνοια, μεταμέλεια: ἡ δυσθυμία: τὸ ἄλγος, τὸ ἄχος, τὸ ἄχθος, τὸ πένθος, τὸ ... ἡ ἀχθηδὼν, όνος. *vel* όνες *cum Henric. Steph.* ὁ μεταμέλος, ου. ὁ πόνος. *P. Pœnitudo, Pacuui.*

Żal / i. vżalenie. v. **Litość.**

Żál mi czégo / Pœnitet me conſilij, inſtituti, rei: nihil me pœnitet: pœnitet me aliquid. *Cicer.* Indoluit facto, *Ouid.* Piget, *Terent.* Ne quid faxit quod nos poſtea pigeat, *Ouid.* Piget facti, laborum. Non ſolum piget me, ſed etiam pudet ſtultitiæ. *Cicer.* Non dediſſe iſtum pudet, me quia non accepi piget. *Plaut.* Pol pudere quàm pigere præſtat totidem literis, *Idem.* Pœnitet me quòd te offenderim, *Cic.* Pudet & diſpudet, *ſimili ſenſu vſurpabant ſatisfacere volentes pro leui noxa. Sic Plaut. Moſtellar.* THEVROP. Si hoc pudet, feciſſe ſumptum, ſupplicij habeo ſatis. TRAN. Diſpudet dari iſtam veniam. *Et hanc* pœnam honorariam, *vocant recentiores. vnde Cic.* Quem non pudet, hunc pœna dignũ puto. v. **Złém rzeczy.** Non dabo & quod dedi non datum vellem, *Plaut.* Iactura me mouet, *Petron.* Pœnitentia cœpit me tenet, *Senec.* Habet me miſerum animi petulantia mea, *Plaut.* Suppœnitet me huius rei, *Cicer.* **Żal mi niéço.** Dolet mihi illud, quia. Dolet hoc cordi meo. *Plaut.* μεταμέλειά μοι γίνεται τοῦ πεπραγμένου: μετανοέω, μεταγινώσκω ἐπὶ τῷ πεπραγμένῳ: μέμφομαι ἐμαυτῷ τοῦ ἀποκεκρίσθαι, *ſubaudi* ἕνεκα: μεταμέλει μοι τοῦτο *&* τούτου: μεταμέλει μοι πεποίηκα. v. **żáłuię/ Lituię ſię.**

Żal ſię Boże / Miſerum! *Virgil.* Cecropidæ iuſſi, miſerum! ſeptena quotannis corpora natorum pendere. Miſerabile! *Virgil.* Miſerabile! cæſis hoſtibus inſultans. Infandum! *Virgil.* Nauibus infandum! amiſſis. Indignum! *Ouid.* Iſſet &, indignum! ſcelerato profuit ara. Ah, *Virgil.* Ah ſilice in nuda connixa reliquit. φεῦ! σχέτλιον! Rem miſeram!

Żálámuię / v. **Zágináam.**

Żálámuię recé/ *verba ſonant: Conſero manus lugentium modo. ſed ſententia aliam Phraſim poſtulat, apud Latinos vſitatam ex more ipſorum. vt,* Plangere pectora manu. *Ouid. quod ſonat:* **Bić ſię w pierśi/** *quod apud nos vix vſurpatur in luctu profano & communi. apud Græcos ſunt hæc vſitata:* τὰς χεῖρας συγκροτεῖν, *i. manus complodere.* ‖ τὸν μηρὸν παίειν, *Femur percutere.* Femur ferire, icere, *Plaut.* πλήττειν τὴν κεφαλὴν, *Ferire caput.* ‖ καταβάλλειν ἑαυτὸν εἰς τοὔδαφος, *In terram ſe proijcere.* ‖ τὰς κόμας σπαράττειν, *Capillos vellere.* ‖ τὰ στέρνα τύπτεσθαι, *Tundere pectus.* ‖ διαρρηγνύναι χιτῶνα, *Diſcindere veſtem.* ‖ ξαίνειν τὰς σάρκας ὄνυξι *Vnguibus lacerare carnes.* ‖ τὸ σχῆμα πενθικὸν περικεῖσθαι. *Veſtem lugubrem geſtare, pleraq; horum etiam*

Latinis vſitata erant. ‖ ἀποκείρεσθαι τὴν κεφαλήν. *Radere caput. vt de Iobo c. 1. dicitur:* ἐκείρατο τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς καὶ κατεπάσατο τὴν γῆν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, *i. raſit comam capitis, & conſperſit terra caput ſuum. Sed & ſcindere veſtem in luctu erat vſitatum apud Hebræos. Item, Induere ſaccum, aſpergere caput cinere, & alia plura nobis inſueta. Poloni præterea dicunt:* Rwáć włoſy/ Rwáć śie zá włoſy/ Dráć śie zá głowe/ Nárzekáć/ Lámentowáć.

Zálamuie śie ná rzecé/ ná lédźié. ὑφίσταται ὁ παγετὸς ὑπὸ ποσίν μου πατοῦντος αὐτ. *Subſidit glacies ſub pedibus meis dum ambulo in ea. vel* διαῤῥήγνυται, *frangitur, dirumpitur.*

Zálápić/ v. Zágrabić/ & Chwytam/ & Záchwyćić 1.

Zálatam gdźié/ *Volando ſeu volatu procul proueher.* ἀποπέτομαί ποι: πετόμενος πορρωτέρω ἀφίσταμαι.

Zálata mie co/ *propr.* woniá/ ſmród/ głos. Afflantur odores è floribus, *Cicer.* Afflabant tibi non Arabum odores, *Propert.* Afflatus peſte, *Sili.* Ictus prandij nidore, *Sueton.* Obijcitur flos, odor vini naribus. *Plaut.* Verberat aures meas vox alicuius, *Plaut.* Subolet aliquid, *idem ſignificat: tranſtulit Plaut. aliò.* Oboluit Tiberius antidotum, *Sueton.* Záléćiáło lekárſtwo Tiberyuſzowe Káligule. Oboluiſti allium germana illuuies, Záléćiał mie od ćiébié czoſnék/ zákurzyłéś mi czoſnkiem ſmrodźić. Vnde vnguenta adolent, *Plaut. pro obolent.* ἐπιπνεῖν, καταπνεῖν, προσπνεῖν με ἡ ὀσμή: ὑπόζει μοί τι: αἱ τῶν ἀνθῶν ὀσμαὶ πόῤῥωθεν ἥδιστα προσπίπτουσι. *Florum odores à longe ſuauiter afficiunt.* Zalata mie/ *tr.* v. Styſzeć.

Zálatánie/ záwonienie. Afflatus noxius, *Plin.* τὸ πρόσπνευμα.

Zolawiam ná co/ v. Gonie ná co.

Zolazł rów/ dół/ przykop. *Oppleta eſt ſenſim foſſa arenâ à ventis ingeſta. Foſſa labentibus ſubinde in imum marginibus plano exæquata eſt. Foſſa, conuallis ſuccreſcentibus perpetuò herbis & fruticibus, tandem expleta & complanata eſt.* ὁ τῆς καπέτου βυθὸς τοῖς χείλεσιν ἐξωμαλίσθη. Foſſa longa vetuſtate oblimata, *Sueton.*

Zálecam co/ kogo. Commendo aliquid, *Plini.* Commendat hæc res vina ſuo ſucco. Nitor commendat oleum amygdalinum. *Idem.* παρακατατίθεμαι, *vel* συστατέω, *vel* συνίστημί τι, *vel* τινά τινι. Eloquentiam vox maximè commendat. Reos commendat placida & ſubmiſſa & lenis oratio. Commendo tibi eius negotia, liberos, familiam. Commendo aliquem alicui diligentiſſimè. Commendo aliquem fidei alterius. Commendationem facio. Me & meos commendatos habe, *vel* habebis. Omnibus rebus eos habeas à me commendatiſſimos, exiſtimationem meam ſatis tibi commendatam eſſe putes. Tibi omnia commendatiſſima eſſe cupio. *Cicer.* Orno verbis munus, *Terent.* Munus augere verbis. Rem laudando augere. *Cicer.* Inſinuo aliquem alicui, *Sueton.* Inſinuo aliquid animo alterius, *Plin. iun.* Lenocinor, *Plin. iun.* Nouitas libro lenocinabitur. Facio aliquem alicui meliorem. *Ouid.* Commendo aliquem alicui de meliore nota, *Cicer. Catul. translatum à doliis inuri ſolitis nota aliqua, vt eſt apud Horat. & Catul.* v. Láſkę komu zjednáć.

Zálecam śie komu/ v. Zábiegam 5.

Zálecam śie/ *aliter.* Popiſuie śie/ *tr.* Probo diligentiam meam alicui, *Papinian.* Si in hac cauſa noſtrum officium ac diligentiam probauerimus. Approbare ſe ſapientibus. *Senec. Cenſeri non prædiis, ſupellectili, non aliis fortunæ pignoribus, ſed ornamento ingenij, & mundo non muliebri, ſed virili. Buda. Eritne noſtro ſeculo tempus, quando homines ſuo ac proprio cenſu & dotibus à te (Deus) profectu magis, quam fortuita rerum poſſeſſione publicè cenſebuntur? Idem.* Będą śie popiſowáć/ ſzczyćić/ zálecáć. ἀρέσκω ἐμαυτῷ, ἀρέσκω τινά, ἀρεστός τινι φαίνομαι· δοκιμάζομαι παρά τινι vel πρός τινα: εὐδόκιμος ἐπὶ λόγοις φαίνομαι. Caudam iactare popello, *Perſ. i. Laudando publicè facere & ſpecioſis actionibus venditare ſe apud populum. Caſaub. translatum à canibus. vt autem Perſius dixit:* Iactare ſe populo. *ita Iuuenal.* Iactare ſe amicæ. καλλωπίζεσθαι, ὡραΐζεσθαι. Vendito me alicui, *Liui. Cicer. Buda.*

Zálecáć śie białeygłowié (*honeſtè*) Małżeńſtwá żądáć. Procire, *à procio. Feſt. ex Liui. Poëta.* Matrem procitum plurimi venerunt, *i. petitum, prima ſyllaba correpta. Idem Feſt.* μνάομαι γυναῖκα vel γάμον: μνηστεύω κόρην: μνηστεύω γάμον κόρης: μνηστῆρ' ἐμὴν μνῶνται. Proco, *as. Feſt. à procis. nam proci inquit, ſunt qui poſcunt in matrimonium.*

Zálecánie przed małżeńſtwem/ zaloty/ zalety/ zmawiánie pánny. ἡ μνηστύς, ύος. ἡ μνηστεία. *Officia procorum*

Zálecenia godny/ Commendabilis, *Colum.* Commendabile arbuſtum. Habet commendationem. *Cic.* ἐπαινέσιμος, πολλῆς ἀποδοχῆς ἄξιος, δοκιμαστός.

Zálecenie/ Commendatio mea, noſtra (*reſpectu alicuius*) commendatio aliorum (*reſpectu mei*) *Cicer.* ἡ σύστασις. ἀποδοχή.

Zálećićiel/ Commendator, *Robert. Steph. ſine autore. tamen apud Ciceronem eſt commendatrix.* ὁ δοκιμαστικός. [ὁ συστάτης, *u. Robert. Steph. & patitur origo verbi hunc ſenſum, licet alius ſit vſitatus.*

Záledwić/ v. Ledwić 1.

Zálegam/ v. Záſtepuię 3.

Zálegam śie/ záléżał śie. *Obtorpuit iacendo. Segnis otio euaſit. Quiete deſes ab opere factus eſt.* ‖ *Liu. dicit:* Deſidia & otio marceſcere. ῥᾳθυμῶν διατελεῖ τὸν βίον: ἐπέκλινεν ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν: ἀργότατα πάντων διάκειται: παντελῶς ἀργῶς ἔχει: ὑπὸ ῥᾳθυμίας κρατεῖται. Obmarceſco, *Lucili.*

Zálegá śie/ záległo śie iáié. Animatur ouum, *Plin. vel* animatum eſt *in præterito.* Animantur oua & in alitum ſpeciem conformantur. *Colum.* ἐμψυχοῦται, ζωοῦται, ζωογονεῖται, ψυχοῦται.

Záległe iáié/ Pulleſcens ouum, *Colum.* ζωογονούμενον. v. Iáié záległe.

Záległo mi w-gárdlé/ *Pituita craſſior fauces, gulam, guttur occupauit, vel impleuit.* ὁ καταῤῥοῦς τὸν λάρυγγα κατεῖχεν vel ἐπλήρωσε.

Zálepiam co/ *Claudo foramen, rimam, argillâ, luto, glutino, cera &c. apud Horat.* Leui Græca teſta vinum, *i. in dolio è teſta Græca obleui, pices cera, gummi. Lauin. à leo, les, leui.* Liui, *eſt apud Columellam. vnde* relino, *Lauin.* Oblinire aliquid, *Columell. ab* oblinio. Oblinere, *Varr. ab* oblino. Obducit plagam limo, *Plini. de Crocodilo.* περιαλείφω, περιχρίω τὸν πηλὸν τῇ πίσσῃ: ἐπιβύω; ῥωγμὰς ἀλείφω. Allinio ceram iuncturis, *Pallad.*

Zaléśie/ v. Zarzecze.

Zaletá/ zálecánie. vide. Zálecenie. *Nam Latini non diſtinguunt.*

Zaletne/ v. Podárek zaletny.

Zaletnik względem małżeńſtwá/ Procus, *Cicer. Feſt. Ouidi.* ὁ μνηστήρ, ῆρος. μνήστωρ, ορος. & μνηστήριος *adiectiuum,* Zaletny *hoc ſenſu.*

Zaletnik nié vczćiwy/ v. Fryierz/ Niérządnik.

Zaletny podárek/ v. Podárek zaletny.

Zaletny liſt *&c.* Commendatitius, *Cic.* Commendatitia epiſtola. ὁ συστατικός.

Zálewáiacy polá/ Superfluus, *Plin.* Superflua campis flumina. ὁ ὑπερχεόμενος, ὑπερρέων, ὄχλος.

Zálewam co/ Offundo aquam alicui, *Plaut.* Affundere aquam calidam nucleis, *Plin.* προχέω, ἐπιχέω ὕδωρ ἐπί τι vel τοῖς.

Zálewa rzeká/ łaki/ polá/ miáſtá zábiera. Stagnat, *Tacit.* Tiberis auctus plana vrbis ſtagnauerat. Inundatio vrbes abſcondit. *Senec.* Inundauit Nilus agros & ſata, *Plin.* § *Diluuiat amnis omnia, Lucret. i. diluuio obruit. Giſan. Lambin.* Vndare campos ſanguine, *Stat.* Montano flumine torrens ſternit agros, ſternit ſata læta, boumq́ labores. *Virgil.* Tiberis demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur: premit valles, innatat campis: quâque planum ſalum pro ſolo cernitur, aquis operit agros. Anio adiacentibus villis velut inuitatus retentuſque, magna ex parte nemora fregit & rapuit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas euexit atque extulit. *Plin. iun.* Natare campos fecère imbres, *Lucret.* ἐπικυμαίνω τὸ πεδίον: ἐπικλύζω, κατακλύζω, συγκλύζω τι: πλημμυρέω, πλημμυρέω: τῇ πλημμυρίδι ἐπικλύζω τόν.

Zalewa ſie nawá/ łódź. Obruitur aquis homo, claſſis, *Ouid.* § *Accipiunt naues imbrem, Virgil. i. hauriunt aquam.* Opprimi fluctibus, *Cicer.* ἐπικυμαίνομαι, καλύπτεται τὸ πλοῖον ὑπὸ κυμάτων.

Zálewa ſie pápier/ ábo ná pápierzé literá/ piſmo. *Diffundit charta bibula atramentum vel literas. Atramentum in charta bibula diffunditur.* διαχεῖται vel διαχεῖται τὸ μέλαν διὰ τοῦ χάρτου. v. **Przébija pápier.**

Zálewa ſie człowiek tonacy/ *Suffocatus eſt aliquis aqua.* ἐπνίγη τῷ ὕδατι vel ἐν τῷ ὕδατι ἐν ποταμῷ.

Zalewam ſie łzámi/ Profundo vim lacrymarum, *Cicer.* Spargo ora lacrymis rorantibus, *Lucret.* Oboriuntur lacrymæ, *Virgili. & Ouidi.* Obortis lacrymis habet. ὑποπίμπλαμαι vel ὑπόπλεως εἰμι τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων: ἐμπεπλήκασιν οἱ ὀφθαλμοί μου δακρύων: πηγὰς δακρύων ἀφῆκε: δάκρυα αὐτῷ τῶν παρειῶν ἐλείβετο: πολλοῖς δάκρυσιν ἔρρει.

Záleżały/ ὁ ὕπτιος, νωθρός. Supinus homo, *Iuuen.* Reſes homo, *Virgil.* *Vox Polonica ſonat,* ἐκ τοῦ χρονίως κεῖσθαι ἀπρακτεῖν vel ῥᾳθυμοῦντα. *Ob diuturnum ſitum & quietem inertem, ſegnem.*

Zależy co ná czym/ ná kiem záwiſło. In voluntate eius totum vertitur. Spes ciuitatis in eo vertitur, Salus mea in eo vertitur. *Liu.* Tribus in rebus virtus vertitur. Pendet vita omnium ex vnius. Cauſa pendet ex ſcripto, ex verbo. In fortuna poſita res. In te poſitum eſt. Dignitas in virtute poſita eſt. Non eſt poſitum in labore. *Cic.* Momentum in aliqua re poſitum eſt. Multùm poſitum eſt in tua fide. *Quintil.* Situm eſt, *Cicer.* Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? ſpes concordiæ in meo reditu ſita videbatur. In officio colendo ſita eſt omnis vitæ honeſtas. *Idem.* ἐπί σοι, ἐπ' ἐμοί ἐστι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν: ἐξαρτᾶταί ἐκ τούτου: ἐκ τούτου κεῖται ἡ σωτηρία: τὸ πᾶν ἐν σοὶ vel ἐπί σοι ἀνάκειται.

Załobá/ (cérémoniia po ſmierci przyiaciélá ábo powinnego.) *Luctus eſt dolor qui vultu, aſpectu, habitu proditur. Valla.* Luctus eſt ægritudo ex eius qui carus fuit interitu acerbo, *Cicer.* Cenſuerunt P. C. ne feminæ vltra triginta dies in luctu eſſent, *Liui.* Sordes, mœror, ſqualor. *Cicer.* Iacere in mœrore, ſordibus, ſqualore *&c.* τὸ πένθος, ὁ πένθιμος, *abſol.* & πένθιμος χρόνος. *Harmenopul.* Denicales feriæ quibus reſidentur mortui, *Cicer.* *Fortè à decem diebus quibus* [illegible] *fiebat, quod inſinuat Nouella 115. quæ vetat inquietari heredes mortui nouem diebus.* § *Mortuus 7 dies ſeruabatur, octauo incendebatur, nono ſepeliebatur, (hinc nouendiales pulueres, Horat. Et ludi ac ſacra, Liui. Feriæ, Cicer.) decimo die purgabantur, hinc denicales feriæ. Cerda.* καθέδραι πένθους ἡμέραι ἐπὶ τετελευτηκόσιν. *Heſych. i. ſeſsiones, luctus dies, ob mortuos. Apud Vergil. 9. Turnus in luco ſedebat, lugens parentem, more eius qui feriatur mortuis. & 11 Æneid.* Conſediſſe vrbem luctu, *eodem modo interpretatur Turneb. quia triſtes plerumq́ ſedent. & Plaut.* Sedere & reſidere ferias alicuius. *Græci* καθίζειν κλαίοντας *dicunt. Turneb. affert plura de hac re Lauinum ad Iulium Suetonij cap. 4. Luctum quibus de cauſis abrumpebant Romani publicum & priuatum docet Feſtus Verbo Minuitur.*

Załobá/ vbiór żałobny. Veſtimentum funebre, *Cicer.* Veſtis funeſta, *Catul.* Veſtis lugubris, *Terent.* Mœror funebris. Lugubris ornatus. Sordes lugubres. *Cicer.* Sordes, ſqualor. *Cicer.* Aſpicite Iudices ſordes ſqualoremq́; ſociorum. (*vnde ſordidatus infrà.*) Lugubria, *n. plur. Ouid.* Lugubria indue. § *Senec. Furent.* Amicta coniux lugubribus. Mortualia, *n. plur. apud Næuium, veſtimenta quæ in luctu ſumebantur. Turneb. Meurſius.* Pulla tunica, pulla toga. *Cicer.* Prætexta pulla, qua non licebat vti niſi ei qui funus faciebat. *Feſt.* Funerea lana, *i. nigra veſtis. Lucan. P. Pullus color in funeribus lugentium, Cerd. in Georg. Apud Iapones tamen vt ſcribunt noſtræ Societatis Patres, triſtis color habetur albus; niger lætus. vnde etiam operam dant vt quam nigerrimos & ſplendentes præ nigrore dentes habeant. Iacob. Pontan. in notis.* τὸ πένθιμον ἱμάτιον: ὁ ἱματισμός: ἡ λυγρὰ ἐσθής. ὄρφνινος, ὀρφινὸς, ἐλαινὴ ἐσθής: τὸ μέλαν ἄμφιον.

Załobá v ſadu ná kogo/ Querela, *Cicer. Iuſtin. Paul. IC.* Querela, *apud IC. peculiariter eſt liberorum contra parentes vel contrà, apud Iudices.* § *Querimonia item IC.* Expoſtulatio, *Cicer. pro Cluent.* Cùm eſſet expoſtulatio facta (*in iudicio*) *&c.* ſine iudicio & controuerſia diſceſſũ eſt. τὸ ἔγκλημα, ἡ ἔγκλησις, τὰ ἐγκεκλημένα.

Załobá/ liſt żáłobny/ żáłobnicá/ ſuplikácyia. Libellus, *Sueton. in Auguſto.* Libellum porrigere Cæſari. Libelli ſupplices. *Martial. Bude.* Deſiderium, *Sueton.* Deſideria adeuntium tanta comitate excipiens, *i. libellos. Hotom. Schard. vtitur & Symmach. ac Vlpian.* ἡ ἱκετηρία, ἱκεσία, τὸ ἱκέτευμα.

Załobe noſzacy/ Pullatus, ſordidatus, atratus: ſordidati maxima barba & capillo. *Cicer.* Riciniatus, *Arnob.* τὰ πένθιμα ἠμφιεσμένος, πενθικῶς περιβεβλημένος.

Załobe noſić/ wżiać/ w-żáłobie chodźić. Mutare veſtem; pullatum eſſe. In ſqualore & luctu eſſe. Squalet ciuitas veſte mutata. Iacere in lacrymis & ſordibus. Innumerabilis multitudo ſupplex ad eum ſordidata venerat. *Cicer.* Induere habitum dolentium, *Tacit.* Induere lugubria, *Ouid.* Reſidere mortuos, *Cicer. ſuprà paſsiuo vſus eſt.* μελαίνας ἐσθῆτας φορεῖν: μελανειμονεῖν πενθῶν: vel πενθῶ μελανείμων: πενθικὸν σχῆμα περικεῖσθαι: μεταβάλλειν ἐπὶ λύγρον ἐσθῆτα ἐκ πενθεῖν. Αι πενθεῖν τινα, τὸ πένθος ἄγειν τινί, ἐπί τινι: θρηνεῖν θανόντα: δακρύειν ἐπὶ νεκρῷ. Lugere aliquem mortuum: leſſum facere. *Cicer.* v. **Po oycu w-żáłobie chodze.** Prolugere, eſt ſolito diutiùs lugere. *Feſt.*

Załobe złożyć/ Elugere, *abſol. Liu.* Ad ſuum veſtitum redire, *Cic.* ἐκδύω, ἀποδύω, ἀποδύομαι τὰ πένθιμα ἱμάτια.

Załobno/ w-żałobie. πενθικῶς, πενθηρικῶς. Lugubria indutus, *ex Ouidi.*

Żałobny / Funebris laudatio, *Quintil.* Funereus, *Virgil.* Frons funerea, *i. cupreſſus. Seruius.* Funeſta familia (*quæ funus celebrat*) *Liu.* Funeſta turba, *Propert.* Funerea actio. *D. IC.* ὁ πενθικὸς, πενθητήριος. vide Pogrzébny.

Żałobny rántuch / Ricinium, *Varr.* Mulieres in luctu ricinia ſumunt. *Et Cic. de legibus. Turneb.* ἡ πένθιμος στολή.

Żałogá / załóſzká. Pectorale, *Varr.* Ex corio *inquit* crudo pectoralia faciebant. *Inter arma militaria ponit, vt & Plin.* Tegimen pectoris *vel* tegumen. *quomodo Liui. vocat ancilia area, quæ ex genere ſcutorum bellicorum erant.* Thorax, *Iuuenal. Sueton. veſtis quæ pectus tantùm tegit. Britannic. Lauin.* τὸ ἡμιθωράκιον, ὁ καρδιοφύλαξ, *quaſi cordis cuſtos.* [*Cordituram vertit Laſcaris, ſed non placet Lipſio.*] τὸ περιγαστρίδιον *Luciano, i. tegumentum ventris.*

Żałość / vide Żal.

Żałośnie / Dolenter: dolentiùs: miſerabiliter: cum quadam commiſeratione. Miſerandum in modum necari. *Cicer.* Miſeranter, *Gell.* Lugubre fame familia pereat. *Plaut. i. miſerabiliter. Meurſ.* Flebiliter cantare. *Cicer.* λυπηρῶς, ὀδυνηρῶς, ἀλγεινῶς, ἐλεεινῶς, δυσθύμως.

Żałoſna pieśń / ἡ θρηνῳδία: ὁ ἰάλεμος, ἰασμός. Threnus, *Cal. Rhodigin.* Lugubris cantus, *Horat.*

Żáłoſna poſtáć / twarz / vbiór / żáłość w-pátrzącym wzbudzáiący. Squalor, ſordes, luctus. *Cicer. qui hæc ſæpè iungit. Squalitudo, Accius. Prô dij immortales ſpeciem humanam inuſitatam, egregiam, indignam ſqualitudine. Idem, Operta ſqualitate eſt luctuq́; horrificabili.* Sordes lugubres fratris mei, *Cicero.* τὰ πενθικά. τὸ πενθικὸν σχῆμα: τὸ τῶν ἐῤῥυπωμένων εἶδος.

Żáłośnie śpiewam / θρηνῳδέω, ῶ. *Lugubre cano. &* ὁ θρηνῳδὸς, żáłośnie śpiewáiący.

Żałoſny / żałości / vżalenia / płáczu godny. Miſerandus, *Cicer.* Aliquem ita labi, vt alijs miſerandus videatur, alijs irridendus. Miſerabilis caſus: actionis aſpectus miſerabilis. Eius ſqualor inauditus omnibus mortalibus miſerabilis videbatur. Perluctuoſum funus. *Cic.* Lamentabilis, *Virgil.* Lamentabile regnum. Luctuoſus diſceſſus alicuius omnibus honeſtis: Luctuoſa eſt virtus proſtrata. Lugubris res. *Cicer.* Heſperia luctuoſa, *Horat.* Funeſtus, *Cicer.* Funeſta auctio: victoria: funeſtum eſt à forti atque honeſto iugulari; funeſtius ab eo &c. Funeſta mihi nox. Flebilis ſpecies. Acerbiſſimus Conſulum interitus. *Cicer.* Ingemiſcenda clades, *Ammian.* Illacrymabilis, *propr. dignus cui illacrymemur, Lauin. quomodo illacrymo apud Cicer. Virgil. Liu. vſurpatur, i. lacrymas ob aliquem euentum effundo. aliter apud Horat. 2. Ode 14. dicitur. Pluto illacrymabilis, qui lacrymis flecti nequit. & 4. Ode 9. fortes illacrymabiles, qui lacrymis reuocari non poſſunt, Lambin.* Funera mater, *à funeris. Virgil. 9. vt Serui. interpretatur. Funere legit Bergizom.* Deploranda calamitas, *Cicer.* ὁ ἐλεεινὸς, ἀξιόθρηνος, πολύθρηνος, πένθιμος, θρηνητικὸς, πολύστονος, στυγνὸς, στυγνός. ὁ, ἡ πενθηρὴς, ἐς. ἀξιοπενθὴς, ἐς. Ærumnabilis, *Lucret.* Funeſta querela, *Propert.* Infractus. *Liui.* Summiſſa & infracta oratio extenuantis opes ſuas & egeſtatem querentis. Triſtis ad recordationem, *Liui.* *Vlulabilis clamor, Ammian.*

Żałoſny / *aliter.* żałości pełny. v. Smętny.

Żałoſny jeſtem / Doleo ex animo: dolet cordi meo. Dolet animus: doleo ab animo: dolet mihi cor. Cordolium eſt mihi. *Plaut.* Doleo hac re, *Terent.* Dolet mihi quòd &c. doleo ex aliquo; In dolore & mœrore ſum: magnum accepi dolorem. Mœreo alterius dolore, incommodo meo. *Cicer.* ἄχθομαι ἐπὶ τούτῳ: ὀδυνάομαι, ἀλγύνομαι τῷ: τῆς ἀθυμίας ἐμπέπλησμαι: ἀνιαρῶς διάκειμαι: ὀδυνηρῶς ἔχω: ἐν ἐσχάταις ἀνίαις εἰμί: ἀνίαις πιέζομαι: τὸ ἄχος με ἔλαβε: εἰς λύπην καταφέρεσθαι, καταπίπτειν: τὰς ἐσχάτας λύπας λυπεῖσθαι: λυπηρῶς ἔχειν, διακεῖσθαι: ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἀποπνίγεσθαι: λύπη τὴν διάνοιάν μου ἐνέμεται: μέσης τῆς καρδίας μου ἥψατο λύπη: τὰ σπλάγχνα σπαράττομαι. Angor internis ſenſibus. *Cic.* Reſidere *proprium verbum lugentium, apud Cicer. Plini. Plaut. vide Leuin. in Iulio Suetonij. & ſuprà* żałobá 1.

Żáłowánie ſię / vſkarżánie ſię ná kogo przed niemże. Expoſtulatio, *eſt querela apud ipſum qui peccauit: poſtulatio apud alterum. Donat.* Nunc cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ. *Cicer.* τὸ ἔγκλημα: *vel potiùs* ἡ ἔγκλησις, *in. vet. Lexic.*

Żáłożenie / v. Propozycyia / Zákłádánie 1.

Żáłożyłbym ſię niewiem o co / Quouis pignore contenderim, *Ioſ. Scalig.* v. *ſuprà* Zákłádam ſię.

Żáłuię czégo / kogo / żałoſny jeſtem z-czégo. Doleo interitum alicuius, caſum, vicem: doleo ex aliquo, de febricula alterius. Acerbè fero aliquid. *Cicer.* Mœreo mortem alicuius, *Cicer. Tacit.* Mœſtus ſum alicuius vicem, *Curti.* Plorat profundere aquam dum lauat, *Plaut.* Me tamen porrectum ante fores obijcere aquilonibus plorares, *Horat. i. doleres.* Excrucior vicem alicuius, *Plaut.* Pœniteo, *es.* Primi pœnitere cœperunt, *Iuſtin.* Tum memineris meæ ſeriæ mentionis, cùm ſerò pœnitere cœperis, *Perſonale hic Verbum obſeruauit Saturnius.* Indoleo, *Cicer.* Quis non indoluit? Kogo żal nie ruſzył? Lugeo Rempub. *Cicer.* Molliter fero mortem alicuius, *Senec. i. muliebriter, vehementer doleo.* Reſidere pœnitentiam, *Plin. l. 34. c. 14. vt legit & interpretatur Lauin. & Cerda.* ἐν μεταμελείᾳ εἰμί: μεταμέλει μοι τοῦτο: μεταγινώσκω τοῦτο: μεταμελέω, μεταμέλομαι, μεταμελήσομαι ἵνα περὶ τ., ἐπὶ τ., διὰ τοῦτο: ἀχθέω, ἀχθέω *P. in SS. libris* κατανύγω. *Compungor, doleo, punio.*

Żáłuię zá co / Pœnitentiam ago ſermonis mei, *Tacit. Plin. iun.* μετανοέω τε, μετανοιέω *abſol. &* ἐπὶ τῷ, ὑπὸ τ.: μετάνοιά με ἔχει τοῦ. v. Żal mi czégo.

Żáłuię czégo / Parco, *Plaut.* Parcere voci, *Ouid.* Parcere luminibus. Parcere operæ. *Cicer.* Parcere labori, *Terent.* φείδομαι τοῦ. Reparco, *Plaut.* Vtinam ego ita rei parciſſem meæ, vt tu reparcis ſuauijs, *i. vt tu viciſſim parcis. ſic Piſtori. alij, non parcis intelligunt.* v. Oſzczędam / Skępię / Nie żáłuię.

Żáłuię ſię ná kogo przed kiem / &c. v. Vſkarżam ſię 1.

Żáłuię ſię ná kogo v prawá / Deploro, *Plaut.* Homo deplorabundus venit ad Prætorem. ἐγκαλέω σοι τοῦτο. v. Obwiniam kogo 2.

Zámagam ſię / Conualeſcunt opes alicuius, *Liu.* Vicinas conualeſcere opes rati. Confirmare poteſtatem opibus & copijs. *Cicer.* Fundo opes, *Cicer.* Fundatas & benè conſtitutas fortunæ ſuæ opes. Conſequi potentiam, vel opum potentiam. *Cicer.* *Peruenire ad opulentiam, ad potentiam. vt Cicer. dicit: peruenire ad ſummos. Inualeo, Lucret. Creſcent inq́; valebunt. Tuſſi Poëtica.* πολυπλουτής εἰμι: πλείστην οὐσίαν κτᾶσθαι: πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν: πολυπλούσιος, μεγαλόπλουτος γίνομαι: πλουτίζομαι: ἐῤῥώσθην χρήμασι.

Zámogłá ſię chorobá / Sedit morbus, *Martial.* Mala (*morbi*) per longas conualuêre moras. *Ouid.* ἐνίσχυσεν, ἐπίσχυσεν ἡ νόσος: πολὺν χρόνον με κατεῖχε νόσος.

Zámálowáć co / Inducere nouum colorem picturæ, *Plin.* *μεταχρώω, μεταχρωννύω, μεταχρώννυμι.*

Zámárł / zámárły. Fame confectus, enectus. *Cicer.* Corpus aridum eſuritione, *Catull.* *ὁ λιμαγχονούμενος.* vide *plura* Głodny.

Zamar-za / zamár-zło co. Hiemat mare, *Horat.* Hiematus lacus, *Plin.* Glacies ventis adſtricta pependit. *Ouid.* Stoi / ſtánełá rzeká. *ἐπιπήγνυμαι, ἐπιπήσσομαι.* *In ſumma parte congelor.*

Zámár-zły / v. Zmár-zły.

Zamawiam kogo do czego / *Condico, vel paciſcor operam alicuius. Vocare operam alicuius. Plautus dicit:* Vocata eſt opera. Zámówiono mię. *προαγγέλλω τινὶ ἐπὶ δεῖπνον· συμφωνῶ μετά τινος περὶ τοῦ ἔργου: συντίθεμαί τινι εἰς μίσθωσιν ἐργάζεσθαί τι.*

Zámawiam co v kogo / *Paciſcor vel profiteor me aliquid apud aliquem empturum, vel de aliquo conducturum.* *Συμφωνῶ πρός τινα ὑπὲρ vel περὶ τοῦ: ὁμολογῶ τινὶ καταβαλεῖν τι, vel ἀποδώσειν, aut ἐκτίσειν ἀργύριον.*

Zámówić śię / Ingredi in ſermonem, *Caeſar.* Longiùs prouehi in orando: paulò longius oratio mea prouecta eſt. Ignoſcetis, nam ſtudio rerum ruſticarum prouectus ſum. Sentio me longiùs eſſe prouectum, quàm propoſita ratio poſtulârat. *Cicer.* *εἰς μακροὺς προήγμαι λόγους : μακρολόγος ἀπεσχοινισμένως γεγένημαι : μακρολογῶν πολλὰ προήχθην.*

Zá mázánie piſánia / Litura verſus, *Martial. Ouid.* *ἡ ἀπαλειφή.*

Zámázánie / obmázánie / zálépienie płonki / drzewá. *ἡ περίχρισις.* Litura (*vitis reciſæ*) *Columel.*

Zámázuie piſmo / v. Przekreßam.

Zámazuie ſtárek dźiurawy / drzewo obćiete. Lino, *lini, vel leui* dolium. *Columel.* Linunt cera apes ſpiramenta (*aluearij*) *Virgil.* Linire plagam vitis terrâ, quam priùs amurca madefeceris. *Columel.* *ἀλείφω τὸ ἀγγεῖον πίσσῃ: περιαλείφω τὸν πηλὸν τῷ ἀγγείῳ: περιχρίω τι τῷ πηλῷ.* *Item* v. Zmázáć 1.

Zamczyſty / *ὁ κλειστὸς, συγκλειστός.* Seram habens. *Poteſt dici* Cluſilis *quaſi clauſilis. quanquam ea vox apud Plini de conchis vſurpatur, quas cluſiles vocat. quæ claudi ſeu coaleſcere ſolent.* Zámykáiące śię. Vnde liber regreſſus non ſit, *Senec. Epiſtol.*

Zameł v drzwi / v ſkrzynie *&c.* Clauſtrum ianuæ, *Catul.* Clauſtrum ferreum, *Senec.* Cloſtrum, *Cato antiquè.* *τὸ κλεῖθρον, κλῆθρον, κλεῖστρον.* Serraculum, *clauſtrum oſtij interpretatur Palem. IC. apud Schardium. forte ſeraculum potiùs à ſera* Sera, *Ouid. Feſt.* Cloſtellum, *Petron.*

Zameł ślepy ábo ſkryty / Clauſtrum clauem clauſam habens, *vt apud Virgil. in Moreto. vel* clauem curioſè abſconditam, *vt apud Apulei. 9. Metamorph. vel* clauem Cariam *apud Auienum. vel κλεῖδα κρυπτὴν apud Ariſtophan. Huiuſmodi clauſtra apud nos viſuntur plurima & varia. quæ ſine claue nonniſi domeſtici norûnt aperire. Huc refer &* ſeras circulis literatis conſtantes. *Hac periphraſi reddes noſtrum,* Zameł ślepy. *&* Clauſtrum Laconicū *Plauti vocabis. Nam licet Ioſ. Scalig. dicat, clauem Laconicam fuiſſe impactam foribus, tamen aliud docet Suidas, qui dicit: Λακωνικὴ κλείς ἐστιν· εἰς ἑαυτὸν μοι περιοιστέον φησίν, ὅτι ἡ θύρα ἔξωθεν περικλείεται μοχλῷ περιτεθειμένῳ ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ, ὥστε τοῖς ἔνδον μὴ εἶναι ἀνοῖξαι. i. Clauis Laconica, vt apparet, mihi circumferenda eſt, inquit, quoniam oſtium foris clauditur vecte circumpoſito, aut aliqua re tali, ita vt non liceat ijs qui ſunt intùs aperire. Scaliger clauem Laconicam foribus fuiſſe impactam ait, ſed latenter vt non appareret. Affert idem ex Athenæo κλεῖδα ἔκδηλον καὶ παρεσκευασμένην, i. clauem conſpicuam & præparatam, quales ſunt apud nos portarum funiculi, ferramenta eminentia quibus repagula eleuantur, obducuntur, reducuntur.* Wierzbce klámeł / rekoieśći / zaworeł / obárćliłow. *&c.* v. Zaporá.

Zameł / budowánie dla obrony. Arx, *locus vrbis munitiſsimus, à quo faciliimè arceri ſeu prohiberi poteſt hoſtis. Varr. Aſconio autem arx eſt editus in ciuitate & munitus ad ſalutem omnium locus. Seruius ab arcano ducit.* Cicer. Amiſſo oppido fugerat in arcem. *Aliquando ſignificat ſedem tyranni, i. regis, inquit Aſcon. & Serui. vt 4 Æneid. & Plin.* Byzia arx Regum Thraciæ. *Auguraculum, priſcis arx. quòd ibi augures auſpicarentur. Feſt.* *τὸ οἰκοπύργιον.* Wieſzczenicá. Municiuncula. *1. Macchab 16.* *τὸ ὀχυρωμάτιον.* Zameczeł. *τὸ ὀχύρωμα.* Caſtellum natura munitum, *Cicer.* Caſtrum, *Calliſtrat. IC. à caſa inquit Sipontin. deriuatur, quòd ſit coniunctio caſarum. Apud Cicer. l. 15. epiſt. 4.* Oppidum vallo & foſſa circumdedi, ſex caſtellis caſtriſque maximis ſepſi. *non eſt à caſtrum ſingulari, vt quidam volunt; ſed à plurali caſtra, orum* *ἡ ἀκρόπολις : ἄκρα : ἡ κλεισοῦρα,* *Suid. Procop. Cluſura, Theodorico apud Caßiodor. Milites in cluſuris iugiter conſtituti, i. in caſtris regni extremi.* Pogránicżny zameł. Burgus: Caſtellum paruum. *Veget.* Si vltra ictum teli, in cliuo tamen ciuitatis ſubiecta ſit vena: caſtellum paruum (quem burgum vocant) inter ciuitatem & fontem conuenit fabricari. *Item in C. Iuſtin. & Iſidor. à voce Græca πύργος ducunt Gloſſ. Iuni. Steuech.* Caſtella turreſq; *coniungit Ammian. eodem ſenſu. Hinc Burgarij in Cod. & Iſidor. & Burgundiones dicti, qui caſtella in limitibus poſita incolebant. Iſidor. Hinc Burgimagiſtri & nomina ciuitatum Marienburg, Auſburg, Friburg, Wirtzburg, &c. Steuech.*

Zameß / Aluta, *æ. Caeſar. Plin. Sipontin.* *ἡ στυπτηρεία, τὸ στυπτηρευτικὸν δέρμα. Gloſſ.* *τὸ κορδέλιον, Meurſ. Gloſſ.* *ἀλυτήριον, Gloſſa Seruij. & ἀλύτηρον, Meurſ. Gloſſ.*

Zameßnik / Alutarius, *Plaut. Sipontin. Iuni.* *ὁ σκυτομαλάκτης.*

Zamet / odmet / *propr. Perturbatio aquæ : aqua turbata vel turbida* *ὁ θολὸς,* *Subſtant. ex Athenæo. Sordes turbidæ. Henric. Stephan.*

Zámet / *tr.* v. Zámietánie.

Zámiená czego / Permutatio pecuniæ, rerum quarumuis. Mutatio officiorum dando, accipiendo. *Cicer.* Commercium, *Plin.* Cum res ipſæ permutabantur inter ſe: ita enim vt opinor commercia victus gratia inuenta, alios corijs boum, alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit. *ἡ μετάδοσις, μετάληψις, συνάλλαγμα, μεταβολὴ, ἀνθυπαλλαγὴ* *Commutatio mutua.* *ἐναλλαγὴ, ἐνάλλαξις.* *Item* v. Odmieniánie pieniedzy.

Zamiáná słów / Słowá nie właſna. Immutatio verborum, *Cicer.* Tranſlatio *vel* tralatio verborum, *Cicer.* *ἡ μεταφορά.* Metaphora, *Cariſi. Donat. Submutatio,* Hypallage. *ἡ ὑπαλλαγή.* Metonymia, *Cicer.* *ἡ μετωνυμία.* Tropus, *Cicer. Quintilian. Serui.* *ὁ τρόπος.* Tropus eſt verbi *vel* ſermonis à propria ſignificatione ad aliam cum virtute mutatio. *Quintilian.* *ἡ τροπὴ λέξεως, τροπολογία.* Tropica figura, *Gelli.* *τροπικὸς λόγος.* *Tropicus ſermo. Et τροπολογία, Tropus vero* Mutatio verborum, *Cicer.* *ἡ μετονομασία.* Pronominatio, *Cicer,* *ἡ ἀντονομασία vel ἀντωνομασία.* Figura, *Quintilian.* *τὸ σχῆμα, ἡ παρονομασία.* Agnominatio, *Quintilian.* *ἡ προσονομασία. ſimilis præcedenti.* Cata-

chreſis *tropus. Latinè* Abuſio, *quia alienis verbis vtimur ceu proprijs cùm ea deſunt. Feſt. Seru. Ariſtoteles translationi hanc ſubiungit, &* κατάχρησιν abuſionem *vocat. Cicer.*

Zámiáno / zámiánkiem. μεταφορικῶς. *Metaphoricè. Translatiue, Vlpian.*

Zámiátam / Zamiétam. v. Vmiátam.

Zamiátywam / v. Zárzucáć dół.

Zamieć śniegów / piaſków. Niualis tumulus, *Cicer. ex P. 1. congeſta ventis niues.* Acta ventis arena. Eiectat arenam ventus. *Ouid.* Zamiećći ſypie. τὸ νιφόβολον πεδίον. *Niuibus obrutus campus.* ἡ σύρτις, εως. Syrtis niualis *poteſt dici, nam ſyrtis non in mari modò eſt, cùm fluctus arenam & limum ſaxaq́ in cumulum conuoluunt, ſed & in terra cùm idem venti faciunt. vt ſcribit Mela. l. 1. & Plin. l. 2. c. 45. & Saluſt. ac Lucan.* Syrtes arenoſæ in Africa, *Prudent.* ἡ ταινία, *Strabon.*

Zámieniácz / v. Odmieniácz.

Zámieniam co zá co / v. Mieniam.

Zámieniam ſłowá / Transferre. In longius ducere verbum. *Cicer.* ἀντονομάζω, μετονομάζω. Tranſnomino, *Sueton.* Submuto verba pro verbis, *Cicer.*

Zámienione ſłowá / nie włáſne. Tranſlata, tranſlatitia verba. *Cicer. Quintilian.* ἡ μεταφορικὴ λέξις, τὸ μεταφορικὸν ὄνομα. Inuerſa verba, *Lucili. Terent. i. tropo immutata, Turneb.* Genus loquendi verſum atque mutatum. Figurata verba, *Quintilian.*

Zámieram / Inedia conſumor. Fame conficior, enecor. *Cicer.* λιμαγχονίομαι, [illegible]. v. Zámárły / Przémieram.

Zamierzam czás / v. Náznáczam czás.

Zámierzam kres / v. Okreßam.

Zámierzam śie ná kogo czym / Intento ſicam alicui, *Cic.* Intento manum in aliquem, *Liui.* Intentat faces Tiſiphone, *Stat.* ἀνατείνω τὸ ξίφος: διατείνομαι τὴν βακτηρίαν: ἐπαίρω τὴν βακτηρίαν εἰς τὸ παίειν, vel βάλλειν, vel ῥιψόμενος: διαγκυλέω, διαγκυλάω, διαγκυλίζω λόγχην. Reduco haſtam, *Virgil. miſſurus haſtam, retrò lacertos reduco. Turneb.* Intendo ſecurim, *Senec.* Intentæ ſecuri ſubiectum caput. Libro telum miſſile. *Virgil.* Libro malleum, *Ouid.* Libro bipennẽ, *Lucan.* πάλλω τὸ δόρυ. Moliri bipennem in vites. Dextrâ ſublatâ connixus. *Virgil.* Ab ictu ſe retrahere, *Ouid.* Zámierzywßy śie nie vderzyć. ἀπέχομαι χειρὸς *abſol. &* τῆς πληγῆς *&* ἀπὸ τῆς πληγῆς. *&* τοῦ πλήττειν.

Zámierzch / vide Mierzch.

Zámierzch w oczu / ὁ ἴλιγγος, ου. ἡ ἀχλύς, ύος. ἡ συστροφή, ἡ εἰλισκότωσις: ἡ σκοτοδινία: ὁ σκοτόδινος: τὸ σκότωμα. Scotoma, *n. Plini. Hermol. Henric. Stephan. Vertigo, Gorræ. eſt affectio cerebri, quâ oculi tenebreſcunt, & omnia circumagi videntur.* Scotodiniam, *etiam Gorr. vocat.* ἡ σκοτοδινία. *tenebricoſa vertigo, Henric. Stephan. Hinc* Scotomaticus, *Scribon. Largo.* ὁ σκοτωματικός, *qui morbo hoc laborat.* ὁ ἀχλυόεις, ὁ, ἡ ἀχλυώδης, εος. *Hinc* σκοτοδινέω, σκοτοδινιάω, ἀχλύω, ἰλιγγιάω. *Vertigine tenebricoſa laboro.* Mierzcha mi śie w oczach. *Vitium epilepſiæ morbus, Gorræ.*

Zámierzchnąć / Opprimi nocte, *Cicer.* ἕως τῆς ἀκρονυχίας ὁδοιπορεῖν: ὁδοιποροῦντι ἡ ἀκρόνυξ ἐπῆλθε.

Zámierzenie / Terminatio, *Cicer.* ὁ ὁρισμός, διορισμός.

Zámierzenie śie ná kogo / Intentatio, *Senec.* Oculi ad intentationem ſubitam digitorum comprimuntur. Intentus palmarum. *Cicer.* ἡ ἀνάτασις, ἡ ἔπαρσις χειρὸς ἢ βακτηρίας εἰς τὸ πλῆγμα.

Zámießánia pełny / Turbidus, *Cicer.* Turbidum tempus: turbidiſſima ſapienter ferre. Turbidiſſimæ actiones. *Quintilian.* Turbulenta Reſpub. res, tempeſtas: turbulentum tempus, negotium. Tumultuoſæ conciones, tumultuoſa vita. *Cicer.* ὁ, ἡ ταραχώδης, θορυβώδης, ὀχλώδης, εος. ὁ κλονώδης, εος. ταραχικός, ταράξιας, ου. Homo turbulentus. *Motorius character Comœdiæ. Motoria Comœdia, quæ motus & turbas habet. Donat.*

Zámießánie / Confuſio temporum. Perturbatio vitæ & magna confuſio. Conturbatio. Perturbatio rationis, ordinis rerum, vitæ. Tempeſtas popularis: pacis, diſcordiarum *tr.* Fluctus concionum, *tr.* Tenebræ Reipub. *tr.* Offuſa animis caligo. Caligo & tenebræ anni ſuperioris, *tr.* Procella, *tr.* Quæ tu illis Reipub. tenebris, cæciſque nubibus & procellis conſtituiſti. Motus temerarius Græculæ concionis: qui nullum Reipub. motum afferre poterant. Tumultus: vrbs ſine vllo motu ac tumultu. Turbidæ res. Turba. Viuere in turba & confuſione. Ecce autem noua turba, Vndæ comitiorum, *tr.* Nox ſempiterna Reipub. offuſa. *Cicer.* Interturbatio animi. *Liui.* Fluctus, *Acci.* Non vides quantam turbam quantoſque fluctus concites? Tragœdia. *Cicer.* Tragœdias excitare. Turbela. *Plaut. Ammian.* Chaos, *n. Senec. Agamem.* Chaos rebus induci, *i. confuſionem, Poëticum.* Rutuba, *Varr. apud Noni. Sipont. pro perturbatione, priſcum. Turbatio, apud Eſdram.* Surſum ac deorſum euntium rerum verſatio, *Senec.* ὁ ταραγμός, τάραχος: ἡ τάραξις, σύγχυσις; ἡ ταραχή: θόρυβος, ὄχλος, σάλος, σαλαγμός: ἡ ὄχλησις, ἐνόχλησις, παρενόχλησις, ὀχλοκοπία. Coſmotoryne, *Varronis Satyra, quaſi* κόσμου τορύνη, *i. cochlear mundi, quæ docet omnia in mundo ceu cochleari permiſcenda, & ad chaos reditura.* κοσμοφθορύνη. Coſmophthoryne *alij legunt, i. corruptio mundi.*

Zámießánie / *Aduerb.* Turbidè, turbulentè, turbulenter, perturbatè. *Cicer.* Tumultuariè, *Ammian.* θολερῶς, τεθορυβημένως. v. Burzliwie / Pomießánie.

Zámießká / zámießkánie. v. Omießká.

Zámießká / to co zámießánie czyni. Turbamentum Reipub. *Saluſt.* Turbamentum vulgi, *Tacit.* τὸ ταρακτικὸν τῶν πραγμάτων, τῆς πολιτείας.

Zámießkawam czégo / ábo ná co. v. Omießkáć ná co

Zámießkawam komu / v. Báwie kogo długo.

Zamießywam / v. Mießam 1. 2. 3.

Zrzucam z-śiebie co/ kogo. Excuſſit equus equitem, *Liui.* Peſſundat mula ſeſſorem, *Paul. IC. ἀναβάλλω, ἀποσείω τι: ἀποσκευάζομαι, ἀποτίθημι, ἀποσείω, ἀποσείομαι, ἀποφορτίζομαι τὸ ἄχθος.* Abijcio onus, *Cicer. Decollo, as. Cæcil. In collo tuo eſt, decolles caue, i. de collo deponas. Noni. τραχηλίζει ἵππος, i. ceruicem reſupinat & deijcit ſeſſorem.*

Zrzucam moſt/ przérywam. Intercido pontem, *Cæſ.* Interſcindo pontem, *Cicer.* Rumpo, *Quintilian.* Rupti pontes torrentibus. Interrumpere pontes. *Cicer.* Soluti pontes, *Claudian.* Diſturbare pontes, *ad Heren.* Reuellere pontem, *Claudian.* przérwáć. *λύω, διαλύω γέφυραν.*

Zrzucam pokarm/ v. Womituię.

Zrzucam kontrákt/ targ. Reſcindo pactiones, *Cic.* Abire ab emptione, *Paul. IC.* Reſcindo fœdus, *Patercul.* Renuntiare ſocietati, depoſito. *Vlpian.* Reſilio, *abſol. Vlpiã.* Reſilire emptori liceat. Interciſæ pactiones. *Cicer. ab* Intercido. *ἀκυρόω, ἄκυρον ποιῶ τὴν συγγραφήν, τὰ ὡμολογημένα, τὰ συμφωνηθέντα, τὰς συνθήκας: καθαιρέω, ἀναιρέω τὰς διαθήκας.*

Zrzucam co w kupę/ Conijcere in medium ſarcinas, *Liui.* Saxa coniicere in medium, *Virgil. συμβάλλω εἰς μέσον: ῥίπτω εἰς σωρόν.*

Zrzucam kogo z-godnośći/ z-vrzędu. Moueo aliquem ordine Senatorio, *Sueton.* Deijciò aliquem ædilitate, honore, prætura: deijcere Senatum à gubernaculis. *Cicer.* Eradere albo iudicum aliquem, *Sueton. καθαιρέω τινὰ ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος: ἀποτιμόω, ἄτιμόν τινα ποιῶ: παρείημι τινὰ τῆς ἀξίας.* v. Składam z-vrzędu.

Zrzucam kogo z-śiebie / v. Zſadzam.

Zrzućić śię ná co / złożyć śię tudźież / v. Składam śię. *Sed adde:* Repente, ocyus, tumultuariè *&c.* Conferre ſtipem, ſymbolam ſubitò.

Zrzucenie z-śiebie/ *ἡ ἀποσεισις. Excuſſio.*

Zrzucenie czégo / Deiectio *ex agro,* Cic. Deiectus graui, *Ouid. ἡ καθαίρεσις, ἡ καταβολή. de alto iactus.*

Zrzucenie kontráktu/ vmowy. Reſciſſio emptionis, venditionis *&c. Vlpian. ἡ ἀκύρωσις.* Renuntiatio *eſt* recuſatio rei, quæ in pactum & promiſſionem venerat. *Aſcon.*

Zrzucony womitem / wyrzucony. *ὁ ἐμετὸς per vomitum eiectus.*

Zrzynam co/ Cultello, *as. propr. Tranſtulit id Frontin.* Cultellare agrum eminentiorem, *i. planum facere.* Reſcindo ferro ſummum os vlceris, *Virgil. ἀποτέμνω, ἀποχαράζω τι.*

Zſadzam kogo/ *Depono aliquem de ſede, ex equo, vel ex aliquo loco in terram, κατατίθημι, ἀποτίθημι τινα ἀπὸ τοῦ ἵππου.*

Zſadzam kogo z-śiebie/ zrzucam. Auertere, depellere aliquem à ceruicibus noſtris. Deijcio ſeruile iugum à ceruicibus. *Cicer.* Exuo iugum: exuo me iugo. *Liui.* Obuerto cornua alicui, *Plaut. ἐκτραχηλίζω, ἀποσείω, ἀποσκευάζομαι τὸ ζυγόν.*

Zśiada śię mleko/ máść *&c.* Coagulatur lac, *ex Plin. qui actiuo vtitur.* Spiſſatur lac igni, *Plin.* Glaciat vnguentum. Glaciatur lyncum humor, & areſcit in gemmas. *Plin.* Coit ſanguis, *Virgil.* Denſetur, *Plin.* Denſeri lac menta non patitur. *Vtitur verbo* denſeo *etiam Lucret. Virgil. & alij.* In denſitatem coit, *materia bituminis.* Coit lac, *Plin.* Concreſcit bitumen, lutum. *Lucret.* Congelatus ſal, *Vitruu.* Cogitur lac coagulo hœdi aut agni: conducitur lac flore agreſtis cardui. *Colum. τυροῦται, τυροῦται, συμπήσσεται, συμπήγνυται, ἐπιθρομβοῦται, ἐσφίγγεται: θρομβοῦται αἷμα, ὁ θρομβόομαι. Concreſcit ſanguis, ὁ εὔπηκτος,* qui celerioris coaguli eſt, facilis ad coeundum. *Gell.* Zśiadáiący śię rychło.

Zśiadam z-koniá/ z-wozá. Deſilio ex equo, *Liui.* Deſilio ab equo, *Virgil.* Deſilio ad pedes, *Cæſ.* Deſilio de rheda, *Cicer.* Deſcendere ex equo, *Cicer. Liui.* Deſcendo equo, *Liui. καταβαίνω, καταπηδάω ἀπὸ τοῦ ἵππου.* Zſtáknie *ſonant aliqua exempla, ſed Poloni ſic non loquuntur.*

Zśiadánie oliwy/ mleká *&c.* Coagulatio, *Plini. ἡ τύρωσις: ἡ πῆξις.* Coagulum olei, *Gell.* Num ca oleo celerioris coaguli in leuitate eſt? *ἡ θρόμβωσις Concretio in grumos ſanguinis, lactis &c.*

Zśiadłe mleko/ Schiſtum, *Plin.* Coactum lac, *Ouid.* Coagulatum, *Plin. ἐσφιγμένον γάλα: πεπηγὸς γάλα, τετυρωμένον: πηκτὸν γάλα: & πηκτή, πηκτὴ abſolutè. ἐμπεπηγμένον γάλα. Incoactum lac, Apulei. i. coactum. Colum. dura vox.* Spiſſatum lac, *ex Plin.*

Zśiadło czynię/ Coagulo, *Plin.* Xylobalſamum lac coagulat. Cogo lac in duritiem. Contraho lac. *Plin.* Congelo, *Colum.* Nucleos lacti permiſcent, atque ita congelant. *τυρόω, τυρέω, πηγνύω, πήγνυμι, πήσσω: & πηκτικός, Coagulandi vim habens. συμπηγνύω, ἐμπηκάζω. θρομβόω, ἐπιθρομβόω, in grumos cogo. ἄπηκτος, ἀπαγής, ἀσύγκρατος. non coagulatus.* Plura ha*bes in Paſsiuo* Zśiada śię.

Zśiekam co / Consecare minutatim aliquid, *Varr.* Conseco in tenues membranas, *Plin.* Consecuisse membra fratris, *Ouid.* Contruncare, *Plaut. transtulit ad cibum.* διαμελίζω, συντέμνω, κατακναίω, κατακνίζω, συγκόπτω, μιστύλλω τι. Contrucidato corpore, *Cicer.*

Zśiekánie / ἡ συγκοπή, ἡ συντομία, ὁ διαμελισμός. Concisio *proprie, transtulit Cicer. Concisio verborum.* **Drobienie** / **rozdźielenie.**

Zskakánie // **zskakiwánie.** Desultura, *æ. Plaut. oppositum insultura.* ἡ καταπήδησις, ἀποπήδησις.

Zskakuię / Desilio ex alto, *Ouid.* Desilio de nauibus, *Cæs.* Desilire lecto, *Horat.* Dum à templo desilijt, talum intorsit. *Plin. iun.* ἐξάλλομαι, ἀφάλλομαι, καθάλλομαι, καταθορεῖν, καταθρώσκω, ἀποπηδάω τοῦ ἅρματος: καταπηδάω ἀπὸ τοῦ.

Zstáie mi czásu / **śiły.** v. **Dostáie mi.**

Zstáie mię ná co / v. **Zdolam.**

Zstánie tu / v. **Nie zstánie.**

Zstárzáły / v. **Zgrzybiáły.**

Zstárzeć śię / v. **Zgrzybieć.**

Zstárzeć śię ná czym / Insenescere negotijs, *Tacit. Quintil.* Insenescere chartis, *Horat. Simile illud Cicer.* Mærore & lacrymis consenescere. ἐγγηρᾶν, ἐγγηράσκω τῷ.

Zstáwiam co / *Carent Latini proprio. Commune accipe: Depono aliquid. quod reddimus nostra:* **Skłádam** / *vel* **Złádam** / **zsadzam** / **zstáwiam.** κατατίθημί τι.

Zstatéczniec / Seueros & pudicos mores induere, *Plinius.* τὰ ἤθη καλοκάγαθος ἐγενήθη: σεμνότητος εἶναι ἤρξατο: τὴν τῶν τρόπων καλοκαγαθίαν ἐνέδυσε.

Zstepowánie ná dół / **zchodzenie.** Descensus speluncæ, *Plin.* Descensus Auerni, *Virgil.* **Zstapienie do piekłá.** Descensio balnearum, *Plin.* ἡ κάθοδος, ἡ κατάβασις, ὁ καταβασμός. ¶ ὁ καταβάτης, *u. qui descendit. Descensor non est vsitatum.*

Zstepowánie z-drogi / ἡ ἐκτροπή, παρατροπή, ἔκκλισις. Declinatio, *Cicer.* Diuerticulum, *Iuuenal.*

Zstepuię ná dół / Descendo de castello: ad nauiculas: in locum aliquem: obuiam alicui: gradibus. *Cicer.* Descensionem facio in continentem, *Liu.* Demeare suis pedibus ad Tartarum, *Apulei.* Degredi ad pedes, *Liui.* Degresso ad pedes equiti parem esse. καταβαίνω, κάτειμι, καταστείχω, καταφοιτάω, κατέρχομαι εἰς τὴν χώραν.

Zstepuię z-drogi / Deflecto ex itinere, *Plin. iun.* Diuerto via, *Plin.* Deflectere ad visendum Apin, *Sueton.* Deflectere se de curriculo, *Cicer.* Declinaui me paululùm extra viam, *Plaut.* Declino de via dextram, *Cicer.* Decedo itinere, *Plin. iun.* Decedere de via alicui, *Plaut.* ἐκτρέπω, ομαι. παρατρέπομαι τῆς ὁδοῦ: ἐκτρέπομαι ἰτέαν: ἔξω τῆς ὁδοῦ ἵσταμαι: ἐκκλίνω ἀπὸ τοῦ εἰς τόν.

Zstepuię śię sukno / Contrahitur pannus madefactus. *vt apud Ciceronem:* Stomachi partes superiores contrahuntur. (συσπᾶται). *Plin. etiam habet:* Coit in densitatem, *etiamsi de alia re loquatur.* (συμπυκνοῦται), συμπιλοῦται.

Zsycha śię mur / **ściáná.** Siccescendo se contrahit paries vel murus, *Vitruu.* Præduratur terra aliqua vltra modum, *Colum. Prædura legit Commelin.* Præduratum vas, *Plin.* ὑπὸ ξηρότητος χαίνει διαρρήγνυται: *vel* ῥαγάς, κεχηνὸς γίνεται: ξηραίνει τὸ σκεῦος ὥστε διαλύεσθαι τὴν συνάφειαν αὐτοῦ. **Rozsycha śię.**

Zszywam co / Consuo aliquid, *Plautus transtulit alio.* Committo suturis ora *vulneris, Cels.* Resarcio vestem, *ex Terent.* Consarcinare, *Ammian.* Indumentis ex pellibus murium consarcinatis vtuntur. ἀναρράπτω, συρράπτω τι.

Zszywánie / v. **Szycie.**

Ztowarzyszam / v. *in* **S.**

Ztwárdziáły / Obsolidatus, *Vitruu.* Obsolidatum tectorium. ὁ στερεωθείς, σκληρωθείς, ἐστομωθείς, ἔντονος. Qui obduruit. Obduratus. *ex Cicer.*

Z-ubożeć / v. **Podupadam.**

Z-ubożyć kogo / Depauperare aliquem, *Varr.* Mendicitatem alicui offerre: detrudere ad mendicitatem. *Plaut.* Redigere ad inopiam, *Terent.* Affero alicui egestatem, *Cicer.* Ad incitas redigere aliquem, *Plaut.* Pauperaui illum sumptu meo, *Varr. Titin.* καταπτωχεύω, πτωχίζω τινά: εἰς ἐσχάτην πενίαν τινά καθίστημι, περιίστημι, καταβάλλω.

Zubr / Bison, *ontis. Cæs. Martial. Senec. Hippol. Plin. Cromer.* ὁ βίσων, *Pausan. Oppian.* βίσων, ωνος. *Dion.* τὸν βόνασον *Aristotelis, Æliani, & Bonasum Plinij, eundem putat esse Gesner. & descriptio eius à Bisontis descriptione quam habet Cromer. non discrepat.* ὁ βόνασος, βόνασσος, *&* βόλινθος, *&* μόνωπος *Aristotel. Plini. l. 8. c. 15. ait:* Tradunt in Polonia *(vt legit Muret. Variarum. l. 14. c. 4. si mendum abest, nam alij apud Plinium legunt in Paeonia, & in Græcis libris Aristotelis est* παιονία.) feram quæ Bonasus vocatur equina iuba, cætera tauro similem, cornibus ita in se inflexis, vt non sint vtilia pugnæ: quapropter fugâ sibi auxiliari, reddentem in ea fimum interdum trium iugerum longitudine, cuius contactus sequentes vt ignis aliquis amburat. *emendat Muret. pro trium iugerum, ponens quatuor orgyiarum, ad mentem Aristotelis, i. 4 passuum. & sic etiam Gaza, Dalecamp.* μόνωψ *apud Ælianum eadem vel similis fera in Pæonia. Caro eius gustus gratissima, Aristotel. Bisonti vnum cornu ramosum Cæsar & Ælianus tribuit, quod nostratibus non quadrat qui bicornes sunt. Pausanias item in Phocicis describit eorum venationem, sed quòd addit eos nil aliud comedere præter nuces pineas, de nostris bisontibus falsum est. Vrum vocat Gelenius non rectè,* v. **Tur.**

Zubrzyná / Caro bisontis. τὰ τοῦ βίσωνος κρέα.

Zucham / **żuchle.** μαστώω, μαστιχίζω, βραδέως μασάομαι. *i. Mando lentè vt ruminantia solent.* ¶ *Columel.* Lentissimè mandit asinus. v. **Przeżuwam.**

Zuchwá / v. **Czeluść 1.**

Zuchwále / Proteruè loqui ad herum, *Plaut. Proteruiter, Enni.* Contumaciter spernere imperia validiorum, *Columel.* Procaciter, *Liui.* Procaciùs stipendium flagitatum, quàm ex more & modestia militari erat. Turbulenter facere aliquid. Ferociter dicta. Contumaciter ad aliquem scribere. Pugnis & calcibus vti. *Cicer.* Audacter, *Cicer.* Quamuis audacter, quamuis impudenter: Multa sceleratè, multa audaciter, multa improbè fecisti, *Sic Priscian. Lambin. Gotfred. Manut.* Confidenter, *Acci.* Excludat vxor tam confidenter virum! προπετῶς, ἀναλγῶς, θρασέως, ὑπεροπτικῶς, ἰταμῶς, ἀκολάστως, αὐθαδῶς, θρασυσπλάγχνως. *Vicin.* **Pyszno** / **Vpornie** / **Rospustnie.**

Zuchwálić śię ná kogo / Inuasit eum libido me exagitandi, incessendi. *Sic Salust.* Tanta libido eundi cum Mario plerosq; inuaserat. *& Plaut.* Libido est illi malè loqui. *Item rectè dices:* Obfirmauit me insectari: obfirmatè me exagitat. πρὸς τὸ ἐπηρεάζειν καὶ διασύρειν με προπετής ἐστι: ἐμμελετικῶς ἐνοχλεῖ με: ἐν τῷ καταιτιᾶν με ἐμμελετικός ἐστι.

Zuchwálstwo / Audacia, *Cicer.* Audaciæ potiùs nomen habet, quàm fortitudinis. Importunitas. *Cicer.* Vir incredibili importunitate & audacia. *Audacia inquit*

Nonius conſuetudine temeritas dicitur. Petulantia, *Cicer.* Hominis furorem & petulantiam fregi. Petulantia morbi, *tr. Gelli.* vpór / zuchwálſtwo choroby. *tr.* Contumacia reſponſi: potentiſſimorum hominum contumaciam ferre. *Cicer.* Proteruia, *Lucret.* Proteruitas, *Cicer.* Procacitas lepida, *Martial.* Ferocia iuuenum: gladiatoris ferociam compreſſi. Ferocitatem alicuius comprimere, audaciam frangere. Temeritas furioſa Cethegi. *Cicer.* Confidentia ingens, *Terent. Donatus.* Reprimas confidentiam, *Acci.* Cornua, *tr. Horat. Ouid.* ἡ αὐθάδεια, προπέτεια, θρασύτης: ἡ τόλμα ἀλόγιστος: ἡ ἰταμότης, ἀπαλγησία: τὸ θράσος, εος. τὸ ἰταμόν. vide Roſpuſtá / Vpór.

Zuchwáły / Petulans & audax homo. Temerarius & audax. Audax & proteruus. Præfidens. *Cic.* Audax animis iuuentus, *Stati.* ∤ *Audax animi, Claudian.* Audax viribus, *Virgil.* ∤ *Audax omnia perpeti, Horat.* Contumax bos, *Colum.* Contumax homo, *Cicer. Martial.* Contumax amomum fricanti, *tr. Plin.* twárde / zuchwáłe. *tr.* Confidens homo, *Terent. Phormi. i. improbus, audax, temerarius. Donat.* Homo durus, confidens, tumidus, amari ſermonis. *Horat.* Homo nequam atq; confidens. Proteruum edictum. *Cicer.* Ferox, *Terent.* Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas? *Cicer.* Nimium ferox natura homo: ferociorem & impotentiorem reddit victoria. Procax verna. *Horat. Lambin.* Procaciſſimis inter ſeruos lixarum ingenijs, *Tacit.* Retrectans iuuencus, *Colum.* Præferocis animi homo, *Liui.* *Ferox mentis, Ouid. Ferox animi, Tacit.* Animo ferocior, *Plaut.* ὁ θρασύς, έος. ἰταμός. ὁ, ἡ προπετής, ἀπαλγής, αὐθάδης, εος. ὁ, ἡ ἀκόλαστος, ἐθελοκίνδυνος: ὁ ἀπονενοημένος. ∤ αὐθαδιάζομαι. *Contumax ſum. Contumaciter me gero.* Zuchwáły ieſtem. *Vicin.* Pyſzny / Roſpuſtny / Vporny.

Z-uczam kogo / v. Przyuczam / Nákładam / Z-uczam ſie / *ibidem.*

Zuſká / v. Polewká 2.

Żuie / Mando cibum, *Lucret.* Dentibus manditur, extenuatur, & mollitur cibus. Manſito, *as. Plaut.* Conficio cibum, *Liu.* Dentes conficiunt eſcas, *Cicer.* Manduco, *Varro.* Manducato pane farcire pullos columbæ. Żwánem / *ne reddas* ziédzionem. *Maſtico, apud SS. Scriptores pro mando, rumino. Commando, Prouerb. 30.* καταβρύκω. Commanduco aliquid, *Valer. Max.* μασάομαι, μαστάομαι, μαστίζω, διαμασάομαι τὸ βρῶμα. vide Przeżuwam.

Zuławá / *Sulana vel Zulana vulgò Cromero. regio Pruſsiæ duobus alueis Viſtulæ ſupra Marieburgum diuiſæ incluſa.*

Zupá / τὸ ἁλατουργεῖον, *Salis fodina.* [τὸ ἁλατουργεῖον, *ſalis officina.* ∤ τὸ τῶν ἁλάτων ἐμπορεῖον. [τὸ ἁλατοπωλεῖον, *emporium, forum ſalinarium.* ∤ τῶν ἁλάτων ἐξορυχθέντων ἀποθήκη. *ſalis effoſsi repoſitorium, cella.*

Zupan / Tunica talaris, *Cicer.* Toga virilis, *apud Romanos.* [ἡ ζῦπα, *Achmes. veſtis longior cæteris aut quæcunq; tandem.* [ζυπανός, *Niceta.* ὁ ζυπάνος Σκλαβινῶν ἔνδυμα, *apud Conſtantinum de adminiſtratione Imperij, i. Zupanus Sclauinum veſtimentum. Barbar.*

Zupełnie / Plenè perfectum: plenè ſapiens. Planè perfectæ res: explicare planè conſilium. Penitus noſco, cognoſco: res penitus perſpectæ. *Cic.* Ex toto integer, *Celſ.* Solidum ſoluere, *Cicer.* Ad plenum calcare aliquid, *Virgil.* Ad plenum noſſe, *Veget.* Ex aſſe poſsidere, *Vlpian.* In aſſem impendium reddere, *Plin. iun.* Ex aſſe heres, *Martial.* Ex aſſe debere: in aſſem ſatisfacere, *IC. Schard. Nam pleraq; omnia Romani diuidebant in 12 partes æquales, & hæc aſſem vocabant, 12 vncias continentem.* In ſolidum, *Vlpian.* Sartè, *Feſt. Sipontin.* In totum, *Colu.* Integrè *huius loci eſt, ſed Cicer. translatè vtitur. & Plaut.* Sarta tecta habui præcepta tua pater. ἀρτίως, ὁλοτελῶς, τελείως, ἐντελῶς, παντελῶς, εἰς τὸ παντελές, διαπάντος, διαπανὲς, δι' ἅπαντος. Cum tota ærugine reddere follem, *Iuuenal.*

Zupełnego kto rozumu / v. Przy ſobie.

Zupełny / Integer, *Cic.* Integra exiſtimatio: templum omni opere integrum. Perintegra caſtitas, *Gell.* Plenus annus: plena ſententia. Expletum omnibus ſuis partibus, & numeris: expleta & perfecta forma honeſtatis. *Cicer.* Solidus dies, *Horat.* Solidum corpus & ſucci plenum, *Terent.* Solidis inane permiſtum, *Senec.* Toto organo inſtructa vox, *Quintilian.* Pełny głos / przeſtworny. Terminata oratio. Sartum tectum integrumq; opus. *Cicer.* Perpetuus, *Plaut.* Perpetuos decem annos elephantum grauidam eſſe. ὁ ἐντέλεος. ὁ, ἡ συμπληρής, έος. ὁλοτελής, έος. ὁ ὁλόκληρος. ὁ, ἡ παντελής, έος. Iuſtus, *Quintilian.* Iuſta acie confligere. Completus verborum ambitus, *Cicer.* Completa legio, *Silius.*

Żupnik / *Salinarum Præfectus, ſeu vectigal ex annona ſalaria exigens. Salinator etiam dici poteſt. nam ita teſte Liuio dictus erat M. Liuius à cura ſalis. & Cromer. ita eum vocat rectè. & apud Arnobium* Salinator *eſt appellatiuum.* [*Zupparius, Barbar. Herbort. ſicut & Zuppa.* ὁ τῶν ἁλυκίδων ἐπιστάτης.

Zur / *Farina aqua & fermento ſubacta.* ὁ ζωμὸς ἀλφίτων, ἡ πίστη.

Żuty / żwány. Manſus cibus, *Cicer. Quintilian.* ὁ μασηθεὶς σῖτος. ∤ τὸ μάσημα, διαμάσημα, μάσημα. *quod manſum eſt.*

Zużel rozmáita / Scoria æris, argenti, plumbi. Scoria eſt in omni metallo ſpurcitia. *Plin.* Recrementum plumbi, *Cæſar.* ἡ σκωρία, ἡ κιβδηλίς, ίδος. ἡ κιβδηλία. Helcyſma. Scoria argenti. *Plin.* τὸ ἕλκυσμα.

Zużelowáty / nie wyczyſzczony. (kruſzec.) ὁ, ἡ κίβδηλος. *à ſcoria malè purgatus. Scoria mixtus.* τὸ κιβδήλευμα, *id cui ſcoria admiſta eſt.*

Zwádá / Lis, *itis. f. Virgil.* Componere lites. Litigium. *Plaut.* ἡ ἔρις, ιδος. τὸ ἔρισμα, τὸ νεῖκος.

Zwádliwy / Litigioſus dominus, *Horat.* Litigioſus homo. Concitus ad rixam. *Cicer.* Litium cupidus & rixarum, *Horat.* Pugnax, *Plin.* Pugnaces perdices. Rixoſus gallus. *Colu.* ὁ, ἡ δύσερις, ιδος. & φίλερις, ιδος. *amans litium.* ὁ ἐριστικός. ὁ, ἡ φιλόνεικος.

Zwadzam drugich / v. Wádzę.

Zwadzam ſie / v. Wádzę ſie.

Zwadcá / zwadzcá / zwaycá. Sator litis, *Liui. Budæus* ὁ συμβαλλόμενος. *Cyrill. qui alios inter ſe committit.* ὁ ἐριστής, οῦ. Litigator, *Quintilian.* v. Buntownik.

Zwalam co / Deuoluo, *Liu.* Iumenta cum oneribus ruinæ modo deuoluunt. *Plini.* Deuolutus ex ſublimi. Prouoluo ſubter iugum ſaxa. Infeſto pondere ſaxa voluo. *Virgil.* Proturbo hoſtes in præceps, *Liui.* Detrudere naues ſcopulo, *Virgil.* ἀποκυλινδέω, ῶ. ἀποκρημνίζω, κατακυλίνδω, κατακυλίω, καταβάλλω τινὰ ἀπὸ τοῦ: ἀπωθέω τινὰ κάτω. Demoueo aliquid, *Cic.* Commolior, *Lucret.*

Zwalam co ná kogo / *tr.* Auerto culpam in aliquem, *Liu.* Deriuo crimen in aliquem, *Cicer.* Inclino culpam in collegam, *Liu.* Vertere culpam ab alio in alium: vertere periculum in aliquem. *Liu.* Demoliri culpam à ſe, *Plaut.* Verto in aliquem inuidiam, *Quintil.* Communem cu-

nem culpam in aliquem regerere, *Plin. iun.* Regero in aliquem inuidiam, *Quintilian.* Regero crimen alicui, *Senec. Hippol.* *ἐπικυλινδέω, ἐπικυλίνδω, tr. αἰτιάομαί τινα ἐν τῷ vel τοῦ: τρέπω αἰτίαν, ἀνατίθημι τὴν αἰτίαν εἴς τινα: περιτρέπω ἐπί τινι τὸ ἁμάρτημα: ἐπιφέρω, εἰσφέρω, ἐπάγω, ἀνατίθημί τινι τὴν αἰτίαν: τῶν πεπραγμένων σε λέγω μοι αἰτιώτερον.* Expeto culpam meam in aliquem, *Plaut.* Traijcio in aliquem culpam, *Cicer.*

Zwalam / *aliter. idem* **Zézwalam.**

Zwalczyć kogo / Debellare aliquem, *Liu. Plin. At* Debellare *abſolutè, apud Liui. eſt finire bellum.* Subigere bello aliquem, *Lucret. Liu.* Expugnare oppida. *Plaut.* Expugnare reges, *Lucret.* *ἐκπολεμέω, καταπολεμέω, καταμάχομαι, καταγωνίζομαί τινα.* v. **Porażam / Zwyćiężam.**

Zwánie / **żućie.** Confectio eſcarum à lingua adiuuari videtur, *Cicer.* *ἡ μάσησις, μάσσησις, διαμάσησις τινός. Munitio priſcum eſt, morſificatio ciborum. Feſt. Scalig. Gotfred. aliter mortificatio, mollificatio, & molitio pro munitione. Gotfred. Eodem ſenſu Verbum Munito, as. legit Durantius apud Apuleium & Gelli. pro comedo vel commeor. At ὁ μασητής, μασητήρ, ἦρος. Manſorius, Gerraus de muſculis.* **żwániu ſłużący.** Subactio ciborum dentibus, *Arnob.*

Zwárzyć żelázo / *Ferrum fractum, vel ferramenta duo pluráue igne coadunare. τὸ σιδήριον τῷ πυρὶ συγκολλάω: τὰ σιδήρια ἐκπυρώσας vel πεπυρωμένα συντήκω, συνάπτω.*

Zwarłam / v. **Oſłábiam.**

Zwarłeć / v. **Oſłábieć.**

Zwarłenie / Debilitatio, *Cicer. tr. ad animum: τὸ ἀδυνάτημα, ἀῤῥώστημα. At ἡ θρύψις, eneruatio per delicias.*

Zwarłony / Quaſſatus, *Lucret.* Quaſſatum vas. Quaſſata claſſis. *Virgil.* Quaſſata dolia. *Plin.* Quaſſata membra. *Ouid.* *ὁ καταπεπονημένος, παραλελυμένος, συντεταραγμένος, παραλελυμένος.* v. **Słáby.**

Zwarpić / v. **Nádźiéie ſtráćić / Sérce tráce.**

Zwarpienie o czym / Deſperatio victoriæ, vitæ, rerum omnium deſperatio recuperandi. *Cicer.* *ἡ ἀπελπισία, τὸ ἀπέλπισμα, ὁ ἀπελπισμός.*

Zwarpiony / Deſperatus ab omnibus & ſeipſo, *Cicer.* Exſpes, *Horat. Ouid. Tacit. Monoptotum ait eſſe Verrepau.* Depoſitus, *Virgil.* Depoſiti parentis, *i. deſperati. Serui.* Depoſita vrbs, *Stati.* Conclamatum eſt, *Terent.* Res conclamata & perdita, *Ammian.* Actum & conclamatum eſt, ni &c. *Ammian.* *ὁ ἀπέλπιστος, ἀπεγνωσμένος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν: ἀπελπισθεὶς ὁ νοσῶν.*

Zwáwy / **zebáty.** *tr.* Canina facundia exercitus, *Saluſt.* Litigioſus defenſor. Loquaciter litigioſus *Cic.* Dicax. *Cicer. Quintil. ὁ, ἡ γλωσσαλγής. Linguatus, Eccleſiaſtic. 8. ὁ θρασύγλωττος, θρασύστομος, audax ore. & θρασυστομέω, audaciter loquor. ὁ λαβρόστομος, procax ore. λαβροστομέω procaciter loquor. ὁ, ἡ φιλοσκώμων, ονος. ὁ, ἡ φιλοσκώμμων, ονος. iocoſè dicax.* v. **Prokurácyia.**

Zwaycá / v. **Zwadcá.**

Zweſzyć / v. **Spocháć.**

Zweżam czégo / Anguſto fauces maris, *Lucan.* Terra anguſtata, *Cicer.* Anguſtati putei, *Plini.* Coanguſto fiſtulam, *Celſ.* Introrſus agere maria, *Senec.* *στενοχωρέω, στενόω, στενοποιέω τι: στενὸν ποιῶ.* v. **Wyćieniſzam.**

Zweżenie / v. **Wyćieniſzenie.**

Zwiáſtowáć / **zwiáſtowánie.** *idem* **Obwieśćić / Obwieſzczenie.**

Zwiáſtowánie Pánny Máryey / *ὁ εὐαγγελισμός. in Canonibus SS. i. dies læti nuntij. vulgò* Annuntiatio. Nuntius Mariæ cælitùs adueniens, allatus. *Χαιρετισμός, Charetiſmus. qui dies feſtus apud Græcos inter δεσποτικὰς ἑορτὰς numeratur.*

Związánie / **powiązánie.** Coniugatio capitum *(in vitibus.)* Colligatio cauſarum, ſocietatis. *tr. Cic.* Vinctio, *Arnob.* In perpetua vinctione contineri. Nexus, *us. Ouidius.* Recuruo nexu ſerpunt hederæ. *ὁ συνειρμός, σύνδεσμος: ἡ σύνδεσις, κατάδεσις, συνάρτησις.*

Związány / Laqueatus, *Columel.* Laqueatum corpus iumenti. **Skrépowány.** *ὁ ἀρτηθείς, ὁ δετός, σύνδετος. Ligatus, religatus.* Deſtinatus, *Sidon.* Captus deſtinatusq; peruenit Romam. Catenati labores. *Martial.* **Spięte łáńcuchámi.** Conſtrictus, *Cicer.*

Związék / **zwiąſłá** / **to czym zwiezuią.** Vinculum, *Colum.* Geniſtæ idonea præbent vincula. Iuncea vincula. *Ouid.* Vincula ſtupea, *Virgil.* Vinculum tenaciſſimum ad connectendas amicitias, morum ſimilitudo. *Plin. iun.* Vinculum amoris, iudiciorum. *Cic.* Vinculum legum, *Quintilian.* Vinctus, *us.* Ceſtus, *ſti. Varr.* Vindemia pendeat in palmam funiculo aut vinctu, quod antiqui ceſtum vocabant. Ligamen vitium. *Colum.* Nexus, *us. Claudian.* Soluere nexus. Copula. *Horat.* Quos irrupta tenet copula. Laqueus. *Firmic.* Laquei miſeriarum inexplicabiles. Torus quo vitis arbori alligatur, *Columel. l. 5. c. 6.* Nodus, *Cicer.* Omnia duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt, & quaſi nodum vinculumq; deſiderant. *Idem.* Nodus amicitiæ, *tr.* *τὸ δέσμα, ὁ δεσμός, κατάδεσμος, τὸ σύναμμα ἢ ζευκτηρία, ὁ σύνδεσμος, ἔνδεσμος, τὸ ἔνδεσμα.*

Zwiedło czynię / *μαραίνω, καταμαραίνω. Marcentem reddo. Marcere facio.*

Zwiedły / Vietus, *Colum.* Ficus vieta legi non debet. Vietum malum. *Varr.* Exſuccus, *Senec. de corpore.* Marcens, *Plin.* Vrtica marina marcenti ſimilis iactari ſe paſſa fluctu algæ vice. *ὁ μαρανθείς.*

Zwiedniénie / **vwiedniénie.** *ὁ μαρασμός, ἡ ἀπομάρανσις. Amiſsio vigoris.*

Zwiedźić / **z-iéździć** / **pokreśić świát** / **kráie &c.** Peragrare vltimas terras, regionem, latebras. *Cic.* Perambulare omnia cubilia, *Catullus.* **Schodźić.** Peruagari orbem terrarum, *Liu.* Pererrare terras, *Ouid.* Pererratis finibus, à pererro. *Virg.* Percognoſco, *Plin.* Germania non nota percognita eſt. **Zieżdżona** / **zwiédzona,** *(non reddas,* **poznána** *)* Conuiſere omnia loca oculis, *Lucret.* **Zwiédźić** / **obéyrzeć.** Perarare pontum, *Senec. Medea.* Concurſo, *Cic.* Obire & concurſare prouinciam. Luſtro. *Cicer.* Ægyptum luſtrauit. Luſtrare æquora. *Virgil.* *ἱστορέω τὰς χώρας, πόλεις. luſtro, peragro regiones, vrbes. καθ' ἱστορίαν ἰέναι. Viſendi gratia ire.* vide **Schodźić.**

Zwieram co / **zbiiam gośdźmi** / **vymuię.** Cuneo, *as. Senec.* Lapis latera fornicis cuneat. Figo aliquid clauis, *Plin.* Compaginare pontes, *Ammian.* *γομφόω, ἡλόω, καθηλόω, συμπηγνύω τι.* Clauo trabali figo, *ex Horatio.* Deſuo cupam imbricibus ferreis, *Cato. propr.* **zſzywam** *ſonat deſuo. ſed hic* **Zwieráią** / **ſtwierdzam** / **zdeymuię.** Configere tabulas inter ſe, *Cato.* v. **Spinam.**

Zwieram koniá oſtrogámi / **bodę.** Adhibeo calcaria. Admouere calcar. *Cicer.* Concitare equum calcaribus, *Liu.* Auferre calcaribus equum. Ferrata calce cruentat cornipedem. *Sil.* Subdere calcar equo, *Ouid.* Calcari agitare quadrupedem, *Plaut.* *τῷ ἐγκεντρίδι κατακεντέω ἵππον: μυωπίζω ἵππον, ἐπελαύνω. Calce tundo, ſtimulo.*

Zwierćiádło / Speculum, *Plaut. Cicer.* Inſpicere in ſpeculum, *Terent.* Specula vda ex ære, argento, ſuda in fluuio. *Meurſ. ex Apulei. Hinc* Glacies æris: æquor ſeu planities ſpeculi. *Lucret. idem eſt.* De ſpeculis vno ea inſpiciente populum reddentibus, *Senec. 1. natur. qq. & Plin. l. 33. c. 9.* τὸ κάτοπτρον, ἔσοπτρον, ἔνοπτρον, ἔνοπτρον. [ὁ ἀντικλάσειον, *Baſilio.*

Zwierćiádłowy kámien / Hephæſtites, *æ. m. Plin. Lapis rutilus qui ſpeculi vice reddit imagines. idem feruentem aquam refrigerat: in ſole aridam materiam accendit. Plin.* ὁ ἡφαιστίτης λίθος *quaſi Vulcania gemma. nam* ἥφαιστος *eſt Vulcanus.* Cepionides gemmæ tranſlucidæ, cryſtallinæ, vitreæ, iaſpideæ, & vilioris coloris, imagines reddunt ceu ſpecula. *Plin.* Cepites. *æ. m. ſeu* Cepocapites gemma candida imagines regerit. *Plin.* ὁ κηπίτης, ου. *ab horto, aut à cepis. Dalecamp.*

Zwierćieć co w-dónicy / v. Wierćę w-dónicy.

Zwierćieć co / i. powierćieć / v. Wierćę świdrem.

Zwierćieć trámy / dyle. *Configere clauis ligneis.* Συμπηγνύω τοῖς γόμφοις ξυλίνοις.

Zwierz / zwierz dźiki. Fera, *Cicer.* Feræ rationis & orationis expertes: feris corpus obijcere. ὁ θὴρ, ηρός. τὸ θηρίον, τὰ ἄγρια *abſol. vel ſubaudi* ζῶα. Zwierz ſrogi / wielki. Belua immanis, fera, tetra, vaſta. *Cic.* Zwierz ſprośny. Beſtia, *Cicer.* Beſtia immanis, monſtroſiſſima. Beſtias accipimus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. *Vlpian.*

Zwierzątko / Beſtiola, *Plin. Varr. Cicer.* τὸ ζώδιον, ζωδάριον, ζωΰφιον. [*Animalculum, Eraſm.*

Zwierząt ábo zwierzów pełny / Belluoſus Oceanus, *Horat.* ὁ, ἡ θηριώδης, ους. ὁ ἔνθηρος, θηριοτρόφος, θηριονόμος.

Zwierzam śie komu czégo / Concredere aliquid taciturnitati alicuius. Conſcium facio aliquem rei alicuius. *Plaut.* Non fraudare aliquem arte ſecreta, *Petron.* Aſſumo, adſciſco aliquem in conſcientiam facinoris. *Tacit.* Mando aliquid fidei alicuius, *Plaut.* Communico aliquid cum aliquo, *Cic.* Sumo aliquem in conſcientiam facti, *Tacit.* Credere animum ſuum alicui: conſilia ſua. *Terent.* In tua fide & religione aliquid depono, *Cic.* Depone tutis auribus, *Horat.* ἀνατίθημί σοι τοῦτο, ἀνατίθεμαι: πιστεύω τινὶ χρήματα, ἀπορρήτους, σφραγῖδας: διαπιστεύω, καταπιστεύω σοι τοῦτο: παρακατατίθημι τῷ τινί. Curarum arcana mearum expromo, *Lucan.* Mentiſq; meæ quò pondera vergant, *P, Idem.* v. Powierzam śie.

Zwierzchni / Supernus, *Plin.* Superna abies. Superni dentes. Superni crines. *Stati.* Supernus, *Plaut.* Superum limen. Supera domus. *Ouid.* Res ſuperæ: ſupera omnia. *Cicer.* ὁ ὕπερ, ὁ ὑπέρτερος, ὁ ἄνω, ὁ ἀνώτερος, ἀνωτερικός.

Zwierzchni / *aliter.* v. Powierzchni.

Zwierzchność / Imperium; *Liui.* Imperium in aliquem accipere. *Officium, Donat. Cum officio mittuntur prætores in Prouinciam.* ἡ ἀρχὴ, ἡ προστασία, πρόστασις, ἐπιστασία.

Zwierzchność / rząd dáie komu nád czym. Præficio aliquem cuſtodem, curatorem, ducem: bello Imperatorem. Præficio aliquem Reipub. negotio, pecori, regioni. Præpono bello callidum Imperatorem. Præpono aliquem alicui muneri, negotio. Præſto aliquem alicui negotio. *Cicer.* τάττω, προστάττω σε ἐπί τι: προΐστημι ἕνα τοῦ, ἐπιστάτην σε ποιῶ τοῦ. Præfulcio aliquem negotijs, *Plaut.*

Zwierzchność mam nád czym / Przełożony ieſtem. Præſideo vrbi, iudicio, imperio, orbi terrarum. τέταγμαι ἐπὶ τοῦ. Præſum imperio Reipub. ſacris, claſſi, prouinciæ. *Cicer.* ὑπάρχω, κατάρχω, προΐσταμαι, ἐφίσταμαι τοῦ: ἐπιστατέω τοῦ *vel* τό. Cum poteſtate eſſe, cum imperio eſſe. *i. à populo præfici. Feſt.*

Zwierzchności zážyć / dobyć. Inhibere imperium, *Liui. interpret. Buda.* Imperij vim diſtrinxit quantam maximam legibus aut moribus potuit, *Buda.* περιέχω ἐμαυτὸν ἄρχοντος. *Præſto me Principem.* ἀρχικωτέρως πράττω. *More Principis me gero.* τὴν δύναμιν τῆς ἀρχῆς ἐγείρω, ζωπυρῶ. *Poteſtatem magiſtratus exſero.*

Zwierzona rzecz / Commiſſum, *Cicer.* Enuntiare commiſſa. τὰ καταπιστευθέντα, τὰ κατεπιστευθέντα.

Zwierzę wſzelákie / Animal, *n.* Animans, *n. & f.* Animantium genera quatuor, vnum diuinum atque cæleſte, *ſtellas &c. vocat.* alterum pennigerum & aëreum, aquatile tertium, terreſtre quartum. *Cicer.* Belua, *Cicer. beluas vocat etiam aquatilia.* Beſtia; *Ciceroni beſtiæ etiam aues & piſces.* τὸ ζῶον, κνώδαλον. *de animalibus, piſcibus, vermibus.* Natura animantûm, *i. animans.* Natura ferarum, ferri, mellis *&c. i. fera, mel &c. Lucret.*

Zwierzęcy / Animalis ſonus, *Cicer.* Animale corpus, genus. *Lucret.* Ferinus victus, *Cicer.* Ferinus vultus: ferina vox. *Ouid.* Ritus ferinus, *Apulei.* Belualis educatio, *Macrob.* Beluinus furor, *Sipontin. Ambroſ.* ὁ, ἡ θήρειος, θηριώδης, ους. ὁ ζωικός. ὁ, ἡ ζωώδης.

Zwierzyná / Caro ferina, *Saluſt.* Ferina, *abſol. Virgil.* Implentur pinguis ferinæ. τὰ θήρεια, *abſol. vel adde* κρέα.

Zwierzyniec / Theriotrophium, *Varr.* τὸ θηριοτροφεῖον, ζωγρεῖον. Leporaria *etiam Varr. vocat quæuis ſepta continentia quaſcunq; animantes, per Catachreſin ac Synecdochen.* Roborarium, *à tignis roboreis quibus ſepitur. Gelli.* Herbarium elephantum, *P. Victor.* Viuarium, *Colum.* ὁ παράδεισος, *Xenophont. Gellio.* [τὸ ζωοτροφεῖον, ὁ ζῶγρος.

Zwierzyniec niebieſki / Pás niebieſki. Zodiacus: Signifer orbis. *Cicer.* Solus hic circulus cæleſtis habet latitudinem quam Ecliptica linea obliquè ſecat, reliqui longitudine concipiuntur. *Macrob.* Signifer, *Plin.* Balteus & faſcia, *Manilio.* Limbus, *Varr.* ὁ ζωδιακὸς, ὁ λοξὸς *vel* ἐγκάρσιος κύκλος: ζωοφόρος κύκλος. Zophorus, *ex vi vocis idem ſonat Bernard. Bald.; ſed Vitruuio eſt pars ſupra epiſtylium, imagines & ſculpturas varias habens.*

Zwierzynny / Ferinus ſapor, *Plin.* Ferina caro, *Saluſt.* ὁ θήρειος, θηριακός. ὁ, ἡ θηριώδης, ους.

Zwieśieniec źiele ſtálne / *Cymbalaria, Vrſin. Siren.*

Zwieśinoſek źiele / v. Gránatek 1.

Zwieśinoſek wielki pachnący. Szałwia ś. Janá. [*Sclarea, Matriſylua, Matthiol.* [*Herba S. Ioannis, Officin. Siren.*

Zwieśiſty / v. Záwieśiſty / Obwiſty.

Zwieſzam co / v. Spuſzczam co z-góry.

Zwieſzá / ábo zwieśił pies ogon. Caudam remulcens ſubiecit pauitantem vtero ſiluaſque petiuit. *Virgil. de lupo. remulcere, i. reflectere. Turneb.* κατατείνω, *Ariſtotel.* φεύγουσι ἀνατείναντες τὴν κέρκον. ὑφίημι, ὑποκάμπτω, καταβάλλω τὴν οὐράν.

Zwietrzáłość / v. Wywietrzenie.

Zwietrzáły / v. Wywietrzáły.

Zwietrzyć śie / v. Zárażam śie.

Zwietrzyć co / v. Spędzáć co.

Zwięzuię co / Religare fiſſas taleas lineo funiculo, *Colum.* Deuincio aceruatim multa, vna complexione. Deuinctus faſcijs. *Cicer.* Deuinctus colla catenis, *Sili.* Conſtringo manus, *Plaut.* Conſtringere aliquem quadrupedem, *Terent.* Connecto rates, *Plin.* Connectitur aliquid cum aliquo, *Cicer.* Coërceo, *Ouid.* Vitta coercebat capil-

bat capillos. Adſtringo. *Cicer.* Fraus adſtringit non diſſoluit periurium. *Sic legit Lambin. pro deſtringit, diſtringit.* Vincio, *Cicer. Celſ. Virgil. vnde* Vinctor, *Arnob.* zwięzyćiel. Reſtringo duplici ne ſolui facilè queat. *Apulei.* Stringo, *Apulei.* Vinculum ad ſtringendum. Necto brachia. *Ouid.* Necto nodis aliquid, *Virgil.* Præuincti laqueo, *Gelli.* à Præuincio. πεδάω, δέω, ἀναδέω, συνδέω, συνδεσμεύω, συνδετέω, ἄρω, συνείρω. Deſtino, *Apulei. Sidon. Apere, eſt vinculo comprehendere. vnde aptum. Feſt. priſcum.* v. Wiążę.

Zwijam ſznurek/ powróz/ nići. Complico rudentem, *Plaut.* Conuoluo, *Plin.* Herbam attractis funiculis conuolui. Euoluo fuſos. *Ouid.* Glomerare lanam in orbes, *Idem.* Deuoluo penſa fuſis, *Virgil.* σπειράω, συσπειράω, ῶ. συνειλέω, συνελίττω, εἰλέω, συστρέφω, κατειλέω.

Zwija śie wąż/ In ſpiram ſe colligit ſerpens. Conuoluit terga ſerpens. *Virgil.* σπειρᾶται, à σπειράομαι. *dicitur &* συσπειράομαι. Conſpiro, *Plin. iun. de homine.* Conſpirauit ſe in tabernaculo. *vtitur & Senec. à ſpira.*

Zwijam ná wrzećiono/ πηνίζω, ἀναπηνίζω, ἀνακυλίω. *In fuſum colligo.*

Zwija śie kto w-kłąb/ In ſemet conuoluitur draco, *Plin.* Conglobato in pilæ modum corpore, *Plini. de homine loquens.* σπειρηδὸν σπειρᾶται, συσπᾶται, συστρέφεται, συσφαιροῦται, συσπειρᾶται. Conſpiratur, *Plin. de viris illuſtrib.* Conſpirat ſe anguis.

Zwijam nići/ wićie. Glomero fila, *Sipont.* Conglomero, *Lucret.* Poſſet conglomerari eius textura. *i. in glomum cogi. Lambin.* μηρύω, *i.* συνάγω ἱςία. *i. conuoluo ſtamen.*

Zwija mi śie. Ckni ábo ckni mi śie. Nauſeo, *Cic.* Nauſeator ſum, *Senec.* ἐμετιάω. [*Vomitario, Henric. Steph.* ναυτιάω, ναυσιάω. *Faſtidio ſtomachi laboro.*

Zwijánie/ Tortus, *m. Cicer. ex Poët.* Interemit tortu draconem multiplicabili. Glomeratio, *idem Cicer. ſed Plin. aliò tranſtulit.* τὸ στρογγύλωμα, ἡ συνείλιξις, ἡ ἕλιξ, ικος. Volutæ, *Vitruu. Sculpturæ in columnis, ſpirarum modo.*

Zwijánie śie ná wnętrzu/ Nauſea, *Cicer. Colum.* Redundantia ſtomachi, *Plin.* ἡ ναυτία, ναυτίασις, ναυτίησις, ἡ ἄση. Nauſeola, *Cicer.*

Zwijánem ſpoſobem/ zákołkámi okrąglemi/ ſrubowáto. ἑλικοειδῶς, σπειρηδόν. *inſtar ſpiræ.*

Zwinienie czego w-kręgi/ v. Kręgi 3.

Zwinienie czego w trąbkę. Tubulatio, *Apulei.* ἡ συστροφὴ αὐλοειδής.

Zwiniony iáko powróz &c. ὁ, ἡ ἑλικοειδής, έος. ὁ εἰλητικός. Conuolutus, *vel qui conuolui poteſt.*

Zwłaczam co/ v. Odkłádam/ Przedłużam.

Zwłaczam czás/ Diem ex die duco: dirimo tempus: profero diem. *Cicer.* Extrahere diem æſtatem. *Liui.* Tardo negotium aliquod, *Cicer. & abſol.* Tardare te melius eſt. Moram quæro ſupplicio, *Cicer.* Extraho rem in infinitum, *Quintil.* Prolato diem, *Saluſt.* Diem ex die prolato, *Tacit.* Eximo diem, *Liui.* Interea publicani concilio eximere diem. Eximo diem dicendo. Horam eximere nullam (*an fortè vnam?*) in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus. Duco tempus. *Cicer.* Duco in longum aliquid, *Virgil.* Fruſtror tempus, *Vlpian.* Prodo tempus, longius facio, *Feſt.* Prodere diem, *Lucil.* Prodere aliquot dies nuptijs, *Terent. i. proferre, differre, prolatare. Donat.* Macero exſpectationem alicuius, *Senec.* Traho rem in ſerum. Suſtinere aliquid in noctem. *Liui.* Produco moram malo. Produco diem. *Terent.* Produco rem, *Tacit.* αὐξίζω. *Procraſtino.* μέλλω, μελλησιάω, λογγάζω: παράγω ἔργον εἰς ἄλλον χρόνον: ἀναβάλλομαί τι εἰς ὑστεραίαν, εἰς πολλὰς ἡμέρας: ὑπερτίθεμαι ἡμέραν ἐξ ἡμέρας: ἀναβολὴν ποιῶ τῶν: προχρονίζω, διατρίβω τὰς πράξεις: ἀναβολὰς καθίστημι. ὑπερτίθεμαι εἰς ἄλλην τε καὶ ἄλλην ἡμέραν. *Pigro aliquid, Acci. Cur propter te pigrem hæc?*

Zwłaczam kogo/ Produco aliquem conditionibus, *Cicer.* Produco falſa ſpe, *Terent.* Duco aliquem, *Cæſ.* Vbi ſe diutiùs duci intellexit Cæſar. Ducto aliquem fruſtra. *Plaut.* Detineo ſpe inani aliquem, *Colum.* Tollo aliquem ex die in diem, *Plaut.* Fallere moras arte, *Ouid.* Protraho: *vano, as.* Iacto aliquem dictis lenibus, *tr. Attius. Ioſeph. Scalig.* ἀναβάλλω, παρατείνω δὲ χρονουλκέω, ῶ. κατέχω τινά. Fallo, *as.* aliquem. *Catull. epigram. 60. Bononienſis. Sic legit Scalig. eiecto inepto verbo fallat, & interpretatur fallare, inani ſpe producere, vanare, fallere.* v. Trzymam kogo ná ſłowie.

Zwłaſzczá/ Ile. Præſertim vt nunc ſunt mores, *Terent.* Tantam fuiſſe obliuionem in ſcripto præſertim: præſertim quod: præſertim ſi. *Cicer.* Præſertim cùm, *Terent.* Et vt in re tali, *Cicer.* Atque, *Cicer.* Negotium eſt nauigare, atque id menſe Quinctili. ἄλλως τε ἐάν: ἄλλως τε καί: ἄλλως τε καὶ εἰ: μάλιστα δέ: πολὺ δὲ μᾶλλον: καὶ ταῦτα: καὶ τὰ μάλιστα. Maximè, *Cicer.* Scribe aliquid, & maxime ſi, &c.

Zwłóczony dźień/ ná iutro odłożony. Diffiſus dies, *Liui. Gelli. Vlpian. vt legit Politian. qui à diffido ducit. quare* diffiſſus *potiùs cum aliis ſcribendum putarem.* Diffuſus *legit Buda. Hotoman. à ſimilitudine vini,* diffuſi *dicti à Iuuenal. Plin. Apul. i. transfuſi.* Prolatus dies, *Buda. Politian.* ὁ παρατεταγμένος. παρατεθείς, ἀποτεθείς, ὑπερτεθείς, ἕτερος.

Zwłóczę co/ ábo kogo ná dół ściągam. Detraho aliquem è tribunali, *Sueton.* καθέλκω, καθελκύω, κατασύρω, κατασπάω, καταυχενίζω, ἀποσύρω, κατασύρω τὸ ἄνω εἰς τὸν.

Zwłóczę ſzáte/ Exuo veſtem, *Lucret.* Exuit annos ſerpens, *Tibul. i. membranam.* Exuere habitus regales, *Stat.* Exuo, *apud Cicer. cum præpoſitione Ex.* Hominem ex homine exuere. Pono tunicam. *Cicer.* Cùm pila ludere vellet, tunicamque poneret. *pro deponeret. Sic Plaut. Iuuenal. Propert. loquuntur.* ἀποδύω, ἀποδύομαι, ἐξέννυμαι, κατατίθεμαι ὅπλα, ἱμάτιον. Exuuias facio, *Plaut. Turneb.*

Zwłóczenie ſzáty/ ἡ ἀπόδυσις, ἔκδυσις: ἡ ἀπόθεσις σαρκός. *Nazianz. i. depoſitio corporis.*

Zwłóczenie ná dół/ ἡ καθέλκυσις, καθολκή. Detractio, *per tractionem deorſum. quomodo verbum detraho vſurpat Cicer. Virgil. Sueton.*

Zwłóczył kogo koń/ Raptatus bigis, *Virgil.* Raptatur arbitrio equorum, *Ouid.* Phaethonta rapax vis equorum æthere raptauit toto, terraſque per omnes. *Lucret.* Quadriiugo curru raptari, *Cicer.* συνήρπασεν αὐτὸν ἵππος.

Zwłóczyćiel/ v. Odwłóczyćiel.

Zwłoká/ vide Odwłoká.

Zwodzę wſpół drugich/ Contraho ad colloquium aliquos, *Liui.* Coaluêre in vnum locum virgines. Cogere Medicos. *Cicer.* συναθροίζω, συναγείρω, συνάγω εἰς ἕν τι.

Zwodzę kogo ná dół/ v. Sprowadzam.

Zwodzę bitwę/ καθίστημι πόλεμον. Committo bellum, *Liui.* v. Potykam śie 4.

Zwodzę kogo/ *aliter.* v. Oſzukywam.

Zwodzę śie pracy/ v. Wywodzę śie.

Zwodźiciel/ zwodnik/ zwodzcá Deceptor, *Senec. Thyeſt. Seductor in SS. libris.* ὁ πλάνος. v. **Szálbierz.**

Zwołánie / Conuocatio populi Romani, *Cicer.* ἡ συγκλησία, ξυναγωγή, ἐκκλησία τοῦ δήμου.

Zwolenie/ v. **Zezwolenie/** *at* **Spiknienie** *ferè vitium ſonat.*

Zwolennik/ *priſcum.* v. **Náſládowcá/** *&* **Uczeń.**

Zwolony/ Perſuaſus auditoris animus, *Ad Heren.* ὁ πεπεισμένος τῷ λόγῳ, *vel* διὰ λόγου: ὁ μεταπεισθεὶς ὑπό τινος λόγου. **Námówiony.**

Zwolony ſyn/ v. **Przyſpoſobiony.**

Zwoływam kogo/ Conuoco ad ſocietatem vitæ homines: in ſocietatem: Philoſophos in vnum conuocauit: conuocare concilium. *Cicer. Concalo, as. Feſt.* Concieo multitudinem, homines. *Liui.* συγκαλέω, παρακαλέω τινά. Deuocare cælo Iouem, *Plin.* Deuocare è cælo Philoſophiam, *Cicer.*

Zworá/ ſponá. Confibula, *æ. Cato.* Confibula lignea arbores cùm dishiaſcunt comprimens. *i. duplex fibula. Turneb.* ὁ ἀγκτὴρ, ῆρος. ἡ ἐφυλίς. Taleæ oleaginæ viſtulatæ perpetuæ in muris loco ferrearum fibularum, *apud Vitruu. Item,* v. **Sworá.**

Zwożę co/ Conuehere æs plauſtris ad ærarium. Conuehere prædam ex caſtris. *Liui.* Thus camelis conuehunt. *Plini.* Materiam, calcem, cæmenta lintribus conuexit. *Cicer.* Conuectare prædas, *Virgil.* Deuehere in vrbem omnes fruges, *Plin. iun.* συγκομίζω, *&* ἄγω τὸν σῖτον εἰς τὰς ἀποθήκας: ξυνάγω τὰ ἐχθέντα, *vel* ἐχθήματα: ἀποχέω, ξυνοχέω.

Zwożę/ *aliter. vt,* **Zwiozło mu ſię/** v. **Bez karánia** 2. *&* **Uchodzę** 3. 5.

Zwożenie/ Conuectio annonæ impedita, *Ammian.* ἡ συγκομιδή.

Zwracam / vide **Womituię.**

Zwyćieſka pioſnká / Epinicion, *Sueton. Bud.* τὸ ἐπινίκιον. Pæan, *anis. m. Virgil. Capitolin.* ὁ παιάν.

Zwyćieſki/ Triumphalis currus, veſtis. *Plini.* Triumphalis laurus, *Tibul.* Triumphalis porta: triumphale vehiculum. *Cicer.* Victrix laurus, *Virgil.* Victrix palma, *Ouid.* Literæ victrices, *Cic.* Victorioſus, *Gelli.* | *Victorialis dies, Iul. Capitol.* Palmata tunica, *Liui.* Palmata toga, *Martial.* Palmaris ſtatua. *& tr.* Palmaris ſententia, *i. excellens, præcipua. Cic.* Palmarium, *Terent.* Quod mihi puto palmarium, *i. palma dignum. Donat. vel laude dignum. Priſcian.* ὁ νικητήριος, νικητικός, θριαμβικός, ἐπινίκιος.

Zwyćieſki vpominek/ Niceterium, *Iuuenal, Bud.* τὸ νικητήριον, νικηφόρον, νικατήριον, ἐπινίκιον. Gladiatorium, *apud Liui. l. 44. interpretatur Turneb. mercedem gladiatorum.*

Zwyćieſki znák/ pámiątká zwyćieſtwá/ ſtup. Trophæum, *Cicer. Plini.* τὸ τρόπαιον, τροπαῖον.

Zwyćieſki feſt/ wracánie ſię po zwyćieſtwie. v. **Tryumf.**

Zwyćieſkie tupy / bérby / ná tryumfie. Fercula. vide **Noſidło.**

Zwyćieſki wierſz/ pioſnká / Balliſtica carmina, *Vopiſco. i. triumphalia, gratulatoria, quæ à ſaltantibus & tripudiantibus Aureliano concinebantur. βαλλίζειν eſt tripudiare. & ὁ βαλλισμὸς, tripudium. hinc βαλλίσια vel βαλλισμάτια.* Mille, mille, mille, vnus homo mille, mille decollauimus. Mille, mille viuat, qui mille occidit. Tantùm vini nemo habet quantùm fudit ſanguinis. *hæc apud Vopiſc. Simile eſt 1. Reg. 18.* Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.

Zwyćieſtwo/ Victoria ſuperba & inſolens orta eſt, *Cicer.* Victoria intacto milite parta. bez ſzkody. *Ammian.* Exercitu incruento, *Saluſt.* Exercitu incolumi, *Hirti.* Sine ſanguine quæſita victoria, *Tacit.* Sine vulnere & cæde ſuorum, *Cæſ.* Sine ſanguine, *Idem.* Palma, *tr. Cic.* Ferre palmam. *& plural.* Tum alias ſuas palmas cognoſcet, *Idem.* Trophæum, *Horat.* Cantemus trophæa noua Cæſaris Auguſti. ἡ νίκη, τὸ νῖκος, νίκημα: ἡ τροπαιοφορία, *trophæorum geſtatio.* v. **Poráżká.** Victoria *item dea præſes victoriarum, & idolum vel imago eius, Auſonio, Prudentio.* Victoriola, *Cicer. paruum idolum eiuſdem, cui ſemel fulmen alas decuſſit, quod prodigium in bonam partem interpretatus Pompeius, in eum euentum hos verſus conſcripſit.*

Roma potens, alis cur ſtat Victoria lapſis?
Vrbem ne valeat deſeruiſſe tuam. *Eodem nomine appellata eſt nauis è claſſe Caſtellæ Regum, quæ vniuerſum orbis terrarum ambitum circumlegit, & incolumis vnde ſoluerat reuerſa eſt.*

Zwyćiężam co / kogo w-czym. Vinco aliquem, vinco moderatione, ſponſione, iudicio. *Cicer.* Vincere aliquem carminibus, viribus. *Virgil.* Supero aliquem conſtantia. Supero fortunæ iniurias. *Cicer.* Superare Phœbum canendo, *Virgil.* Perrumpo difficultates, *Plin.* Euincit amnis oppoſitas moles, *Virgil.* Euincere morbum, *Columel.* Euincere ſomnos, *Ouid.* νικάω, ἐπινικάω, ὑπερνικάω τι: περιγίγνομαι ἄλλων: ὑπερέχω τοῦ: κρατέω τι, τοῦ: κρείττων εἰμὶ τινος τῇ ἀρετῇ. *Vicinum,* **Przéwyżſzam.**

Zwyćiężam przećiwniká / zwyćieſtwo / plác otrzymawam. Vinco bello aliquem, *Lucan.* Supero aliquem pugnando, *Ouid.* Deuincere aliquem bello, prælio, claſſe. Conſequi victoriam glorioſam: reportare, adipiſci victoriam: parta victoria. *Cicer.* Debello aliquẽ, *Liui.* Patro victoriam, *Tacit.* Frangere aliquem prælio, *Cicer.* Tranſgredi aliquem collatis ſignis, *Plin.* καταμάχομαι, καλανδρίζομαι τι: καταπολεμέω τι. *Supero palæſtra.* καταγωνίζομαί τινα, κρατέω τινὰ τῇ μάχῃ. v. **Wygrawam / Porażam /** *&* **Zwalczyć kogo.**

Zwyćiężam ſię / Przełamuię ſię / *tr.* **Odeymuię ſię ſweywoli.** Vinco meipſum: frango meipſum; frango cupiditates. *Cicer.* Vinco animum. *Plaut.* κρατέω ἐμαυτοῦ, τῶν ἐπιθυμιῶν: κρείττων *vel* κράτιστος εἰμὶ γαστρὸς, ἐπιθυμιῶν, ὀργῆς: νικάω ἐμαυτὸν: περιγίνομαι τοῦ θυμοῦ: v. **Hámuię ſię.**

Zwyćięzcá / Victor hoſtium, gentium. Domitor Hiſpaniæ, *Cicer.* Domator, *Ammian.* Debellator alicuius, *Stati.* ὁ κρατητὴς, ῆρος. νικητὴς, οῦ. φερένικος, καλλίνικος. *egregius victor.* ὁ ἀθλοφόρος, *Victor in certamine.* Confector ferarum, *Sueton.* **Pokonácz.** Hieronica, *æ. m. Sueton.* ὁ ἱερονίκης, ου. *i. ſacrorum certaminum victor. Robert. Conſtantin.*

Zwyćiężny / do zwyćiężenia łácny. Vincibilis cauſa, *Terent.* Superabilis vlli non eſt, *Ouid.* ὁ εὐπερίβλητος, κατίσχυτος. [ἀνίκητος.

Zwyćiężony zoſtáię / Vincor *&c. ſuprà.* Animus me vicit, *Plaut.* Tu ſi animum viciſti potiùs quàm animus te, eſt quòd gaudeas. Frangi cupiditate. Non frangant te mala. Excidit è manibus alicui victoria. *Cicer.* Infra dolorem *vel* voluptatem eſſe, *Senec.* **Dáię ſię zwyćiężyć.** καταπολεμοῦμαι, νικάομαι, καταστρατηγοῦμαι ὑπό τινος: ἡττῶμαι μάχῃ ὑπὸ τοῦ: ἡττῶμαι τῆς ὀργῆς: ἀποκακέω, *eſt* ὑπὸ κακοῦ νικάομαι. *Vincor à malo.* Victus & ſubactus ſum, *Cicer.*

Zwyczáię kogo do czégo / v. **Nákłádam.**

Zwyczáię ſię / v. **Nákłádam ſię.**

Zwyczáiu odſtępić. Decedere de more ſuo. Deflectere

de curſu actionum ſuarum. Deflexit de via, de ſpatio & curriculo conſuetudo. *Cicer.* ἀπεθίζομαι τοῦ: παύομαι τοῦ μὴ ἐθῶν.

Zwyczay / nałóg. Conſuetudo mala, ſcribendi, medicorum: Conſuetudo quaſi altera natura. Vetus conſuetudo inſtitutumque maiorum. Inſtitutum: more & inſtituto agere. Mos & conſuetudo ſeruata. More maiorum conceſſum eſt. Moribus vt deductio fieret, *i. more. Cic.* ὁ νόμος, ὁ τρόπος. Vſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Vſus eſt magiſter optimus. Vſu bellorum exercitus. *Cicer.* Vſus dicendi, *Cicer. Quintilian. Horat.* Aſſuetudo, *Ouid.* Nihil aſſuetudine maius. Aſſuetudo voluptatum. *Tacitus.* Solenne, *Cicer.* Seruemus ſolenne noſtrum. Antiquum, *Plaut.* Antiquum hoc tuum obtines, vt tardus ſis. *& Terent.* Natura, *Quintilian.* Facere ſibi naturam alicuius rei. τὸ ἔθος, εος. τὸ νόμισμα, νόμαιον, ὁ ἐθισμὸς, συνεθισμὸς, ἡ συνήθεια, ἡ ἐθημοσύνη. **Zwyczáynośc / zwyczaienie.** *Conſuetio pro conſuetudine, Feſt. ex Plauto priſcum.*

Zwyczay táki ieſt / ták ſie záchowa. Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque maiorum. Mos eſt. *Cicer.* Moris eſt plerisque, *Quintilian.* More fit, *Plaut.* Habet hoc moris, *Plin. iun.* In patris eſt moribus, *Cic.* Receptum eſt. *Lucret. Plin.* Conſuetudo patitur: more ita comparatum eſt: comparatum eſt præclarè legibus. Comparatum eſt more maiorum. Ratio ita comparata eſt vitæ noſtræ. Solet ſcribi: accidere ſolitum eſt. *Cicer.* Iniquè comparatum eſt, *Terent.* Iniquiſſimè comparatum eſt, *Cicer.* Fert conſuetudo, *Cæſar.* Fert vſus eorum, *Cicer.* Fert adoleſcentia, *Terent.* Solenne eſt, *Sueton.* Solenne olim erat ſpectare gladiatores. Mos habebatur. *Tacit.* Venerunt aliqua in conſuetudinem. Vſitatum eſt malitiâ. *Cicer.* Vſitatiſſimum eſt, *Vlpian.* Aſſolet, *Liui.* Vbi illuxit, paratis omnibus, vt aſſolet. *Cicer.* Senatus ad quos aſſoleret referendum cenſuit. In obſeruatione quondam erat, vt *&c. Plin.* νομίζεται πολλαχοῦ: εἰθισμένον ἐστί: πάτριόν ἐστιν ἡμῖν: τὸ ἔθος ἔχει οὕτω: ἡ παρ' ἡμῖν ἐπικρατοῦσα συνήθειά ἐστι: οὕτως φιλεῖ συμβαίνειν.

Zwyczáynie / wedlug zwyczáiu. Moribus, *Cicer.* De fundo Cæcina moribus deduceretur: vis moribus facta: moribus deductio fit: vt mos eſt, more antiquo, noſtro, ſuo, omnium. Vſitato more. Mos eſt ita faciendi. *Cicer.* Vt aſſolet, *Liui.* De more, *Virgil. Sili.* Ex more deos precatus, *Ouid.* More daret iura populis, *Virgil.* More ſcribo, ago. Pro mea conſuetudine. Vſitatè loqui, *Cicer.* κατὰ τὸ εἰωθός μοι vel ἅπασι: κατὰ τὸ ἔθος vel πάτριον ἔθος: εἰωθότως, συνήθως. Solita peccare nolunt, *Senec.* Solennia inſanire, *Horat. i. more ſolito, communi, ſolenniter, vt ſolenne eſt omnibus. Lambinus. Turneb.* Solens fecero: ſolens vt ſoleo fecero: ſolens meo more fecero. *Plaut.*

